



RVPERTI AB BATHONENSIS MONASTERII

TVITIENSIS, E REGIONE AGRIP-
pinæ Coloniae in Rheni ripa siti, ordinis S. Bene-
dicti, viri, & vitæ sanctimonia, & sacrarū
literarum peritia præclari, Com-
mentariorum, in Apoca-
lypsim Iohānis,
Libri. XII.



COLONIAE, IMPENSIS ARNOLDI
BIRCKMAN, ANNO M. D. XLI.



RUPERTI AB- BATIS MONASTERII

TVITIENSIS, E REGIONE AGRIP-

pinæ Coloniae in Rheni ripa siti, ordinis S. Bene-

dicti, viri, & vitæ sanctimonia, & sacrarū

literarum peritia præclari, Com-

mentariorum, in Apoca-

lypsim Iohānis,

Libri. XII.



COLONIAE, IMPENSIS ARNOLDI
BIRCKMAN, ANNO M. D. XLI.

INDEX IN APOCALY. IOHANNIS.

A bsinthij natura ac virtus, & quid per ipsum intelligatur. 78	Animalia quatuor, sunt quatuor euāgelistæ. 43
Abyssus & terra, hoīes reprobi. 178	Animalium quatuor nō est ordo vnus. 44
Acceptio personarum in vocatione ad finem non est. 175	Anima introducta in cellam vinariam. 19
Acclamatio populi ad Herodem. 125	Antiochus Epiphanes. 122
Accusator fratrum. 116	Antichristus cur bestia dicitur. 121
Actio qualis cōtra ecclesiasticos peccātes. 21	Antichristi conceptio. Ibidē
Adiutorium angelorum. 114	Antichristus faciet bellum. 102
Adoratores bestiarum. 125	Antichristus vt homo est, &c. 159
Aetates hominum quatuor. 187	Antichristus inducet magnā tribulationē. 120
Aegyptij de stirpe Cham 77	Antichristus per omnia contrarius in operibus Christo. 126
Idem quoq; impenitentes. 78	Antichristus quid. 123
Afflictio quorundam spontanea. 135	Antichristi regnū simile Antiochi regno. Ibi.
Afflictiones filiorum Israel tempore iudicij. 80	Antiochus maxime impius. 112
Africani regnū nōnulli pro tercio ponunt. 85	Antichristi signum. 127
Agnus typicus in figuram Christi occisus. 54	Antichristus coget ad fidem. 130
Agnus stans supra montem Sion. 133	Antiquorum expectatio sup aduentū Chri. 50
Agnus verus in lege præfiguratus. Ibi.	Aperire librum, est adimplere. 7. mysteria. 51
Aia sex, opera misericordiarum sunt. 46	Apostoli recte dicuntur seniores. 42
Alleluia quid. 168	Apocalypsis, quare titulus Græcus. 1
Allegoria de septem mulieribus. 3	Apostoli dicuntur venti & nubes. 67
Alligati in flumine, qui sint. 85	Apostoli grām & pacē à Chro suscepērūt. 45
Alpha & ω quis sit. 10	Apostoli etiam prophetæ dicuntur. 95
Altitudo saronæ est apparena. 31	Apostoli quando acceperunt librū apertū. 95
Altare ecclesiarum, Christus est 97	Apostoli summam habuerunt scribendi auctoritatem. 96
Ambitio ecclesiasticorum. 100	Apostoli & sancti prophetæ sunt velut choræ in citharis extensæ per afflictiones. 134
Amen dicere, quid sit. 57	Apostoli nouerūt scripturæ mysteria. 92
Anathema à nemine contemnendum. 124	Apostoli quæ scripturas nō explanauerunt. 93
Angelus iuxta aram templi, fuit Michael. 74	Apostoli posuerūt nobis fidei fundamentū. 93
Angelus apparuit Iohanni in figura Chri. 2	Apostoli duodecim fundamenta 187
Angeli portarum Hierlm, doctores ecclesiarum. 187	Apostoli excellentiores prophetis. Ibidē
Angelus magni concilij, est Christus 67	Ara templi Christus est, templū ecclesia. 74
Angelorum congratulatio. 71	Arca testamenti incarnati Christi. 108
Angeli septem prædicatores. 145	Arma draconis. 114
Angeli quomodo pugnent. 115	Arma Michael & sociorum eius. Ibi.
Angelus primus, in facie leonis. 137	Arioli sunt equorum caudæ. 89
Angelus secundus, in facie vituli. 138	Arrius peruicax, diaboli satellites. 96
Angeli quatuor, regna quatuor, &c. 85	Arrius maledictus refutatur. 60
Angelus ad Iohannem. 169	Arrii blasphemia ex odio 150
Angelus quare noluit adorari à Iohāne. Ibi.	Arrii hæresis. 118
Angelus quomodo dicitur mediator. 76	Arridere opusculis. 19
Angelo Ephesi quis loquatur. 20	Aqua scripturæ, ludæis fit sanguis. 148
Angelorum qualis sit erga nos affectus. 73	Aqua in mare gentium descendit. 7
Angeli collaudāt agnū propter tres causas. 55	Aquila volans, scriptura sacra. 80
Angelus magnus & mediator Christus 75	Aquila sanguis. 147
Angelus abyssi, Christo contrarius. 84	Athalia. 157
Angelus tertius, in facie hominis. 138	Auaritia Balaam. 26
Angelus quartus, in facie aquilæ. 139	Idem gessit typum venalium sacerdotū. Ibid.
Anguli terræ quatuor, sunt quatuor regna. 67	Auaritia ecclesiasticorum. 100
Anima viuens quomodo moritur. 147	Aurum ignitum & probatum. 38
Animæ centum viginti. 59	Autoritas libri Apocalypsis. 192
Animæ cur clamant subtus altare Ibidem	Augustus Octavianus. 123
Animæ interfectorum martyrum vindictā clamant. 62	B abylonia regnum, cui assumuletur. 38
	Babylon ciuitas diaboli, per mortē Chri sti cecidit. 138
	Babylon quare bonum faciat. 168
	Babylon ironice virgo dicitur. 165
	Babylon cecidit per passionem Christi. 164
	Balaam in libro Iob dicitur Eliu. 25

Baptismus est mare vitreum. 147
 Barabbas bestiae character. 176
 Beatis omnia gratis donata. 185
 Beati ter dicunt alleluia, aut sapientius. 163
 Beati cantant iudicium & misericordiam. Ibi. 169
 Beatorum carmen. 120
 Bellum draconis. 125
 Bestiae adulatorum. 131
 Bestia aliud significat, aliud nomen eius. 128
 Bestiae duae de mari simul ascendunt. 102
 Bestia Antichristus. 103
 Bestia de abyssu descendens. 122
 Bestia cur decem habet diademata. 107
 Boni prius accipiunt mercedem, deinde im-
 pij exterminantur. 155
 Bestia multitudo populorum. 153
 Blasphemiae impiorum contra verbum dei. 149
 Blasphemia in deum, est rebellio contra pra-
 laros. 122
 Blasphemia grauis, defendere peccatum. Ibi. 122
 Blasphemiae nomina. 96
 Calamus similis virgae. 153
 Calculus candidus in resurrectione iustorum.
 Calix duplex. 100
 Candelabra duo. 14
 Candelabra septē, sunt vñ candelabrum. 53
 Canare nouum canticum. 167
 Cantus meretricis damnatur. Ibi. 83
 Cantus sanctorum non damnatur. Ibi. 85
 Capilli mulierum, &c. quid designent. 15
 Capilli filij hominis candidi, &c. Ibi. 169
 Capilli eiusdem verba diuina sunt. 168
 Carmen beatorum. 172
 Carmen coelestis exultationis. 68
 Caro Christi aspersa sanguine. 172
 Centum quatuor milia, quale mysterium si-
 gnificant. 78
 Chananaei tertia pars hominum dicitur. 79
 Chananaei facti sunt absinthium. 21
 Charitas prima, est principale bonum. 116
 Chirographum in cruce deletum. 46
 Christianos oportet esse oculos plenos. 8
 Christus quare cum nubibus veniet. 6
 Christus est testis fidelis. 147
 Christus liber à iudicio mundi. 160
 Christus lauit nos à peccatis nostris. Ibi. 163
 Christus dilexit nos prior. Ibi. 163
 Christus lauit eos qui non erant. Ibi. 163
 Christus fecit nos regnum & sacerdotes. Ibi. 113
 Christiani nihil proprium possidentes. 7
 Christiani omnes quomodo sunt sacerdotes. 10
 Christus deus omnipotens. 14
 Christus lucerna & lumen. 186
 Christus, qualis fuerit in medio septem can-
 delabrorum. Ibi. 17
 Christus post ascensionem suam visus. 18
 Christus quomodo angelus dicatur. 18
 Christus quomodo sit primus & nouissimus. 22
 Christus est lignum vitae. 23
 Christi passio, nostra est consolatio. 23
 Chrs, quomodo dicitur sciens nostras miseras, Ibi. 52
 Christus est stella matutina. 36
 Christi generatio spiritalis. Ibi. 39
 Christi pater Dauid spiritalis. 40
 Christus lanceatus, factus est ostium. 40
 Christi ecclesia, est sedes in caelo. Ibi. 48
 Christus patri regnum acquisiuit. Ibi. 48
 Christus oculis plenus ante & retro. Ibi. 48
 Christi facies quatuor. 50
 Christi mysteria, sunt septē signacula. 51
 Christus radix Dauid secundum diuinitatem. 51
 Christus, agnus & leo est. 52
 Chrs diuinitate contemtor nobis in exemplū. 52
 Christi testes contra Iudaeos sunt triplices. 53
 Christus à paucis adoratus ante passionem. 53
 Christus est dignus aperire librum. Ibi. 55
 Christo attribuuntur multa insignia nomina. 60
 Christum quomodo deus exaltauit. 63
 Christus, Barachias benedictus dñi dicitur. 67
 Christus est magni consilij angelus. 74
 Christus est vera in templo ara. 75
 Christus est magnus angelus & mediator. 75
 Chri corpus figuratur per aureū thuribulum. 75
 Christi sicut rugitus leonis. 92
 Chrus est angelus lapidē in mare mittēs. 167
 Christus fidelis & verax. 171
 Christus in singulis virtutibus coronatur. 173, & 174
 Christus rex regum. 173, & 174
 Christus gladio oris separabit in iudicio ag-
 nos ab haereticis. 173
 Chri vestimentū varie accipit scripturis. 174
 Christus dominus dominantium. Ibi. 178
 Christus post ascensionem quomodo de cae-
 lo descendit. 186
 Christus mons magnus & altus. 97
 Christus est ecclesiae altare. 98
 Christus dat os & sapientiam suis testibus. 105
 Christi bonitas nos praemonentis. 130
 Christus signa vanitatis non fecit. Ibi. 130
 Christus qualia signa fecit. Ibi. 130
 Christus neminem cogit ad fidem. Ibi. 130
 Chri character sine personae acceptio est. 139
 Christus sicut sol super nubem candidam. 139
 Christus dupliciter in capite coronatur aurea. 139
 Christus angelus dicitur. 140, & 174, & 177
 Christus lapis mundus & candidus. 145
 Christus antequam nasceretur ex virgine, re-
 ges vicit. 160
 Christus angelus de caelo descendens. 163
 Christus lux mundi. Ibi. 163
 Ciathi, prophetae sunt & legis doctores. 142
 Ciuitas magna diaboli & imperatorum. 103
 Ciuitas diaboli non vnum habet caput. 154
 Ciuitas dei, vnum habet caput. Ibi. 186
 Ciuitas Christi, ecclesia super Christum fun-
 data. 18
 Clauis mortis & inferni, quis habeat. 34
 Clauis Dauid quare dicatur. Ibi. 114
 Clauis Dauid, gratia spiritus sancti. Ibi. 114
 Coelum pro aere. 66
 Coeli recedens, scientiam legis designat. 67
 Coeli, apostoli dicuntur. 67

Coelum apertum, prospectus dei ad nos. 171
 Collyrium humilitas est. 38
 Concupiscentia mundi peribit. 166
 Conditio regno: temporalium miserabilis. 162
 Confessio fidei Iohannis. 3
 Confessio daemonum qualis. 57
 Confessores lucidi, aqua & spiritu renati. 43
 Congregatio taurorum in vaccis, populorum
 sunt haeretici. 96
 Concilium Nicenum. 118
 Consilium vñ prodendi populum dei. 160
 Consilium serpentis antiquum. Ibi. 119
 Constantius Augustus sauit in ecclesiam. 150
 Consideratio antiqua patrum. Ibi. 158
 Consideratio patrum insufficientis. 167
 Consolatio iustorum. 110
 Consolatio iustorum in tribulatione. 110, & 121
 Corpus diaboli, generatio Cain. 128
 Capita draconis septem, quid. Ibi. 111
 Cornua duo Iamnes & Mambres. Ibi. 111
 Cornua similia agni. 52
 Cornua decem bestiarum. 52
 Cornua septē & oculi septem, qui sint. 32
 Coronam quomodo aliquis perdit. 35
 Coronas cur mittebat ante thronum. 48, & 49
 Corpus Christi designatur per thuribulum
 aureum. 76
 Creaturae aliqua, quomodo laudat deum & agnum. 49
 Creatio hominis duplex. 56
 Creaturae aliq: quare tacet de morte agni. 82
 Cruciarum mensibus quinque, quid sit, & alia quae
 ad idem consequuntur. 133
 Crucis signaculum praefiguratum. 186
 Crucis quid designat. 179
 Cultus daemoniorum per Christum cessauit. 155
 Cupiditas meretrix. Ibi. 145
 Cupiditas regum. 53
 Cyathi sub lege, phylax sub euangelio. 125
 Citharae sanctorum, quae sint. 125
 Danielis visio quatuor bestiarum, dupli-
 cem habet ordinem. 125
 Dauid est spiritaliter pater Christi. 179
 Deus & irasci nouit, & misereri. 168
 Damnationis duae causae. 179
 Deus an velit bonum. 155
 Desertum, locus contemplationis. 162
 Deus omnia praesciuit gesta regnorum. 60
 Deus quomodo Christum exaltauit, & dedit
 ei nomen. 17
 Dexteram tenentes, deum videbunt. 179
 Deus sustinet malos, & punit eos in exemplum
 pro electis. 144
 Deo resistere nemo potest. 57
 Daemonum qualis confessio. 48
 Deus pro qua causa rectissime adoratur. 32
 Diaboli praeparatio triplex. 178
 Diaboli nomina varia. 61
 Diabolus & haeretici, mors sunt & infernus. 178
 Diabolus ligatus. 177
 Diabolus bene sciuit, Iesum esse Messiam. 117
 Diabolus gentilium legislator. 124
 Diabolus deo mortuus, vixit peccato. 179
 Diabolus in aduentu Antichristi soluetur. 147
 Diabolus quomodo mortuus est. 24
 Diabolus quos in carcerem misurus. 104
 Dies decem quid designent. 104
 Dies pro annis ponitur. 49
 Dignitas dei ad sanctos, sicut sol ad stellas. 52
 Diuitias Christus contempnit. 172
 Dominus exercituum. 110
 Draco magnus & rufus. 114
 Draco quomodo in caelo. 122
 Draco quare septē habet diademata. 114
 Draconis arma. 106
 Ecclesia habet multa scandala. 116
 Ecclesiae cantus, vox magna de caelo. 7
 Ecclesiae sponsus, dicitur dilectus. 7
 Ecclesiae triplex status. 136
 Ecclesia super montem magnū, qui est Chri-
 stus, aedificata. 148
 Ecclesia prior ascendit de Aegypto. 161
 Ecclesia posterior, de baptismo. 161
 Electi vincent, non per se, sed per Christum. 135
 Enunciationis quatuor gratiae, meritis &
 premij. 60
 Episcopi & sacerdotes, quales esse debent. 59
 Equus pallidus, haereticorum inuidia. 59
 Equus rufus diaboli. Ibi. 137
 Equus niger falsi fratres. 137
 Euangelistae angeli dicuntur. 137
 Euangelium omnibus gentibus & linguis co-
 mune. Ibi. 137
 Euangelium in publico non erubescet. Ibi. 137
 Euangelij volatus. 138
 Euangelistarum variae species. 43
 Euangelistae sunt quatuor animalia in me-
 dio sedis. 44
 Euangelia quatuor in circuitu sedis. 32
 Euangelica correptio fratris. 27
 Eucharistiae sacrum est manna absconditum. 150
 Eufrates. 175
 Exculationes terrenorum. 156
 Exempla veterum quomodo sequamur. 24
 Exemplum perseverantiae de Christo. 28
 Exemplum fortitudinis à Christo. 149
 Excommunicatio per praelatos. 29
 Exitus & poena Iezabel reginae. 50
 Expectatio antiquorum de Christo. 174
 Exprobratio contra Iudaeos. 58
 Facies hominis incarnationem designat. 59
 Facies vituli, est passio Christi. 48
 Facies Christi quatuor. 17
 Facies Christi vt sol lucens. 21
 Fides sine charitate nihil prodest. 26
 Filij Israel tres à mulieribus &c. decepti. Ibi. 4
 Filij Madian quos designant. 68
 Filius cum patre venturus. 79
 Filij Abraham, non carne, sed fide. 30
 Filij Sem & Abraham, quibus comparatur. 62
 Filij haereticorum sunt illorum imitatores. 62
 Flagellum de funiculis, quid sit. 3

Flumina gentes designant	78	I acobus frater dñi p̄t̄ diei Zacharias. 63	
Fornicationes Israel in Aegypto.	179	Iacobus dicitur Zacharias, sicut Iohannes Baptista Helias. Ibid.	
Fornicari est à deo ad creaturas.	154	Iaspis quid designat. 186	
Fortitudo dei.	144	Iezabel typum gerit hæreticorum, & prima fudit sanguinem prophetarum. 28. & 29	
Fumus quo excæcati sunt Iudæi, gloria trinitatis.	145	Eadem mulier hæretica dicitur. Ibid.	
Fumus in Apocalypsi, est incēsoꝝ effectus.	75	Iezabel.	157
Fumus putei, sapientia huius seculi.	81	Iezabel quomodo dicitur missa in lectum. 30	
G abriel & Michael præcipue vobis bene volunt.	74	& quō omnes propter ipsam plagati. Ibid.	
Gabriel præpositus est præliorum. Ibid.		Ignis, fumus & sulphur, quid sint. 88	
Gaudium æternæ vitæ ineffabile.	Ibid.	Ignis purgatorius. 189	
Gaudiū propter nuptias sponsi & sponsæ.	169	Illusio Iudæorum in Christum pendentem in cruce. 105	
Genealogia Christi per adoptiuos.	44	Impij nomen nouum non habent. 27	
Generatio Christi spiritalis.	36	Impij exterminantur. 107	
Gentes in reprobum sensum datæ propter contemptum.	146	Impij dicuntur terra & mare. 117	
Gentes equi dicuntur, à diabolo agitati.	87	Incarnatio facies est hominis. 58	
Gentiles mare.	117	Incendium mundi vltimum, miserum exhibebit spectaculum. 166	
Gentes iratæ contra Christum.	107	Incensa, sunt preces sanctorum. 74	
Gentes designantur p̄ mare & flumina. 77. 78		Inebriari per cupiditatē amissa discretiōe. 155	
Gladium qui sumit, gladio perit.	127	Inexcusabiles qui Antichristo propter signa credunt. 119	
Gladius magnus, longa persecutio.	59	Inimicitia inter mulierem & serpentem. 109	
Gladius oris Christi, iudicium eius.	16	Impenitentes sunt tertia pars hominum. 77	
Gloria verbi incarnati.	39	Insignia septem angelicæ laudis. 55	
Gratia spūs sancti, nō est extra ecclesiam. 192		Insignia septem in priore visione. 49	
Gratia prima virginitas, & secūda pœnitere.		Inuidia regū contra se inuicē, vnde secuta. 162	
Gratia & pax, quare coniungunt. 4	34	Iohannes fidei nostræ præceptor. 8	
H eliam sequentur prælati contra hæreticos.	29	Iohannes quare admiratur. 157	
Helias oliua & candelabrum olim.	101	Iohannes imitator Zachariæ. 9	
Helias emisit ignem ex ore.	Ibidem	Iohannes Baptista angelus dicitur. 140	
Helicæ potestas.	102	Iohannes quare nomen suum triplicat. 11	
Helicæ amictus.	100	Iohannes in tribulatione particeps. 12	
Hæretici sunt congregatio taurorum in vacuis populorum.	96	Iohannes vbi calicem amarum bibit. Ibid.	
Hæretici sunt mors & infernus.	61	Iohānes particeps in regno & patiētia Iesu. 12	
Hæretici peccant in spiritum sanctum	150	Iohannes quomodo fuit in spiritu. Ibid. 40	
Hæretici designantur per Iezabel.	28	Iohannes vsq; ad tertium cœlum raptus. 45	
Hæretici negantes diuinitatem.	10	Iohānis euangeliū contra Cherintū. Ibid. 20	
Hæretici huic libro infesti.	11	Iohannes in arduis ad ieiunium se conuertit & orationes. 14	
Hæretici pœnam elzabel patientur	30	Iohānis rogatiua supra omnes apostolos. 18	
Hæretici suos filios relinquūt hæreticos. Ibid.		Iohannes aquilam representat. 44	
Herodis vanitas per Iosephum.	125	Iohanni quæ communicio cum cæteris apostolis. 96	
Hieroboam aureos fecit vitulos.	156	Iosephus de morte Iacobi 62	
Hierusalem meretrix.	157	Ira diaboli in quo nūc maior in fideles quàm prius fuit 118	
Hierusalem quō noua descendit de cœlo.	36	Ira dei, post iram peccatoris. 107	
Hierusalem sicut sol & luna perfecta.	65	Iris cœlestis quid designet. 90	
Hierusalē dicitur Sodoma & Aegyptus.	105	Iris signum propiciationis est. 40	
Hierusalem quare ciuitas sancta.	186	Israel est sol obscuratus, &c. 86	
Homines duplex est creatio.	49	Israel traditus propter sua peccata. 84	
Homines angelis erunt æquales.	189	Iucunditas in cœlo. 190	
Homines habentes oculos ante & retro, qui sint.	46	Iudæi eadem fecerunt quæ gentiles. Ibidem	
Hora, dies, mensis, annus, quid significant. 86		Iudæi bene sciuerūt Iesum esse Messiam. 1	
Multa quoq; de eadem re pulchra. Ibid.		Iudæoꝝ dispersio, fuit gentium vocatio. 65	
Hostes Israel, scorpiones terræ.	81	Iudæi sanguinem bibere digni sunt. 148	
Humilitas Iohannis de seipso loquentis.	136	Iudæi nonnulli ad idola conuersi. 112	
Humilis cruciatur laudibus	38	Iudæi irati contra Christum. 107	
Humanitas Christi, quæ dono acceperit.	1		
Humilis descendit.	186		

Iudæi mare.	149.	Manna absconditum, Eucharistiæ sacramentum.	27.
Iudæi terra.	117.	Mammone qui seruiunt.	125.
Iudæorum duplex tribulatio.	141.	Mare vitreum, quare dicitur.	143.
Iudæorum vita execrabilis.	177.	Mare baptismus Christi est	42.
Iudæi sunt terra diaboli.	116.	Mare vitreum, est contra fictos & hypocritas.	Ibidem.
Iudæi quomodo dicantur de gñe Cham	87	Mare gentes significat	77.
Iudæi vnigenitum occiderunt	9.	Martyres ab Imperatoribus venerantur.	180.
Iudæi sub Græcis idololatræ	87.	Martyres habent assistentes angelos in suis supplicijs.	115.
Iudæi gens terrena.	62.	Martyrum fiducia contra persecutores	47
Iudæi vagi, sicut olim Cain.	Ibidem.	Martyres quomodo pugnent.	115.
Iudicium non intrandum cum Chro.	172.	Matthæus est leo secundum Augustinū.	45.
Iudicia dei quatuor & pessima.	61.	Mendacium est se des bestia.	149.
Iudicium per ignē, quomodo veniet.	73.	Mensura arundinea aurea	138
Iudicium dei non est sine misericordia.	41.	Metire templum dei & altare.	97.
Iudicium dei duplex de mundo.	40.	Mercatores terræ, diuites facti sunt	164.
Iudicium orationum Dauid	75.	Meretrix cupiditas.	155.
Iusti quoque in iudicio timebunt, tantus erit terror.	105.	Meretrices duæ vnus matris filia	157
Iustitia dei occulta.	144.	Messis duplex	139.
Iustitiam esurientes, saturabuntur	72.	Michael angelus est propitiationis.	74.
Iusti in tribulatione consolantur.	67.	Idem, princeps populi dei olim.	Ibidem.
Iusti fulgebunt sicut sol.	190.	Michael angelus iuxta aram templi. Ibidem	
Iustus de vindicta quomodo lætatur.	177.	Idem vbique in officijs angelorum præfens fuit.	75.
Iustorum consolatio	158	Miracula ex fide patrum olim facta	Ibidem.
Iustorum gloria	104.	Miser, qui se aliquid esse putat	57.
Iustorum tribulatio à septem capitibus bestia.	158.	Modus optimus corripiendi peccantes	22.
L ætitia abundantia fulmen est.	191.	Mundus vniuersus vna ciuitas ante aduentum Christi.	153.
Laudes & præconia spernit humilis	38	Moyfes etiam angelus est.	140.
Lamentationes typicæ super Iohannē.	9	Moyfes de altari quomodo exit.	141.
Lex ignea, quomodo ab angelo missa.	75.	Moyfes quare contra Iudæos clamauit. Ibid.	
Lex nunc spiritaliter intelligenda.	140.	Mons magnus missus in mare	77.
Lex de p̄dente in cruce	104.	Mors secunda, mors animæ	24
Libra, cxx. & ordeo & tritico.	60.	Mors per vnum hominem intrauit.	71.
Liber Apocalypsis, sacra scriptura est.	49.	Mortis Christi quanta bona	116
Liber in dextra, diuitiæ & gloria in sinistra.	50	Mulier amicta sole & luna, ecclesia est	108.
Liber melior quàm diuitiæ.	Ibidem.	Multa nomina præclara Christo attributa.	55
Liber agni.	126.	Mundana omnia peribunt.	166.
Liber vitæ.	Ibidem.	Mundi vltimū incendium miserrimū. Ibidem.	
Liber in quo carmen, væ, & lamentationes.		Murmuratores quomodo fuerunt de tertia parte hominum	79.
Liber iste est cibus solidus perfectorum.	166.	Murmuratio plebis, sicut locutio asinæ. 26. 27	
Liberalis timor.	170.	Murus ciuitatis Hierusalem.	186.
Lignum vitæ, Christus est	22.	Mysterium numerorum notabile	87.
Lingua tres sunt sacra.	70.	Mysteria spiritus sancti in septem.	5.
Locustæ de fumo, hostes sunt filioꝝ Israel.	81	Mysteria multa exprimentur quinquaginta sexta columna	
sed non per proprietatem	82.	Mysterium numeri septenarij.	16.
Loricæ triplices, quid designent.	88.	Mysterium numeri in α & ω	10.
Lumbare apud Hieremiam, quid sit		Mysterium trinitatis in quo numero	68.
De eodem quidnam ipsum designet	86.	Mysteria vestitus pondere &c.	14.
Lingua per superbiam confusa, & diuisa sunt.	161.	Abuchodonosor	122.
Lumen in terra, scriptura	190	N eronis odium in regnum Roma.	61
Luna tota vt sanguis est facta.	65.	Nomen nouum, filios dei designat.	27.
Lux duplex.	16.	& est filius dei.	36.
M agica de ore bestia exijt.	151.	Nomen ciuitatis dei	Ibidem.
Magica ars, bestia est	128		
Magi ranis similes	151.		
Magorum præstigia tempore Antichristi.	128		
Malum facere, deo non placet	162.		
Malum culpæ, non veniæ, deus creat Ibidem			

Noia scripta in libro vitę, soli deo cognita, 172
Nomina scribuntur quędam in libro vitę,
quędam in terra 126
Nocere terrę & mari, qđ sit 68.
Nubes iudicij, erunt tempestuosa 8
Nubes caro immaculata est 139.
Numerus sanctorum in scripturis bifariam
intelligitur, 70.
Numerus nominis Chři 130.
Numerus bestiarum. Ibidem.
Numerus . 144000. ex duodenario multipli-
cabitur 133.
Numeri istius mysterium 134.
Numerus creatoris est septenarius 131.
Numerus septenarius dei & agni 132.
Numerus hois, non dei, in Antichřm 131.
Numerus, 666, quid significabat, 132.
Numerus filiorum repromissionis 133.
Numerorum mysteria 97.
Numerus par, triplex est. Ibidem.
Numerus perfectus. Ibidem.
Numerus superfluus, qđ significet 98. & 99.
Numero septenario, designat vniuersitas, 71.
Oculi filij hois, flamma ignis, 15.
Oculi Chři, vt flamma ignis, 28.
Odiu Neronis in regnum Roma. 161
Odiu Amalech & Edon, cōtra filios Iſrl, 147.
Offerre nos ipsos, est sacerdotio fungi 8.
Oliuę duę 100
Opera dei magna & mirabilia 143.
Opera misericordię, per sex alas in Apoca-
lypsi. 46.
Orationes Dauid, quales fuerint. 75.
Orationes quę, incensa digne vocent. Ibidem.
Ordo duplex septem spirituum 39.
Ordo septem spirituum dñi duplex 185.
Osium Chři est factus, qđ lanceatus. 39.
Passio Chři, fortis clamor, per quem ce-
cidit Babylon. 164.
Passio Chři, nostra consolatio in ad-
uersis. 23.
Passio Chři, fundamentum omnium, 188.
Pastores aliter & rusticolę, aliter nauarę luge-
bunt. 167.
Patientia sanctorum in securitate iudicij 138.
Patres sub lege quomodo baptizati 142.
Paulus, quare sic iactat raptum 143.
Peccatum est causa libri mortis. 127.
Peccata sacerdotum 100.
Peccatum occultum quale fuerit 32.
Peccatum grauissimum, lætari in rebus pesti-
mis. 103.
Peccatum defendere, blasphemia 149.
Pedes Chři quomodo files aurichalco 23.
Pedes bestiarum qui sint. 123.
Persecutores sanctorum flumina 147.
Persecutio in Chřianos. 119.
Persecutio sub Antichřo 222.
Personarum distinctio in vocatiōe ad fidem
non est. 175.
Petueritas in regesterrę 163.
Pes dexter super mare &c. 92.
Pharao quomodo induratus. 162.
Phylarę apostoli sunt, & viri apostolici 142.
Phylarę datę sunt in die Pentecostes. 145.
Phylarę tuba differt 146.
Phylarę plenę odoramentorę quę sunt 33
Philosophorum gentilium vanitas. 151.
Plagę septem. 146. & 147
Pœna Iezabel omnes mouet hæreticos, 30.
Pœnalistimor. 170.
Pœnitentia in fine mundi sera 166
Pœnitentia Achab regis. 29.
Pœnitentię tempus, quomodo à deo con-
ceditur. Ibidem.
Pœnitentię diuersimode agitur ab homini-
bus. 30.
Poetica de ore bestiarę exijt 151.
Poetarum scientia inflata Ibidem.
Pontificum autoritas in ecclesia 130.
Perſarum regnum Vrſo simile 85.
Portę ciuitatis Hierusalem 187.
Potentes seculi mare 147.
Potestas omnis à domino deo est. 86.
Preces sanctorum, sunt incensa 74.
Prędestinati, cœli sunt, 117.
Prędicatores euangelij, sunt septem angeli
cum phyalis. 142.
Pręlati contra hæreticos Heliam sequi de-
bent. 27.
Pręlati indocti reprehenduntur. Ibidem.
Pręlati ecclesiarum, quatuor animalibus com-
parantur 45.
Pręlium quo draco à templis & aris pulsus
est. 113.
Pręlium in cœlo 114.
Pręsulum autoritas 18
Pręsules ecclesiarum quales sint 19
Pręuaricatio diaboli triplex 132.
Primitię messis apostoli. 140
Primogenitus mortuorum quis sit 6.
Principium creaturę dei, 37.
Promissio præmiorum 32.
Profectus virtutum à timore ad charitatē, 28
Prophetabunt duo testes 98. & 99. & 100.
Prophetarum desiderium. 109.
Prophetę visiones suas intelligebant. 40.
Prophetę quomodo intelligendi, 187.
Prophetę fundamenta dicuntur Ibidem.
Prophetię tria sunt tempora 2.
Prophetia proprie de futuro Ibidem.
Psalterium decem chordarum 143.
Pseudopropheta quis 176.
Pseudopropheta apprehensus cum bestia, qđ
Pulchritudo falsa in auro, & in (Ibidem).
gemmis. 166.
Purgatorium. 189.
Puteus abyssi, mendacium est. 81.
Putei fumus, sapientia huius seculi. Ibidem.
Væstio de alia bestia. 127.
Quærstio prolixā de Iohānis angelo. 17
Quærstio, an deus velit bonum 179.

Redemptio per agnum verum 54.
Reges decem, in regnis septem. 155.
Reges & principes, sunt capita in caudis. 89.
Reges seculi, serui sunt terrę. 6.
Reges & principes Iudæorum, qui sint 66.
Regna septem contra fidem ecclesię 110.
Regna septem, quare montes dicantur 159.
Regnorę temporalü conditio miserabilis, 162
Regnum Alexandri, pardo simile 123.
Regnum Macedonicum post mortem Ale-
xandri. 111.
Regna septem contra populum dei 155.
Regnum & sacerdotes facti sunt serui peccati
Regnum cupiditatis, 155. (14.)
Reprehensio negligentię 25.
Reprehensio terrentium, qui Antichřitum
recipiunt. 124.
Resurrectiones duę. 180.
Resurrectio duplex qualis sit 94.
Rex filiorum superbię. 126.
Romanus in Chřitianos sæuiebat 159
Romanum imperium, bestia & diabolus est.
Rumphęa ex vitraque parte acuta, ser-
mo dei est. 25.
Sacerdos conductitius nominatur. 27.
Sacerdotes mali, Balaam cōparant 26.
Sacerdotum autoritas in ecclesia 180.
Sacerdotes & epi quales esse debent. 35.
Samarita meretrix. 157.
Sancti quomodo sunt serui & amici 54.
Sancti consolati. 170.
Sanguis sanctorum & martyrum 156.
Sanguis vsque ad frenos equorum. 141.
Sapientia in otio & solitudine 119.
Sapientes mundi stulti effecti 150.
Satanę altitudinem qđ non cognouerunt 31.
Satanę altitudo est apprens. Ibidem.
Satan ligatus mille annis, 178.
Scientes cum peccant, viuę ad infernum de-
scendunt. 176.
Scorpiones terrę, hostes Iſrael 81.
Scriptura cur aqs & tonitrui comparat 134
Scriptura sacra, vox est de cœlo. Ibidem.
Scriptura sacra, per tres alas exprimit. 46.
Scriptura sacra, aquila 119.
Scripti in libro vitę 158.
Scripta ab origine mundi 126.
Scriptura, est hic lumen in terra. 190.
Sedere in throno, quis dicatur. 38.
Sedes in cœlo, ecclesia Chři est 40.
Sedila senatorum viginti quatuor. 41.
Seniores viginti quatuor, omnes ecclesię pa-
tres. 106.
Seniores cur sic dicantur. 42.
Seniores recte dicuntur apostoli. Ibidem.
Sensus multi in syllabis paucis Ibidem.
Sententia non est præcipitanda in epos 21.
Septem milia hominum. 196.
Sepultura Chři. 104.
Serpens antiquus. 115.
Seruitus in cœlo dulcis 192.
Sigilla septem sunt septem mysteria Chři. 50
Significare & palam facere differunt. Ibidem.
Signo crucis signantur serui dei. 67.
Signum dei in frontibus, qđ sit. 82.
Signa Antichři, ante quoqđ facta sunt. 129.
Silentiū in cœlo factum, qđtem significat. 72.
Similitudo hostium Iſrael cum scorpijs 82.
Similitudo inter equos & locustas 83.
Simoniaci condemnantur, & clerici fornicatores. 26.
Smaragdus nimie viriditatis 41.
Sodomitę cur dicuntur tertia pars terrę. 77.
Sol & aer obscurati, Iſrael est 81.
Sol niger & saccus cilicinus. 65.
Spectaculum miserum in vltimo mundi in-
cendio. 166.
Spiritus vnus & idem per omnem scriptu-
ram sacram. 154.
Spūs sanctus vox de cœlo in varijs linguis. 165
Spiritus immundi præfunt magis poetis, phi-
losophis 151.
Spiritalia nequitię in cœlestibus. 114.
Spūs consilij in septem tubis 76.
Spūs consilij boni, ex deo est. 34.
Spiritus prophetię 170
Spūs cōsilij aperiet septē tubarę mysteria. 73.
Spūs Iohannis, liber in exilio Ibidem.
Spūs sapię septimus 37.
Spūs. 7. loquuntur septem ecclesijs 20
Spūs fortitudinis post spm scientię 28
Spirituum septem, duplex ordo 39.
Spūs septem, sunt vnus spūs 5.
Spiritus sapientię. 170.
Spiritus intellectus. 171.
Spiritus consilij Ibidem.
Spiritus fortitudinis Ibidem.
Spiritus pietatis Ibidem.
Spiritus scientię Ibidem.
Spūs timoris domini Ibidem.
Stagnum ignis ardentis & sulphuris 177.
Stantes ante thronum, qđ sint. 70.
Statera in manu diaboli 59
Statio infida sup arenam maris 120
Status ecclesię triplex 2
Stella matutina, est Chřitus 32.
Stella quę de cœlo cecidit, diabolus est 81.
Stellę ceciderunt super terram 65.
Stellę duodecim, sunt. xij. tribus Iſrael 109
Stellę quomodo teneantur ne cadant Ibi-
dem. 16
Stellę septem, qui sint 16
Stephanus de templo exiit 145
Stola est cultus seu verbum dei 63.
Stolę dealbantur in sanguine agni Ibidem.
Stolę albę, quibus sunt datę Ibidem.
Stolę geminę erūt sanctis post resurrectionē
Superbia diaboli. 115 (64)
Superbus cadit 186.
Synagoga Satanę, quos habeat. 95.

T emplum tabernaculi, ecclesia est.	144.	V ae tria vltima praedicta sunt in scripturis.	80.
Templum dñi, quare apertum est.	108.	De primo.	83.
Templum dei, quare in caelo.	71.	Valens Imperator Arrianus.	119.
Tempora persecutionis ecclesiae.	119.	Vasa misericordiae ab ira dei praeseruata.	142.
Tempus poenae non erit vltra.	107.	Venti & nubes dicuntur apostoli.	67.
Terræ motus in cordibus hoim.	152.	Verbum dei adulterantes, quomodo conuincendi.	27.
Testes Chri contra Iudæos sunt triplices.	52.	Verbi incarnati gloria.	39.
Testes duo contra hæreticorum multitudinem sufficient.	99.	Veritas domini.	144.
Testimonium Iesu.	169.	Veritas scripturae, per sex alas designatur.	46.
Testimonium Iohannis certum.	2.	Vestimentum Christi varie accipitur in scripturis.	174.
Testamentum vetus, vni tantum genti datum.	136.	Victor passionum humanarum, quis sit.	31.
Testamentum nouum datum cum ceteris gentibus.	137.	Via domini duae.	144.
Testimonium martyrum imperfectius quam Testis fidelis & verus.	37.	Vigilandum est omnibus.	31.
Testis fidelis est Christus.	5.	Vinea domini filij Israel.	173.
Testium duorum potestas.	102.	Vinea domini, domus Israel.	Ibidem.
Timor duplex.	170.	Vinea à vite dicitur, quæ Christus est.	52.
Timor iudicij poenalis.	137.	Virginitas carnis.	134.
Timor est quoddam pondus.	31.	Virga ferrea, est inflexibilis iustitia.	173.
Tonitrua & terræ motus in datione, tum legis, tum euangelij.	108.	Virga ferrea, est animi reſtitudo.	31.
Tonitrua septem, septem sunt oracula prophetarum.	92.	Virginitate non est superbiendum.	37.
Tribulatio iustorum à septem capitibus beſtia.	158.	Virginitas, prima gratia.	34.
Tribulationes exigunt spiritum pietatis.	23.	Virtutem habere modicam, quid sit.	35.
Tribulationes quomodo timeri possint.	24.	Virtus dei.	106.
Tribunal summum in ecclesia, sedes Romana.	180.	Visionum modi sunt tres.	13.
Tribus Dan, quare omittitur.	69.	Vita actiua in circuitu, intus contemplatiua.	47.
Tribus Iuda, cur primo loco ponitur, ibidem.	70.	Vitæ æternæ gaudium ineffabile.	72.
Tribus multæ in vna gente.	70.	Vniuersis dicuntur, quæ vni dicuntur.	22.
Tribuum Iudaicarum non vnus ordo.	68.	Vniuersitas malignorum vna bestia.	180.
Tubæ septem contra peccata gentium.	76.	Vnitas Hebræos, binarius gentiles designat.	87.
Tuba prima contra Sodomam & Gomorrhæam, & quid reliquæ designent, in subsequentijs folijs inuenies.	77.	Vacatio animi ad apostolorum.	175.
Tuba differt à phylala.	146.	Vox aquarum sacrae scripturae.	16.
Tuba septima notissimi iudicij.	105.	Vox aquarum multarum.	Ibidem.
Tunica pelliceæ, signum miseriae.	64.	Vox admirationis dei.	47.
Thuribulum aureum, est fides.	74.	Vox alarum exaltatio superbiae.	87.
Idem est corpus Christi.	76.	Vox Achariae duo fuisse videntur.	62.
		Z elus Phineæ faceret dotis.	28.

¶ F I N I S.

PROLOGVS RVPER

TI ABBATIS TVITIENSIS, IN APOCALYPTIS Iohannis apostoli, ad Fridericum archiepiscopum Coloniensem,



VTu quoque o venerabilis Colonienſium archipraeſul Friderice, praesentis & expressum in scripturis veritatis exemplum perdocet, cunctis ad veram re promissionis terram tendentibus, quo sint mites, spiritu pietatis opus est. Beati namque mites (ait ipse dominus) quoniam ipsi possident terram: immites a beatitudine excludens, quoniam ipsi non possidebunt terram. Vtrorumque scilicet & eorum qui sunt mites, & idcirco possidebunt terram, & eorum qui sunt immites, & idcirco non possidebunt terram, notum celebre exemplum in illis exploratoribus expressum est, quos iubente domino misit Moſes ad considerandam terram Chanaan. Nam qui ex illis mites fuerunt, id est, qui veritatem scientes, ei non repugnauerunt, videlicet Iosue filius Nun, & Caleph filius Iephone, dicentes: Terra quam circumuiimus, valde bona est, si propitius fuerit dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem, nolite rebelles esse contra dominum, ipsi possederunt terram: ceteri autem, qui immites & rebelles fuerunt aduersus veritatem, & contra conscientiam propriam loquentes, & dicentes: Terra qua lustrauimus, deuorat habitatores suos, ipsi non possederunt eandem terram. Quid autem sacra nobis scriptura, nisi vera re promissionis est terra? Denique quod fuit illis corporaliter de Aegypto exire & in illa re promissionis terram introire, hoc nobis est de tenebris ignorantiae exiſſe, & ad notitiam dei per scripturarum veritatem introire. Imo abundantius nobis hoc est, videlicet quantum vmbra aut figuram praecellit corpus aut res. Nondum quidem dum scripturas legimus aut intelligimus, facie ad faciem dominum videmus: veruntamen ipsa dei visio, quæ quandoque perficienda est, hic iam per scripturas inchoatur. Et quæ nam terræ huius, id est, sanctæ scripturae pars vberior est, quæ hic liber Apocalypſis Iohannis apostoli? Ad quam videlicet partem studioſa meditatione explorandam, me tuarum maxime colloctionum iucunditas excitauit. Instabat enim vir religione illustris, & in sacris studiosus literis, dominus Cuno abbas cenobij Sigebergenſis, quaedam libri huius capitula prius seorsum, deinde te quoque audiente proponens: ea videlicet intentione, vt et tibi compertum esset, quod ego (vt putabat ipse) vltra id, quod antiquiores patres librum hunc exponendo senserunt vel dixerunt, aliquid vtiliter supererogare possem. Agebat hic per nimiam suæ mentis beneuolentiam, qua iam dudum de paruitate mea sentire coeperat altius, quæ se habet ingenij mei possibilitas. Nimirum et ante et post eandem colloctionem, vt hoc opus aggrederer, institit: nec persuadendo destitit, donec tandem, vt volebat, euicit. Quæ (inquam) sacrae scripturae series, hac Apocalypſis, aut

Matth. 9
Mites possident
debet terram

Numeri. 13

Que fuerit
authori oc
casio scribendi.

Cuno abbas
Sigebergenſis.

PROLOGVS.

Laus libri Apocalyp-
piceos.
Hierony-
mus in ar-
gumento
libri

psi, aut in superficie pulchrior, aut in sensu est locupletior? Etenim (sicut ante nos dictum est) tot habet sacramenta, quot verba, parum dictum est, & pro merito voluminis laus ois inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiae. Vt igitur terram istam possideamus, fidelium exploratorum, qui mites fuerunt, exemplum sequamur. Dicendo contra immites haereticos, huic terrae detrahentes, quoniam terra quam circumuiimus valde bona est. Ipsi dicunt, terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos, sed mentiuntur. Non enim terra ista, terra dei, deuorat habitatores suos: sed suae ipsorum ad inuentiones deuorat superbos, sicut murmuratorum illorum quosdam, non illa repromissionis terra, quam non attigerunt, sed ipsa quam calcabant terra deuorauit, & deglutit, disrupta sub pedibus eorum. Proinde expedit, vt (sicut iam dictum est) mites animo simus, quicumque hanc terram, id est, hanc scripturam ingredimur, & ibi altiore diuinorum sensuum maiestatem latere arbitramur, vbi adhuc minus intelligimus. Si enim propitius fuerit dominus, introducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem, vt inueniamus latentes in ea diuitias salutis, thesauros sapientiae & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiae & pietatis, & timoris domini. Sed dicet aliquis: Iam satis est, quod alij meliores & sanctiores, nihilominus & doctiores inueniunt atque scripserunt. Illicitum est, temerarium est, adhaerere quippiam ad ea, quae a nominatis catholicisque patribus dicta sunt, atque ita fastidium legentibus facere, augendo multitudines commentariorum. Ad haec inquam: Nimirum sanctarum spaciosus ager scripturarum omnibus Christi confessoribus communis est, & tractandi illas nulli iure negari potest licentia, dummodo salua fide, quod sentit, dicat, aut scribat. Quis nanque recte indignetur, eo quod in eadem possessione post vnum aut duos puteos, quos foderunt patres praecedentes, plures proprio fodiant labore filij succedentes? Denique Isaac & alios puteos fodit, praeter illos quos foderant serui patris sui Abraham, quos illo mortuo olim obstruxerant Philistinim. Nam postquam & illos rursum fodit, appellauitque eos eiusdem nominibus quibus ante pater vocauerat, sicut quae scriptura, & dicit: Foderunt in torrente, & repperunt aquam viuam. Ita foderunt & alium. Ac deinceps: Profectus inde fodit alium puteum. Itaque iuxta hanc regulam, nobis quoque concedant, post illos puteos quos foderunt, id est, post illos tractatus quos tractauerunt patres & priores nostri, & alios fodere puteos proprii vomere ingenij, dummodo viuam, & nos aquam reperire possimus, quae nulli noceat bibenti, nulli scandalum vel errorem faciat legenti. Sed iam gratiae dei, tuarumque auctoritatis patrocinio fretus propositum ingrediar opus, solummodo in domino deo spem meam ponere bonum iudicans, vt videlicet non hic, sed in futuro recipiam mercedem.

Obiectio de
supfluo scri-
bedi labore

Responsio
elegans

Gene. 26

Psalmo. 73

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN-
NIS APOSTOLI COMMENTARIO-
RVM LIBER .I.



POCALYPSIS IESV CHRISTI. Cum tota libri series Graece conscripta fuerit, & de Graeco fonte in Latine linguae amnem cucurrerit, sola eiusdem appellatio inacta permanit vt apud Latinos diceretur Apocalypsis: quod nomen poterat in reuelatione transferri, videlicet ob excellentiam rege, siue mysterio, quae haec scriptura comprehendit. Sic Alleluia, sic Amen, Hebraea vocabula ob dignitate sensuum in Graecis & Latinis literis permanserunt. Sic Euangelium in Latinis codicibus de Graeco referuatum est: quod sermone omnes praeter Mattheum Euangelistae, conscripserunt. Itaque Apocalypsis, i. reuelatio praecellens, & in sensibus adorandae plenae maiestatis Iesu Christi, inquit, i. saluatoris vncti. Quemadmodum in Psalmo scriptum est: Vnxit te deus deus tuus oleo laetitiae praeter confortibus tuis. Et quidem multi nomine Iesu a quocati sunt, sed hic propria nomine huius habet rationem. Quae subiungens angelus, cum dixisset, paries autem filium & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim, inquit, saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Item multi Christi, i. vncti fuerunt, sed hic praeter omnibus illis vnctus est, vtpote in quo habitat ois plenitudo diuinitatis corporaliter: illi autem huius fuerunt vel sunt confortes, siue participes. De hoc itaque sentiendum est, quia sicut omnium, ita & reuelandae huius Apocalypseos potestatem, quam natura non habebat, eiusdem Iesu Christi humanitas dono accepit. Vnde sequitur & dicit: Quam dedit illi deus, palam facere seruis suis quod oportet fieri cito. Quid enim habet quod non accepit in vnigenito etiam filio nostra natura? Quid porro non accepit, aut quid non datum est ei pro eo quod obediuir vsque ad mortem, mortem autem crucis: Nihil illi non subiectum reliquit deus, cum Psalmista dicat: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Sed & ipse de seipso dicit, obedientiam iam consummata: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. In isto quoque libro dicit: Et fui mortuus, & ecce sum viuus in secula seculorum: & habeo clauem mortis & inferni. Verum haec de rerum omnium potestate dicta sunt. Illam, de qua nunc sermo est, reuelandi caelestia sacramenta seruis suis, potestatem humanitas dono accepit: quemadmodum & in hoc libro significatum est, vbi agnus signatum de dextera sedentis in throno librum accepit & aperuit. De qua potestate itidem spiritus dicit ecclesis: Haec dicit sanctus & verus qui habet clauem David: qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit. Itaque humanitati quidem Iesu Christi nihil est quod datum non sit, aut quod non accepit: diuinitati vero nihil datum est in potestate, quod ante non habuerit. Dicit ergo: Quam dedit illi deus palam facere seruis suis. Apertius quidem esset, si dixisset, quae. Sed hic modus locutionis saepe fit in scripturis. Vnde est: Bonum certamine certauit, pro eo quod est, bono certamine certauit. Quibus palam facere seruis suis: Illis utique quos pro ipsa manifestatione iam amicos dicit, ita loquens sub ipsa apertione libri signati, i. sub articulo suae passionis qua scripturas implendo intelligibiles fecit. Tam non dicam vos seruos, sed amicos meos: quia omnia quaecumque audiui a patre meo nota feci vobis. Quod autem ait, quae oportet fieri cito: non ita intelligendum est, tanquam ea sola contineantur in hac Apocalypsi quae futura erant: & non ea quae iam tunc erant, vel ea quae ante facta fuerant. Nam postmodum Iohanni dicitur: Scribe ergo quae vidisti, & quae sunt, & quae oportet fieri post haec. Verum quia circa illa quae cito futura erant summa intentionis est, & propter illa maxime texuntur, praeterita siue praesentia, iccirco recte in exordio contentus fuit dicere quae oportet fieri cito. Sic & Iacob patriarcha in benedictionibus suis non omnino taciturnus erat de praesentibus siue futuris, & tamen in exordio solummodo futurorum mentionem fecit ita dicens: Congregamini filij Iacob vt annuntiem quae futura sunt diebus nouissimis. Sequitur: Et significauit mittens per angelum suum seruo suo Iohanni. Significauit hoc loco, idem est ac si diceret signauit, i. quibusdam imaginum sigillis clausit: atque obfirmavit, vt non cunctis, sed tantum diligentibus paterent atque studiosis. Nec vero illud praecedenti repugnat dictioni qua dixit: Palam facere seruis suis. Nam alij sunt quibus palam fecit quaelibet, & dixit, vobis datum est nosse mysteria regni dei: alij vero quibus significauit, de quibus item continuo subiungit: ceteris autem in parabolis. Denique sancti apostoli, quibus datum est in tempore suo nosse mysterium regni dei, tunc scilicet quando spiritus sanctus super eos venit eosque inuisibiliter docuit, ipsi sunt illi eatenus quidem serui, sed extunc amici quibus ista palam fecit. Hi autem qui pro qualitate sensus nesciunt reuereri aut amare caelestia, nisi sub

Apocalyp-
sicus
propter
gnitatem
reuelationis
actentibus

Psalmo. 139

Matth. 23

Coloss. 2

1. Cor. 4
Roma. 8
Psal. 8
Matth. 23
Infra. 1
Viuus.

Infra. 5
Infra. 3
Tropus
scripturae,
quam pro
qua.
2. Timo. 4

Iohan. 17

Praesentis,
Gene. 49

Matth. 13
Act. 2

II. RVPERTI IN APOCALYPSIM CAP. I.

nomibus aut imaginibus reꝝ que formidabiles aut venerabiles esse solent sensibus carnis ipsi sunt qbus eadem significauit. Mittens, inqꝛ, p angelum suū seruo suo Iohanni. ¶ Iste angelus in figura Chsi apparuit bto Iohanni. Quia em̄ cum patre & spū sancto filius vnus est deus, oīa reuelans, utiqꝫ illum angelū repleuit, atqꝫ in illius corde habitans, per eum locutus est Iohanni. ¶ Qui testimoniū perhibuit verbo dei, & testimoniū Iesu Christi quæcunqꝫ vidit. ¶ Hæc pars exordij huiꝰ, magnā totius libri auctoritatem perficit, vt non debeat contēni vel minoris haberi cultitudinis, q̄ cæteræ scripturæ, quas in Canonico apice recipit, ac veneratur ecclesia Christi. Si em̄ hanc Apocalypsim nō recipit qꝫ, consequens est, vt nec illud recipiat testimoniū verbi dei, testimoniū Iesu Christi, i. euangelium eiusdē Iohannis, in cuius initio dicit: In principio erat verbum, &c. ¶ De illo nanqꝫ testimonio dicit adiungens, quæcunqꝫ vidit, videlicet ad confirmationem eiusdem testimoniij: quia nimirum cum in testimonioꝝ constantia diuersitas sit, ille constantissimus iudicator testis, qui quæ testificatur ipse vidit. Eandem ob causam cū dixisset, quia vnus militum lancea latus dñi, cum iam obisset, aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua: statim subiunxit: Et q̄ vidit, testimoniū perhibuit, & verꝫ est testimoniū eius, & ille scit quia vere dicit, vt & vos credatis. Et alibi: Hic est discipulus q̄ testimoniū perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus q̄ verū est testimoniū eius. Nec vero singula scribēdo testimoniū perhibuit de oībus q̄cunqꝫ vidit, sed em̄ dicit: Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipuloꝝ suoz, q̄ non sunt scripta in libro hoc. Verum etiā hæc dicens testimoniū perhibuit de omnibus quæcunqꝫ vidit, non quidem oīa scribēdo, sed multa fuisse dicēdo: ita vt quemadmodū in fine dicit: si oīa scribantur, nec p̄m arbitretur mundū capere posse eos q̄ scribēdi essent libros. Hoc autem cum dicit, non ad multitudinem codicum, sed ad magnitudinem spectat sensuum, qꝫ etiam nunc cū pauci sint libri vniuersos capere non possunt qui in mundo sunt. ¶ Et illa quidem q̄ fuerant Iesu Christi, i. secundum formam serui siue habitum hoīs visibiliter effecta, iste videre potuit, sed verbum ipsum cui nihilominus testimoniū perhibuit, videre oculis non potuit. Iccirco ita nō dixit: Qui testimoniū perhibuit verbo dei, quæcunqꝫ vidit, sed clausulam protelans præmisit, & testimoniū Iesu Christi, & tunc demum clausit dicens, q̄cunqꝫ vidit. ¶ Beatus q̄ legit & qui audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt, Tempus em̄ prope est. ¶ Conscijs sibi met q̄ vel qualia viderit, quas pœnas malorum, quæ p̄mia bonorum, hæc Apocalypsis Iesu Christi palam sibi fecerit, cōpetenter exclamat, ore grandi atqꝫ intentione vehemēti, beatum illum esse veraciter dicens, q̄ ea quæ hic scripta sunt, verbi gr̄a, septem tubas admirabiles in hac prophetia contonantes audiens, aut si literas nouit ille legens, obseruauerit, seqꝫ vigilanter ad illam quæ canet in die iudicij archangelus, tubam dei, tubam nouissimam preparauerit. Sic legislator Moyses cum de longinquo, videlicet multo antiquior q̄ iste, beatitudinem sanctorum prospiceret, partimqꝫ per enigma prædiceret, repente exclamauit: Beatus es tu Israel, qꝫ similis tui popule qui saluaris: Tanta quippe tamqꝫ horrenda prauorum damnatio: tanta tamqꝫ optanda iustoz gloriificatio est, vt merito spectator exclamet, & exclamando spūs significet, qd loquendo explicare lingua non potest: tunc maxime quia tempus prope est, & quando assit, quādo nouissima tuba canat, incertum est, p̄videri non pōt. ¶ Sane verba prophetiæ huius cum dicit, omnimodam prophetiam, hic intelligere vel expectare debemꝰ, i. trium temporum, p̄teriti, p̄sentis & futuri. Sic enim & ante nos dictum & verum est, quia prophetiæ tempora tria sunt, s. p̄teritum, p̄sens & futurum. Prophetia de futuro est: Ecce virgo concipiet & pariet filiū. Prophetia de p̄terito est: In principio creauit deus cœlum & terram. De illo enim tempore dixit homo, quando non erat homo. Prophetia de p̄senti est, quam apostolus Paulus dicit: Si autē omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, cōuincitur ab omnibus, diiudicat ab omnibus, occulta cordis eius manifesta sunt. & ita cadēs in faciem adorabit dominum, pronūtians, p̄ vere in nobis sit deus. Cum ergo dñs, occulta cordis eius manifesta sunt: profecto monstratur, quia per hunc modum prophetiæ: spiritus non prædicit quod futurum est: sed ostendit quod est. ¶ Sed sciendum est quod in duobus temporibꝰ prophetia ethymologiam perdit, q̄ cum ideo prophetia dicta sit, quod futura prædicat, quādo de p̄terito vel p̄senti loquitur, rationem sui nominis amittit, qm̄ non prophatur quod futurum est, sed vel ea memorat quæ transacta sunt, vel ea quæ sunt. ¶ Horum omnium tempoz siue de omnibus his temporibus, s. de p̄terito, de p̄senti & de futuro hæc prophetia cōtextitur: quia videlicet qualis fuisset, qualis tunc esset, qualis futurus esset ecclesiæ status, hac Apocalypsi reuelauit huic dilecto suo Iesus Christus, sicut ex ipsa serie mirabili, eodem Iesu Christo dante, cognoscere potest lector, siue auditor beatus. Promissꝰ ergo beatitudinis spe ad legendam hanc prophetiam duce Iesu Christo ingrediamur, & legentes pariter audiamus, foris legendo literam, intus audiendo mysteria, quæ sapientibus & prudentibus abscondita, pater reuelat paruulis, illam apponentibus aurem, quam hæc ipsa prophetia sapientibus re-

Iohan. 19.
Iohan. vlt.

Iohan. 20.

Iohan. vlt.

IIa.

Deute. 33.

Quia,

Esaie. 7
Gene. 1.
1. Cor. 14.

Matt. 11.
Infra. 2.

COMMENTARIORVM LIBER I.

III.

us regit, cū dicit: Qui habet aurem audiendi audiat, quid spūs dicat ecclesiis. Quæ enim hæc tenus dicta sunt, iccirco dicta sunt, vt eiusmodi aurem nos habere vel quærere persuadeat, scilicet attentam, docilem ac beneuolam, quod doctoꝝ ingenia secularium in exordijs suis competenter facere non parua intentione laborant. Nam dicendo Apocalypsis Iesu Christi quam dedit illi deus palam facere seruis suis, quæ oportet fieri cito, attentionem audientis exigit, vt pote qui de rebus magnis & cito futuris sese locuturum promittit. Docilem vero reddere intendit dicendo, & significauit. Per hoc enim innuit, sub nominum siue imaginum figuris cœlestia debere mysteria requiri. Beneuolū esse cupit, cū dicit de sua persona, q̄ testimoniū perhibuit verbo dei, & testimoniū Iesu Christi quæcunqꝫ vidit. Multam quippe ex nobis mereatur beneuolentiam persona talis, quæ testimoniū perhibuit verbo dei, & testimoniū Iesu Christi quæcunqꝫ vidit. Multam res ipsa cuius fructus legētibꝰ, audientibus, atqꝫ obseruantibus beatitudo est. ¶ Iohannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia: Gratia vobis & pax. ¶ Hanc salutationem gratiæ & pacis, libenter omnes vbiqꝫ gentium fideles, tamquam vere ad nos missam de ore Iohannis, accipimus, libere & veraciter profitentes, q̄ de septem ecclesiis sumus, & in Asia sumus. ¶ Asia quippe elario interpretatur, & seculū istud significat elatum seseqꝫ offerens, tanquam marinis fluctibus, sicut in Psalmo canit: Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Quod est dicere: Mirabiles persecutiones seculi, sed multo magis mirabilis dominus in eisdem persecutionibus compescendis. ¶ In huiusmodi Asia septem ecclesiæ sunt, i. vna & vnica ecclesia catholica, sancto septiformi spū ordinata & ornata. Quicquid ergo gratiæ & pacis septem ecclesiis quæ sunt in Asia hic popatur, nobis omnibus gentibus Christum colentibus iure vendicamꝰ, etiam si hic humilis spū ap̄l̄s & euangelista suam orbi terrarum auctoritatē ingerere dissimulans, eam tantummodo orbis particulam, i. minorem Asiam nominet, in qua laborauerat. Iste sunt septem mulieres quæ in Asia, iam decaluate vertice filiarum Sion vnum virum apprehēdentes dicūt: Pacem nostram comedemus, & vestimentis nostris cooperiemur, tantummodo inuocet nomen tuum super nos, aufer obprobrium nostrum. Ac si dicant adorantes eum vniuersæ familiæ gentium: Ecce gens illa, quam cum nullum haberet terram, eduxisti de Aegypto, & destruens gentes septem in terra Chanaan, forte distribuisti ei terram eorum: ecce qualem retribuit tibi retributionem, eiciens te extra portam ciuitatis & crucifigens. Saltem nūc diuerte ad nos. Non quærimus vt des nobis regiones alienas pro mercede euangelij tui, sicut illi pro mercede, acceptæ legis, regiones septem gentium dedisti, s. Chananzorum, Amozorum, Gergezorum, lebulzorum, Ethazorum, Pherazorum & Euazorum. Sicut tūc propter eam septem gentes illas destruxisti, ita nimirum hæc tunc eiusdem quasi mulieris vnus amore contentus, nos septem mulieres, i. vniuersitatem gentium contempisti. Merito quondam in propheta super illa fornicatrice conquerebaris, dicens: Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentū, & vinū, & oleū, & argētū multiplicauit, & aurū quæ fecerūt Baal. Plus est quod nunc fecit, quia videlicet fauens adulteris, te crucifixit. Nos nihil terrenum a te quærimus, præter quod ante euangelium tuum habuimus, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer obprobrium nostrum, vt vltra non vocetur super nos omen dæmonioꝝ. ¶ Igitur Iohannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia, idem nobis sit ac si dixisset: Iohānes oībus ecclesiis quæ sunt in mundo, Sic inchoans, patenter scripturam illam sapientis veridicæ sibi efficit, quæ de homine timente dominum præclara promissione sic loquitur: In medio ecclesiæ aperiet os eius, & implebit eum dominus spū sapientiæ & intellectꝰ. Nam ecce in medio septem ecclesiarum, quæ omnes, vt iam dictum est, vna ecclesia sunt, aperuit os eiꝰ dñs, & sic loquitur, vt sermo eius omnium ecclesiarum dignus sit auditu. Habet enim caput narratio eius. Fidem quippe catholicam quæ vel cuius confessio omnis sanæ doctrinæ caput ē. ¶ Hic in capite consistet ab hoc loco vsqꝫ ad id quod post modum dicit. Ego sum α & ω, principium & finis, dicit dominꝰ deus, qui erat, & q̄ est, & q̄ venturus est omnipotens. Primo consistetur eum qui erat, & qui est, & qui venturꝰ est, deinde septem spiritus eius, deinde testem fidelem Christū Iesum, offerens illi aurum, thus & myrrham. Offerit myrrhā vt homini q̄ndam mortali, dicendo, qui est primogenitus mortuorum. Offerit aurum vt regi, dicēdo, qui est princeps regum, & ipsi gloria & imperiū. Offerit & thus, dicendo tandem in p̄sona vel de persona eius: Ego sum α & ω, principium & finis, dicit dominus deus, & cætera. Quantū aut sit pretij confessio taliter effusa, nullus apprehendere sufficit. Non enim sic dixit, vt vulgo siue in publica ecclesia dici consuevit, credo in eū q̄ est, & q̄ erat, & q̄ venturꝰ est, & in septem spūs eiꝰ, & in Iesum Christū testem fidelem, q̄ modo in simbolo quōtidiano confitemur non q̄dem verbis eisdem, siue syllabis, sed eodem sensu & modo enūtiationis. Simul vna eademqꝫ ratione & fidem confitē, & fidem fideiqꝫ fructum suis auditoribꝰ imprecatur. Cumqꝫ vtrumqꝫ agat, vnū tamen, s. solam gratiæ & pacis imprecationem, agere videt, nisi vigilanter attendas. Quomodo autē in igne liquefactū, quomodo thus vel myrrha carbonibꝰ inie-

Psal. 92.

Esa. 4.
Psal. 21

Iosue. 14.

Deute. 7.

Osee. 2.

Ecc. 15.

Infra. 1.

III. RVPERTI IN APOCALYPSIM CAP. I.

sta, formam priorem deseruit: sic ista confessio fidei, magno fraternæ charitatis incendio est flagrata, vix potest agnosci quod fidei confessio sit, eo quod illam pene totam orationis imprecationis vis in se converterit. Sed iam verba ipsa seriatim perscrutemur. I. Gfā, inquit, vobis & pax ab eo qui erat, & qui est, & qui venturus est. ¶ Vitata valde more apolorum Christi salutatio est, gfa & pax, & precipue more Pauli, quem vas electiois suæ ipsa gratia diffusa in labijs eiusdē Christi nominavit, in nulla quippe epistolarum suarū salutatiōem huiusmodi omittit. Digna ergo dictio est ut quasi statera ponderetur, & pondus eius quantum sit, & si omnino diffiniri non potest, saltem utrunque æstimet. Quid rogo apostoli, quorum hic vnus dilectus Iesu Christi est, per eundem Iesum Christum, nisi gratiam & pacem acceperunt? Gratia namque, & non ex operibus, vocati sunt, ut essent id quod sunt, scilicet apostoli, & ista tantum gratia honorati fuerunt, quod diu ipse qui vocavit eos dominus Iesus cum illis ambulavit. At ubi moriens ille pro nobis æterno patri Adæ debitum soluit: & veteris piaculi cautionem, pro cruore detergit, die tertia resurgens, pacē illis attulit stans in medio eorum, & dicens eis, pax vobis. Recōciliaverat enim eos deo, soluto pariete inimicitiarū per mortem crucis. Quod ergo acceperant, id prius vocatio nō gfa, & deinde pacē reconciliatiōis necessariā, utrunque nobis optare debebant & offerre, nō à semetipsis, sed ab illo à quo acceperant & ipsi, scilicet ab eo qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hoc, inquit, illis instanter commemorare debebant, ut scirent se à deo vocatos esse per gratiam: pacemque seruarent & reconciliatiōem, qua erat deo reconciliati per Christum. ¶ Hoc interim silentio non præterire libet, quod cum iam dictus Paulus apostolus in omnibus epistolis suis salutando ecclesiās, hæc duo, scilicet gratiam & pacem coniungat, dicens gfa vobis & pax in his duntaxat, quas ad discipulum Timotheum, scribit, miām interponit Timotheo, inquit, dilecto filio in fide, gratia, miā & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Nam quia in illo episcopus omnes informabat, cuius officij summum & necessarium decus est, misericordia, & ille, ut fertur, zeli feruentioris erat, iccirco recte & opportune viscera miā illi haberet optabat, & hæc inter cætera dicens: Seniores ne increpaueris, sed obsecra ut patrem. Etenim nos omnes memores esse debemus, quia gratia dei est & non ex nobis, quicquid boni sumus aut habemus, & hoc respectu compati his, qui necdum esse vident quod sumus, vel habere quod habemus, iuxta mysticum sanctæ legis exemplum, quo ait dominus: Peregrino non molestus eris. Scitis enim aduenarum animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. Sed hoc ut episcopi obseruent, qui constituti sunt animarum præfides: multo maxime tam illis quod subditis necessarium est. Quapropter satis vtiliter nobis actum est, ut is cui specialiter dictura erat miā, pacē agnos meos, in suo lapsu prius disceret quantum deberet esse misericors. ¶ Sed iam ad cœptam literæ semitam redeamus: Ab eo, inquit, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Nonnullis visum est dicta hæc de persona filij debere intelligi, pro eo maxime, quia dixit postremo, & qui venturus est. Quoniam venturus est iudicare vivos & mortuos ipse filius, & nullam hic personæ patris mentionem fieri, sed tantummodo filij & spiritus sancti, bis filij, scilicet in eo quod prius ait, ab eo qui erat, & qui est, & qui venturus est, atque in eo quod posteriori, & Iesu Christo qui est testis fidelis, &c. Semel vero spiritus sancti, in eo quod ait, & septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt. Sed occurrit iam dictus apostolus Paulus, toties dicens, & toties distinguens, à deo patre nostro & domino Iesu Christo, gratia vobis & pax. Vtque pater Christi pater noster est: quemadmodum dicit: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, isque & erat, & est, & venturus est. ¶ Hoc solum quod postremo dicitur, & qui venturus est, compellere videtur ut hæc de persona filij dicta intelligantur, quia de hac persona angeli dixerunt: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. At vero & pater sine dubio venturus, id est, seipsum fidelibus manifestaturus est, qui nunc vident eum per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Hoc tantum differt, quia filius in forma serui sic veniet, ut eandem formam non tantum boni viderant, verum etiam mali, sicut infra scriptum est: Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Pater autem sic veniet, id est, apparebit, ut gloriam dei patris & filij & spiritus sancti non nisi videat boni. ¶ Quod si testimonio scripturarum indiget, ut recte illo modo venire venturus esse credatur pater, ecce in Daniele ita scriptum est: Et aspicebā donec throni positi sunt: & antiquus dierum sedit. Item: Et ecce cornu illud faciebat bellum aduersum sanctos, & præualebat eis, donec veniret antiquus dierum & iudicium dedit sanctis excellenti: & tempus aduenit, & regnū obtinuerunt sancti. Cui dubium est in antiq̄ diebus veniente, personam patris exprimi? Nam de filij persona ibidem scriptum est: Aspicebā ergo in visu noctis, & ecce filius hominis in nubibus cœli veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit. Igitur eum qui erat, & qui est, & qui venturus est, deum præm intelligi nihil prohibet, imo & per pulchrum dignumque ac venerabile est, ut dum sequitur, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo qui est testis fidelis, totius trinitatis gloriosa confessio prædicari credatur. Erat, inquam, pater, id est, immutabilis in se manebat, ante quā hæc mutabilia

1. Cor. 15

Coloss. 2
Lucæ, vlt.
Eph. 2

1. Timot. 16

1. Timot. 5
1. Cor. 4
2. Cor. 5
Exod. 23

Qui speculiter dicturus erat.

Iohan. vlt.

Iohan. 20

Acto. 1
1. Cor. 13

Infra eodē.

Daniel. 7
Ibidem.

Ibidem.

COMMENTARIORVM LIBER. I.

V.

tabilia conderet. Et est quod, id est, immutabilis permanet, dum hæc eadem regit currentia mutabilia. Venturus est nihilominus, id est, immutabilis apparebit, cum præterierit hæc mutabilia rerum corruptibilis species. Porro de bestia maligna, quæ proposito huius aduersari molitur longe inferius scriptum est: Et bestia quam vidi fuit, & non est. Consolationem ergo recipiant in gratia ista tam ipse Iohannes exilio relegatus, quam & omnes qui pie volentes vivere in Christo persecutionem patiuntur, quæ futuræ est ut de omni persecutione siue psequente dicat, fuit & non est. De isto autem propter quem patiuntur semper dicat: Qui erat, & qui est & nunquam esse desinet. ¶ Et à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt. ¶ A septē spiritibus, id est, septiformi spiritu. Ita vero dicens, prioris scripturæ vultum respicit, ubi sic scriptum est: Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Et hic nimirum opportune ad illius scripturæ faciem respexit, præsertim, quia is, de quo propheta loquebatur, flos qui ascendit de radice Iesse, agnus dei, idemque leo fortis, eorundem septem spirituum super se requiescentium, fortitudinē simul & claritatem significabat. Illi in septem suis cornibus, septemque oculis, & in septem lampadibus ante thronum dei ardentibus, & in tot mysteriorum signis septemplexibus, septem libri signati sigillis, septem angelorum tubis, septemque phyalis, & ante omnia in septem stellis, septemque candelabris, id est, septem ecclesiis. Igitur à septem spiritibus, id est, ab vno sancto septiformi spiritu, subauditur eadem gratia vobis & pax. ¶ Hi videntur septem spiritus in conspectu eiusdem throni patris sunt, id est, in conspectu sanctorum angelorum qui adeo thronos dei sunt, & adeo in ipsis sedet deus, ut quidam ex eis etiam propriæ throni vocentur. Hoc nimirum exinde habent, quia spiritus isti in conspectu illorum sunt, id est, quia spiritus istos conspiciunt. Nam nisi isto septiformi spiritu confirmati essent, nullatenus sedentis pondus dei ferre prævalerent. Ipse enim spiritus amor est, quo solo idonea sit creatura rationalis, ut in ea maiestas dei sedeat, quam ferre non potest quisquis illam non amat. Nam e contrario de illis, quorum in conspectu siue diligenti memoria non sunt spiritus isti, Psalmista dicit: Sicut cera fluit à facie ignis, sic peccatores pereant à facie dei, ut videlicet intelligas, nullum posse subsistere à facie dei, nedum sedem esse dei, qui non habet hunc spiritum amoris. Ab isto ergo spiritu septiformi, gratia, inquit, & pax septem ecclesiis, cuius videlicet gratiæ & pacis hic fructus est, ut & ipsi cum sanctis spiritibus angelicis throni dei sint. ¶ Et ab Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regni terræ. ¶ Et ab Iesu Christo, inquit, subauditur gratia & pax, utpote per quem facta est ipsa gratia, & qui est nostra pax. Nam gratia & pax per Iesum Christum facta est, & ipse, inquit, apostolus, pax nostra, qui fecit vnum. Hæc namque persona in adquirenda nobis hac pace & gratia, plus egit, & semetipsum impendit, nostram assumendo naturam, & obediendo vsque ad mortem, mortem autem crucis, eandemque nostram in se resuscitando à mortuis, & confedere faciēdo ad dexteram patris, ubi nunc est, autoritatem nobis firmam retinens huius gratiæ & pacis. ¶ Recte vero hanc personam nunc nouissimum, id est, tertio loco posuit, quia & hic de ea plura dicturus est, & in sequentibus ipsa in diuersis figuris conspiciuntur, ipsa plus & pene totum loquitur. Nam & septem quidem spiritus, singuli per ordinem singulis ecclesiis loquuntur, sicut loco suo diligentius considerabimur, diciturque per singulos siue de singulis, qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis, sed hoc ipsum quod spiritus loquitur, in hac persona loquitur, dicente hoc illi & illi ecclesiæ, siue angelo ecclesiæ scribe. Ergo & pro recompenentibus eadem persona laudibus exornatur atque commendatur, ut in omnibus quæ loquitur in hac quoque scriptura, sicut & in cæteris, fides illi sine dubitatione adhibeatur. Qui est, inquit, testis fidelis. Et continuo adiunxit, primogenitus mortuorum. Addit adhuc, & princeps regni terræ. Et luculentius adhuc: Qui dilexit nos, inquit, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: & fecit nos regnum & sacerdotes deo & patri suo. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, amen. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terræ, etiam amē. Ego sum & & ω, principium & finis, dicit dominus deus, qui erat, & qui est, & qui venturus est omnipotens. ¶ Hoc modo, & supra iam dictum est, ut fidem catholicam Christi Iesu dilectus apostolus ore gratioso confiteatur, & eiusdem fidei gratiam simul ecclesiis imprecatur, & cum vtriusque pulcherrime faciat, miro modo vnum, id est, solam gratiæ & pacis imprecationem facere videtur. Singulæ dictiones summa cum dignitate procedunt, singulæ paucis in syllabis maiestatem continent sensum latissimum. ¶ Qui est, inquit, testis fidelis. ¶ Vere testis quod Græce dicitur martyr, quia & natus ob testificandam veritatem, & mortuus est pro testimonio veritatis, quemadmodum ipse Pilato dicit: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Nam & pater quidem testis, de quo ipse Iesus Christus, & testimonium, inquit, perhibet de me, qui misit me, pater. Et spiritus sanctus testis, de quo idem, cum, inquit, venerit paracletus, quem ego mittam vobis, à patre spiritum veritatis, qui à patre pro-

Vidisti.

1. Timot. 3

Psalm. 119

Iohan. 16
Eph. 2
Roma. 8
Eph. 2

Rebus

Iohan. 18
Iohan. 8
Iohan. 15

tre procedit, ille testimoniū perhibebit de me. Sed hęc sola est persona, quę pro testimoniō veritatis mortem sustinuit, vnde & digne solus hic idem filius dicitur testis. ¶ Et multi quidem testes veritatis mortem perpessi sunt, propter verbū testimoniū sui, vnde & Græco nomine martyres eos sancta ecclesia nominare consuevit. Sed non parua distantia est ob quā & iste etiam cum additamento splendide dī testis fidelis. Nam qđ testis iste testificatus est, prius vidit & audiuit, quā in hunc mundum veniret, prius, inquam, vidit & audiuit, & post in hoc natus est, & ad hoc venit in mundum, vt testimoniū perhiberet veritati, quemadmodum & coram præside iam dicto ipse dixit. Hinc & Baptista Iohānes: Qui de cœlo venit, super omnes est, & quod vidit & audiuit, hoc testatur. Omnes alij de terra venerunt, & prius nati sunt quā aliquid scirent, & post acceperunt aliunde ab alio indice qđ testificādo dicerent, & hoc ipsum non perfecte, sed ex parte, vno ex ipsis Paulo aplo dicens: Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Solus ergo testis ille fidelis, i. talis qui anteq̄ huc veniret ad testificandum rem viderit & audierit, tam certus vt non ex parte, sed perfecte cognouerit & prophetauerit. Adde quod mortuus pro eodem testimoniō veritatis, mortem ipsam vicit, & resurrexit à mortuis, quod ante eum testes alij nō fecerunt. ¶ Nā hoc est quod mox dī: L. primogenitus mortuorum. I. i. primus ex mortuis resurgentiū. Resurrectio namq; nobis regeneratio erit, quia videlicet nunc nascendo generati ad corruptionem, tunc resurgendo regenerabimur ad incorruptionem. Vnde dominus in regeneratione, inquit, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę. In regeneratione, inquit, pro eo vt diceret, in vniuersali resurrectione. In illa regeneratione mortuorum testis iste procul du bio primogenitus est, quia prior illis omnibus resurrexit, videlicet non iam moriturus. Nemo quippe ante illum ita resurrexit, vt vltra non moreretur. Sed & testibus alijs, quorū primus fuit Abel iustus, hoc dedit, hoc effecit, vt resurgant & vltra non moriātur. Pulchra valde & splendida dictio, vt pro primo resurgente diceretur primogenitus mortuorum. Hoc nimirum splendore delectati dicimus, quia in illa tali genitura beatę apostolorum animę, quasi matres extiterunt, quippe quę morienti domino Iesu Christo, donec resurgeret, materno adfectu condoluerunt. Idcirco namq; tali ad eos vel pro illis similitudine vsus est: Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius, cum autem pepererit puerum, iam non ineminit præflurę p̄opter gaudium, quia natus est homo in mundum. Tandem testis iste sic ad immortalitatem atq; incorruptionem regeneratus, quid fecit? Ascendit in cœlum, & sedet à dextris dei. Hunc deus, ait Petrus, suscitauit, ac principem & saluatorem exaltauit. ¶ Addit itaq;: L. Et princeps regū terrę. ¶ Quorum vel qualium regum terrę? Nunquid illorū vel talium, quales astiterunt aduersus dñm & aduersus Christum eius? Non vtiq; talium hic est princeps, imo iudex. ¶ Tales enim se dicunt reges terrę esse & nō sunt, sed sunt serui terrę, cum sint serui peccati, subditi cupiditatibus terrę. Illorum est princeps iste, qui & si nō vulgo dicantur reges, sunt tamen reges terrę, quia terrenitatem suam norunt regere, liberi à peccato, serui autem iustitię. Ergo non nisi regum iste princeps est. Omnes enim qui eius esse volunt, oportet tales esse. Vere pulchrum & gloriosum principis huius principatum qui omnes subditos sibi, reges sive regnum & regale facit sacerdotium. Nam hoc est quod postmodum dicitur: Et fecit nos regnum & sacerdotes. ¶ Multum iste principatus à tyrannide differt seculi huius. Reges, inquit, gentium dominantur eorum, & q̄ potestatem habēt super eos, benefici vocant. Hęc & cetera ministris suis dicens iste princeps regum, etiam lauit pedes eorum. Hoc iam factō quasi seruili confirmans quod dicebat: ego autem in medio vestrum sum sicut q̄ ministrat. Nam quo vltius administrandum regibus gentium sese deponeret se dulus minister? Sic tamen ministrans, adhuc erat dominus & magister. Magisterio namq; illi indigebant. At vero illic, quo post resurrectionem suam ascendit, sicut ipse seruitio, sic illi non indigebant magisterio. Ergo multo magis illic non erit ipse rex militantiū aut dñs seruentiū, sed sicut scriptum est, rex regum & dominus dominantium. Sequitur: L. Qui dilexit nos, & lauit nos à pctis nostris in sanguine suo. ¶ Quod maximū erat in opere testis fidelis paululum distulerat, ita dicendo, q̄ est testis fidelis, statimq; subiungendo, primogenitus mortuorū, quia nimirum anticipando resurrectionis glorię transilerat salutiferū passionis eius sacramentum, sed nunc pulchrius atq; splendidi? sermone gratifico repetit dicendo, q̄ dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Commoremur aliquātis per in isto gratiarum actionis fauo dulcissimo, fugamusq; eloquium dulce faucibus nostris sup mel & fauū ori nostro. ¶ Qui dilexit nos, inquit. Vtiq; ante tempora secularia, & iste filius in patre, & pater in isto filio dilexit nos. Hinc etenim Ad Ephesios Paulus ap̄s ait: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suę, in laudem gratię suę, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. ¶ Huius dilectionis actū ecclesia suspirans prima voce in Can. canticorū dicit: Osculetur

Iohan. 3.

1. Cor. 13.

Math. 19.

Roma. 6.

Iohan. 16.

Acto. 2.

1. Petri. 1.

Roma. 8.

Infra. 1.

Luc. 22.

Iohan. 13.

Luc. 22.

Infra. 1.

Psal. 118.

Eph. 1.

Osculetur me osculo oris sui. Factum est quod optauit. Venit diligens atq; dilectus & torus desiderabilis, atq; omnibus oim gratiarum delibutus vnguētis, in secreto virginalis vteri cubiculo, diu desideratum osculum dilectę porrexit, quippe vbi natura dei nature hois verus deus verę carni & verę rōnali aīę sese coniunxit. Inde tanq; sponsus suo procedens de thalamo, totum diligentissimus ad conscribendam in testamento sponsę suę, & vniuerso generi eius dotem cœlestem aīm intendit. Generi, inquam, eius, i. vniuersis animabus q̄ cum illa carne sua per vnicam fidem vnum sunt genus, vna ecclesia, vnum corpus. Ventum est ad iudicium, de quo & dicebat: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ostendit in ætate iudicij liberam se habere à culpa puricationis Adę naturam hominis. Venit enim, inquit, princeps mundi huius, & in me non habet quicq;. Ostendit, inq; etiā in hoc obediens qđ Hierosolymam, vbi quę rebat occidendus, aduenit. Mandauerat enim deus in lege sic: Tribus vicib; per singulos annos festa mihi celebrabit. Solēnitatē azimorum custodies, & solēnitatem messis primitiuorū, solēnitatem q̄q; in exitu anni, qñ cōgregaueris vniuersas fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram dño deo tuo. Cū itaq; secundū legis mandatum venisset Hierosolymam, irruit in eum temerarius iam dictus princeps mundi huius, & in eum q̄ mortis causam, i. pctm̄ non habebat, p̄nam mortis exegit, oblitus p̄ fatuitate iuris illius tenorē, quo sibi arrogabat propter peccatum vnius hominis, omnes hoies possidere. Si enim propter vni? delictum pctōres cōstituti sunt multi, cur nō propter vnius iustitiam iusti cōstituerētur multi? ¶ Diligens itaq; nos, mortuus est propter nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Quōd? Vnus ex militibus lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua. Illo sanguine nos redemit, illa aqua nos à peccatis nostris lauit. Nos, inquit, semetipsum eis q̄ peccauerunt cōnu merans dilectus ap̄s Iesu Christi. Ne putes eum facere distinctionem vllam Iudæi & Græci. Sed & alius quidam ex illis hoibus Israelitici generis ait: Erasmus enim & nos aliqñ natu ra filij iræ, sicut & ceteri. Itemq; alius notę sanctitatis ex illo gñe. Sicut pannus, inquit, menstruata omnes iustitię nostrę. Lauit ergo nos, i. omnem ecclesiā, a peccatis nostris. Eo vsq; dilexit nos. Non quales eramus dilexit nos, sed diligendo vt alij essemus, illo sanguine, & illa aqua lauando, regenerauit nos. Ita concorporalem carnem suę quam assumpserat, diligendo effecit ecclesiā, ita tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro atq; in verbo vitę, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiā, non habētē maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Non solum lauit eos qui iam erant credentes, vel fuerant, sed eos qui futuri erant. Non quidem actu iam tunc, sed potestate lauit eos q̄ futuri erant. Neq; enim iam lauare poterant, qui nondum nati erant, vel qui nondum crederent. Potestatem dedit eis lauare, potestatem dedit eis filios dei fieri, per laucrum regnātionis. Dixit em̄ discipulis suis, postq̄ resurrexit à mortuis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in noie patris & filij & spūs sancti. Illa via, illa baptizandi regula, atq; illa q̄ de templo illo à latere dextro, de templo corporis eius lanceato exierat, & primitiuā, q̄ à seculo collecta fuerat, lauerat ecclesiā, in mare gentium descenderunt, iuxta illud Ezechielis vaticiniū: Aquę istę quę egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendit ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquę, & oīs aīa viuens q̄ serpit, quo cunq; venerit torrens, viuēt. Hic tantus fructus est dilectionis illius q̄ nos dilexit, & in vtero virginali naturam nostram verbum deus sibi copulauit. Illa dilectionis copula tali exitu omnes filios dei, qui dispersi erant, in vnum congregauit. L. Et fecit nos, inquit, regnum & sacerdotes, deo & p̄i suo. ¶ O mira bonitatis dignatio, maior corde & ore nostro, non ad feruitutem nos emit tam caro pretio, tam pretioso sanguine suo, sed vt faceret nos regnum & sacerdotes deo & patri suo, regnum vtiq; patri suo, sacerdotes deo suo. Rex & sacerdos solus erat, reges & sacerdotes facere de seruis peccati, de filijs mortis proposuerat, & iccirco sanguinem fundebat. Quantorum hic testis fidelis meritorum, quantarum caput est coronarum? Sumes, ait dñs in propheta, argentum & aurum, & facies coronas & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni. Super hoc vir illustis Hieronymus ait: Imponitur aut coronę Iesu filio Iosedech sacerdoti magno, quia per singulas virtutes nostras dominus coronatur, imo nobis per virtutem p̄nitentię coronaris, saluator in singulis coronam accipit. Vere ergo domine dominus noster admirabile est nomen tuum, quia gloria & honore admirabili coronasti hūc principem regum, tot coronis, quot vel quantis ex regibus cōstat hoc regnum, in quo omnes, q̄ sanguine eius sacrati sunt, splendidi reges sunt. ¶ Et sacerdotes, inquit, nos fecit, eius videlicet sacrificij q̄ spūalem Pharaonem, i. diabolū, vicit, regnumq; pcti destruxit. Nam sicut filij Aaron iccirco typici illius sacrificij sacerdotes fuerūt, quia pater eorum cum Moysē minister fuit, liberationis illius, quę per illud commemorabatur paschale agni anniculi coniuuiū, ita filij sacerdotis huius, quos spūaliter genuit per laucrum regnātionis, iure sacerdotes sunt sacrificij illius, quo commemoratur non temporalis,

Canti. 11

Exod. 3. 4. Deute. 16.

Iohan. 13.

Eph. 2. Esai. 64.

Eph. 5.

Math. 23.

Ezech. 74.

Zach. 4.

Psal. 2.

VIII. RVPERTI IN APOCALYPSIM CAP. I.

vt illa, sed æterna salus oim. Recte ergo non est distinctio qua ex gente vel tribu fit quis, dū modo scientia & morib⁹ sit idoneus, q̄ videlicet omnes cœlestis sacerdotis, q̄ neminem secundū carnem genuit, secundū sp̄m filij sumus. ¶ Et si non omnes hic ordine illo sacerdotij fungimur, vt corpus & sanguinem eiusdem domini nostri ore sacro conficiamus, attamen in eo sacerdotes nos omnes esse oportet, vt nosmetipsos deo offeramus, quemadmodū dicit Ap̄s: Obsecro vos vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Aliter enim non concedit nobis introire in illa celestia sancta sanctorū, in ipsum cœlū, vbi species istæ nostri sacrificij, species panis & vini non erūt. ¶ Sacrificium aut̄ quod semper offerat nulli deerit in æternū. s. hostia gratiarū, & vox laudis, vox exultationis & confessionis. Eiusmodi est idipm quod hic continuo subiungit: Ipsi gloria & imperium in secula seculorū, amē. ¶ Hoc nimirum ratio iustitiæ postulat, vt accepto beneficio, creatura laudem & gratiarū actionem creatori retribuat. Exempli gratia: Sic Moyses & filij Israel ab Aegyp̄tia seruitute liberati per sanguinem agni, merito Pharaone & exercitu eius in mari rubro, canticum gloriæ domino decantauerunt. Ingratitudinis quippe initium est, beneficium non agnoscere, & à referendis gratijs os mutū & linguā continere. Hoc ergo laudis & gratiarum actionis breue canticum, eo dicente, ipsi gloria & imperium in secula seculorum, dicamus omnes, amen, vt ait Ap̄s, lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. ¶ Hactenus hic fidei nostræ præcentor de clarissimis præcentoribus vnus, quæ ad confessionis perfectionem necessaria sunt ipse confessus est, & confitendi nobis exemplum dedit, & si verbis alijs, eodem tamen sensu quo in symbolo communi omnes confitentur apostoli, quod ipsi tradiderunt nobis. ¶ Vñ superest, quod & maximum est, quia inde videlicet, vbi nunc sedet, princeps regum terræ, vbi est illi gloria & imperium in secula seculorum. Inde, inquam, de illa gloria sua, de illa de xtera patris, cū imperio & maiestate sua magna ventur⁹ est iudicare viuos & mortuos, Sequitur ergo: Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & q̄ eū pupugerūt. ¶ Ecce, inquit, videlicet quia prope est, inde & alius ap̄s, dominus, inquit, prope est, nihil solliciti sitis. Familiare est more prophetarum & omnium sanctorum vigilum, qui aduentum illum vigilanter præuiderunt, dicere, ecce veniet, ecce apparebit, velociter veniet, cito apparebit vobis, At vero seruus malus, putat in tempora longa fieri istud, dicensq̄ in corde suo, moram facit dñs meus venire, incipit percutere conseruos suos, ac māducare ac bibere cū ebrijs. Sed quid? Veniet dñs serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq̄ eius ponet cum hypocritis, ibi erit fletus & stridor dētium. Eis igitur q̄ dormiunt, & præ ebrietate sensum non habent coangustatum, tempora longa videntur. Nam dis qui vigilant, quorum prudentes animas fides enutriuit, spes prouexit, charitas dilatauit, & magnas fecit, breue existimatur omne tempus præsentis seculi pro consideratione æternitatis & seculi venturi. Itaq̄ ecce venit, cito venit, cito apparebit. Quomodo? Qualib⁹ vehiculis? Quali sedens tribunal? Cum nubibus, inquit. Hoc ipsum & ipse præ dixit: Ex tunc, inquit, videbunt filij hominis venientem in nubē, siue in nubibus cœli, vt in alio euangelio scriptū est, cū potestate magna & maiestate. Sed & angeli ascendente illo dixerūt: Sic veniet quemadmodum vidistis eū eūtem in cœlū. Susceperat aut̄ eū nubes ab oculis eorū. Igit sic veniet, i. quem nubes suscepit, veniet itez cū nube, siue cū nubib⁹ cœli. De q̄bus & Ap̄s: Simul, inq̄, rapiemur in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cū domino erim⁹. ¶ Hic iam quærit, quare sic veniet, quam ob rem cū nubib⁹ veniet: Nunqd vt nubib⁹ occultetur siue abscondat⁹? Non vtiq̄. Tūc enim manifestus veniet, q̄ dudū venit occult⁹, & sicut hic scriptū est, videbit eū omnis oculus. Quare ergo veniet cū nubib⁹? Aliam scripturam in terrogemus: Propheta Esaias cū præmississet de impio sub interrogacione dicens: Et nō videbit gloriam domini, continuo per quendam concessionem subiunxit: Dñe, exaltet man⁹ tua & non videant. Et protin⁹ adiecit: Videant & confundant zelātes ppl̄i, & ignis hostes tuos deuoret. Ac si inuolūter concessisset, exaltet manus tua, & non videant, correxit dicens, videant & confundant. Ergo quodammodo non videbūt, & quodam alio modo impij q̄q̄ venientē videbūt. Vt non impij videant gloriam domini, veniet cū nubibus, vt confundant videntes impij, videbit eū omnis oculus. Nubes q̄ppe cum q̄bus veniet, gloriam ei⁹, ne impij videāt, abscondent: sed potentiam maiestatis eius, quin ois oculus videat, non abscondent. ¶ Quales enim illæ tunc erunt nubes? Non vtiq̄ quales nunc spe videm⁹, pluuijs rotantes, terrāq̄ refrigerantes, sed nubes tempestuosæ, ignem spirantes, fulmina iacentes. Nam ignis in cōspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Nubium eiusmodi, nubium ardentium vehementiam Paulus exprimere laborans, Thessalonicensibus scribens ait: Si tamen iustū est apud deū, retribuere tribulationem his q̄ nos tribulant, & vobis, q̄ tribulamini, requiē nobiscū, in reuelacione domini Iesu de cœlo cū angelis virtutis ei⁹, in flamma ignis, dantis vindictam his qui non nouerunt deum, & c̄t. Hoc omnis videbit oculus, videbunt impij vt

Roma. 12.

Exod. 17. Philip. 2.

Philip. 4. Esai. 66. Ezechiel. 7. Iohel. 1. Luc. 12.

Luc. 21. Matth. 24. Acto. 1.

1. Thess. 4

Esai. 26.

Psal. 49. 2. Thess. 1.

COMMENTARIORVM LIBER I.

confundantur, sed gloriā dñi non videbunt, quam vt non videant, exaltabit manus eius. Claritatem corporis eius, siue corpus claritatis eius, cui nostræ, vt Ap̄s ait, humilitatis corpus reformatum configurabit, illæ nubes obductæ impijs abscondent, sed ipsum filium hominis non abscondent. Ip̄m videbit omnis oculus, & videntes impij confundentur, gloriā aut̄ eius videbunt p̄q̄, q̄ vt semper cum dño sint, vt Ap̄s ait, obuiam dño in nubibus rapiemur. Igneas nubes, nubilos ignes, rapimur sursum incolumes tranfibunt, & sic semper cū domino erunt. Deorsum impij stupebunt & videbunt, vt videntes confundant, hi maxime, qui eum pupugerunt, hi. s. qui manus eius & pedes foderūt clauis, & latus eius lancea perforauerūt. Illi nimirum videntes confundent, & confusionis eorū participes erunt, quoniam non obediunt euangelio eius. ¶ Et plangent se super eum omnes tribus terræ. ¶ Hoc cum antiquioris prophetæ testimonio dixit hic Ap̄s & euangelista, qui de pectore dñi hausit sapiētiam. Hebræus ex Hebræis, quem saluator amabat plurimum. Nam in Zacharia sic persona huius principis regum loquitur, Et aspiciet ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu q̄si super vnigenitum, & dolent super eum, sicut doleri solet in morte primogeniti. Hui⁹ testimonij prophetici solam partem hanc, & aspiciet ad me quem confixerunt, hic idem Iohānes in euangelio suo recitauit, præmissio, quia non fregerunt crura eius, sed vnus militum, lancea latus domini aperuit, ita subiungendo: Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleteretur, os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transixerunt. Hic autem quod illic omisit, hanc sequentem partem, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, hoc modo addidit, & plangent se super eum omnes tribus terræ. ¶ Quod hic ait, oēs tribus terræ, nihilominus apud eundem prophetam habes, vbi protinus ita scriptum est: Et plangent terra, familiæ & familiæ seorsum. Familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres siue vxores eorum seorsum. Familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum. Familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorū seorsum. Familiæ Semei seorsum, & mulieres eorū seorsum. Oēs familiæ reliq̄, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorū seorsum. Pro familijs LXX. interpretibus tribus posuerūt, q̄s iste in cæteris secutus est, vtpote Græco sermone conscribens, q̄ videlicet sermone, ab isdem LXX. interpretibus scripturæ trāslatæ fuerūt. Igit & qd nūc ait, oēs tribus terræ, cū testimonio loquitur eiusdē p̄phetæ: Tūc etenim & tribus domus Dauid, & tribus domus Nathan, & tribus domus Leui, & tribus dom⁹ Semei à suis vxoribus separabuntur, i. cum istis voluptatibus suis fraudabuntur, vt plangāt vnigenitum & primogenitum dominum Iesum Christum, de quo dixerāt, sanguis eius super nos, & super filios nros. ¶ In Dauid, regia tribus accipitur, hoc est, Iuda: in Nathan, propheta talis ordo describitur: Leui refertur ad sacerdotes, ex quo ortum est sacerdotium: in Semei doctores accipiuntur, ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt, Reliquas trib⁹ tacuit, quæ non habent aliquod priuilegium dignitatis. In eo autem q̄ ait, omnis tribus reliqua, tribus & tribus seorsum, & vxores eorū seorsum, vniuersas absq̄ noīe comprehendit. ¶ Sane planctus huiusmodi tunc typus extitit, q̄ Iosias rex iustus à Pharaone cognomen to Nechao vulneratus crucifigendi saluatoris typus fuit. Nam sicut eo tempore post reges p̄ctores spes omnis populi erat in Iosia, & occiso illo magnus planctus in vrbe commotus est, ita propter crucifixū saluatorem tunc renouabitur planctus vniuersis tribubus terræ, i. amatoribus terræ, qui illum occiderunt, loquentes & dolos cogitantes, vt ait Psalmista, in iracundia terræ, i. irati propter terram, quam simulabant sibi propter eum tollendā esse. Si, inquit, dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & veniēs Romani, & tollēt & c̄m lo cum & gentem. ¶ Et notandū, imo mirabile, qd ita dixit, & plangent eum quasi super vnigenitum, & dolent super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. De hoc in quodam opere ita me dixisse memini: O Iudæi, Christus dei fili⁹ vobis non complacuit, q̄ talis erat, q̄ taliter venit, q̄ sic & sic operatus est, quia sic & sic locutus est, nullo modo vobis complacuit, animo vestro non conuenit, alium vultis, alium expectatis. At ille scilicet deus pater, qui istum misit filium, alterum non habet. Iste fili⁹ primogenitus atq̄ vnigenitus est illi. Alterū, inquam, non habet. Primus illi & nouissimus est iste, alium non mittet. Quid ergo facietis desolati? Nimirum, vt ait nunc ille, aspicietis ad eum quem confixistis, vt ait, inquam, nunc sp̄ritus eius, graui veritate, vera grauitate, plangentis super eū q̄si super vnigenitum, & dolentis super eū sicut doleri solet in morte primogeniti, quia vobis mortuus est hic primogenitus, quia vobis vos occidistis vnigenitum, post hac saluatorem, neq̄ hunc habituri neq̄ alium, quia hic solus est, hic primogenitus, hic vnigenitus est. ¶ Hæc omnia vehementi affirmatione roborare intendens, quia sine dubio vntura sunt, dicit: L. etiam amen, qd idē est ac si

Philip. 2

1. Thess. 4

Iohan. vlt. Zacha. 12

Iohan. 19

Exod. 12 Zacha. 12

Ibidē

Matth. 27

Typicus

2. Para. 31

Thren. 4

Psal. 34

Iohan. 11

X. RVPERTI IN APOCALYPSIM CAP. I.

ac si diceret, qd in Euangelio suo scribere solet, domino dicte, amen amen. Cum em apud ceteros Euangelistas semel tantum in singulis locis scriptum sit amen, exempli gratia, vt illic secundum Lucam: Amen dico vobis, caelum & terra transibunt, verba aut mea non transibunt, apud istum Euangelistam semper duplicat hoc ipsum amen, videlicet, qa euangelista huic os diuini est, & maiora loquitur apud eum dñs Iesus, & iccirco, vt rerum pondera sentiantur, dictionis quoq; modus vel pondus geminatur, pro vehementia confirmationis. Amē amē dico tibi, amen amen dico vobis. Quid autem maius aut terribilius potest dici, q̄ nunc in presenti loco dixit. Recte igitur in presenti loco affirmationem duplicauit, dicēdo, etiam amē, vt ad credendum euigilet omnis qui audit. Sequitur: Ego sum & ω, principium & finis, dicit dominus deus qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens. Totum quod haecenus dixit de persona filij parum erat, nec sufficiens ad salutem credenti vel confidenti. Quid enim illic offenderet Cherintum, Hebionem, siue Arrium, aut alium quemlibet diuinitatis Christi inimicum, haereticum: testem fidelem, primogenitum mortuorum, id ē, primum resurrexisse à mortuis dominum Iesum, & principem esse regum terrae, eumq; nos dilexisse & lauisse nos à peccatis nostris in sanguine suo, & venturum esse cum nubib; .s. ad iudicandum viuos & mortuos? Hereticus quoq; quilibet eiusmodi concederet, & confiteretur, sed eundem esse deum, deo patri coequalem sine initio cum patre, vel in patre manentem, non confiteretur. Recte igitur illa dixisse non contentus, addit istud quod summū est, in quo fides Christiana consistat velut supremo gradu, de Christi diuinitate sublimiter & que vt de patre sentiens, sicut dignum est, & dicens in persona eius, vt videlicet maiori tonitru, quae contradicunt illi ranae loquaces, conterant. ¶ Ego sum & ω, principium & finis, dicit dominus deus qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens. Haec enim dicens, siue dicentem illum inferens, patri coequat, de quo idem supra dixerat, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Quid dixerit, quid intelligi velit per & ω confestim exponit dicendo: principium & finis. Duæ nanq; literæ Græcorum, quibus vel cuius linguae ecclesis hunc librum scripsit, duæ, inquam, literæ illius linguae summa & vltima istæ sunt, & ω. Vt ergo dubium non sit, quale vel cuius rei principium sit vel finis, per & commoniti, quæ litera, vt iam dictū est, Græci alphabeti prima est, ad sacræ scripturæ exordium respiciamus, vbi scriptum est: In principio creauit deus caelum & terram: & per ω, quæ vltima est, item commoniti, ad finem eiusdem scripturæ in euangelico volumine respiciamus, vbi scriptum est: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi, vt veraciter credamus & confiteamur, hunc esse & principium, in q̄ oia facta sunt, & finem siue consummationem, qua omnia restaurata & perfecta sunt. ¶ Præterea & illud sciendum, quia & vnum, ω autem apud Græcos octingentos significant. Omnes enim literæ apud Græcos verba componunt, & numeros faciunt: & sicut quæq; sunt ordine posteriores, ita suis characterib; numeros titulāt ampliores. Prima, vt iam dictū est, litera & vnum, ω significat octingentos. Et in hoc nimis pulchritudo mysterij magna & delectabilis est: qa videlicet q̄ in principio vnus erat filij vnus, siue vngentus, in fine seculorū filios dei secū, non quidem genitos, sed adoptatos habebit q̄ octingentos, i. innumerabiles, octo beatitudinib; per diuersas mansiones dispersiōdo remuneratos, remunerando dispersitos. Vbi præter huc locū hoc dicit dominus deus: Non solum in Euangelio suo vbi dicit Iudæis, ego principium q̄ & loquor vobis: verū & in Esaia ipsa loquitur persona saluatoris: Ante me non est formatus deus, & post me non erit: Ego sum dñs, & non est absq; me saluator. ¶ Amplius aut, q̄ vt præmissum est, venit cum nubib;, quādo viderit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, qui mala dixerunt ei: quando morietur & peribit nomen eius, q̄ pungentes siue transigentes, hoc efficere voluerunt, vt omnino non esset, vt omnino non auferretur de terra memoria illi: tūc opportune dicit hic dominus deus, tūc inquam vociferabitur & clamabit: & super illos inimicos suos confortabit, & istud dicit eis: Ego sum & ω, principium & finis. Ac si dicat: Non sicut vos mihi improperastis ego sum filij fabri, aut ex illo fabro Ioseph esse cœpi, non sicut vos voluistis vt perirem, ego perij aut esse desui, sed sum & ante Ioseph, & ante omnes, & post me nullus erit, Nam & in propheta dicebam vobis, qa ante me non est formatus deus, & post me non erit. Quod sequitur dicit: Qui est, & q̄ erat, & q̄ venturus est omnipotens. ¶ Dictionem confirmat eandem dicentis: Ego sum & ω, ego sum principium & finis. Credentiū quippe vox est, Iohannis & omnium nr̄m credentiū atq; confidentium, quod veritatem de seipso testetur hic dominus deus, quod non sit recens deus aut dominus, sed sit ille, à quo, vel cum quo venientes & missi prophetæ dicebant olim: Haec dicit dominus deus: Ille idem omnipotens qui erat ante Abraham, quib; loquebatur ad eum dicens: Ego sum dominus omnipotens, ambula coram me & esto perfectus, quodq; ipse venturus, & in gloriosa essentia sua sit permanens, cum ad nihilum reducti fuerint inimici eius, qui pungentes eum dicebant: quando morietur, siue ecce morietur, & peribit nomen eius.

Luc. 21.
Gene. 1.
Math. 18.
Iohan. 8.
Esa. 43.
Psal. 40.
Math. 13.
Lucæ. 4.
Esa. 40.
Gene. 17.
Psal. 107.
Psal. 49

Præmissio

COMMENTARIORVM LIBER. I.

Præmissio iam hoc tā splendido tantæ tamq; catholicæ & aplice confessionis apparatu, tandem narrationē suam ingreditur sanctæ fidei doctor, & confessor reuerendus, ac cœlestis reuerentiæ orator magnus: in medio septem ecclesiarū, siue in medio vnus vniversalis ecclesie, ore aperto digne audiendus. ¶ Ego Iohannes frater vester & particeps in tribulatione & regno & patientia Iesu Christi, fui in spū in dominica die, & audiui post me vocem magnam tanquam tubæ dicentis: Quod vides scribe in libro, & mitte septē ecclesiis quæ sunt in Asia, Ephesum, & Smyrnam, & Pergamum, & Thiatyram, & Sardis, & Philadelphiam, & Laodiceam. ¶ Ecce iam tertio nois sui titulum operi huic diligēs ac folicitus autor p̄fixit. Primo, cum dixit: significauit mittens per angelum suū seruo suo Iohanni. Secundo, cum dixit Iohannes septem ecclesiis q̄ sunt in Asia. Et nunc tertio: ego, inquit, Iohannes frater vester. Quam ob causam iste dicitur siue narraturus hoc modo sui nominis positionem triplicat: Nunquid casu, aut nomen suum dilatare studens, inculcat & replicat: Non utiq; sed vtilitati nostræ intendens, reuelationes, difficillimas quas conscribere ingreditur, p̄munit ac defendit, ne contemnatur: ne qd fructus erat, ob sui difficultatem liber vituperet, & sensibus dignis carere iudicetur: aut eius, cuius est, s. Iohannis apli & euangelistæ, dilecti Iesu Christi, esse denegetur. Hoc etenim longe accidit post illud tempus. Nonnulli etiam Iudaico intellectu de futuris promissionibus sentientes, easq; corporali exhibēdas docētes, & mille annis in delicijs corporalib; in hac terra sanctos cum Christo esse regnatos: huius sui dogmatis probamenta, sumptis ex hac reuelatione testimonijs, conabatur asserere. Contra & alij librum hunc (vt ecclesiastica testatur historia) penitus refutandum à Canone scripturæ atq; abiciendū putarunt, singula quæq; eius capitula arguentes: & dixerunt, p̄titulationē libri nō esse verā, sed alienæ scripturæ Iohannis tm̄ nomen impostū: unde neq; Iohannis hūc esse librum, nec reuelationē videri posse, q̄ crasso quodā velamine ignorantie contegatur. Inter hos Dionysius, eps ecclesie Corinthiorū, vir magnæ in verbo dei eruditionis & gratiæ: Ego, inquit, scripturam libri huius spernere atq; abijcere nullatenus audeo. Hoc magis de eo iudico, qd excedant atq; emineant quæ in eo scripta sunt, humanæ conditionis modum, & sit in eo arcanus quidam & reconditus atq; admirandus omnibus sensus, quem & ego admiror ac veneror, etiā si nō intelligo, & ita sentio, qd diuina aliq; sacramenta sermonibus contegant humanis, non tā iudicio meo discernens, q̄ fide credens. Et ideo nō reprobo q̄ non intelligo, sed tauro magis admiror, quāto minus assequor. Post hæc vero totius libelli differens corpus, & singula quæq; discuties atq; euidenter ostendens, nullo mō fieri posse, vt secundū literā dignus in eo intellectus appareat. Addit etiā hæc dicens: Consummata igitur omni propheta, beatos dicit eos q̄ hæc custodiunt. Sed & semetipsum tm̄ dicit: Ait em̄: Beatus q̄ seruat verbum p̄phetiæ libri huius. ¶ His & huiusmodi obiectis & responsis, liber iste reuelationum cœlestium, discuties atq; contrectatus fuit: & nisi spūs sc̄tūs, qui hæc omnia reuelauit, rōnabilis reuerentiæ viros p̄parasset ad defendendum, tantas tāq; pretiosas margaritas porci conculcassent, haeretici cōtaminassent. Quid futurum erat, si nō stetit in ingressu orationis tanta tantiq; nois autoritas? Recte igitur, quia secundum legē, in ore duorum aut trium testium stat omne verbum, tertio repetitum sui nominis titulu po suit Iohannes, qui testimonium perhibuit verbo dei, & testimonium Iesu Christi quæcūq; vidit. ¶ Et nota quanta hæc ipsa nois autoritas sanctæ humilitatis gratia resplendat: frater inquit, vester, & particeps in tribulatione & regno, & patientia Iesu. Poterat enim diceret Ego Iohannes doctor & apls, vester p̄dicator, & euangelista vester, discipulus ille quem diligebat Iesus, cuius participes, cuius vos meruistis esse fratres. Et recte quidē dixisset: sed hic locutionis modus nū adeo paruuli esset, paruuli talis, qualem vnumquemq; aplos fieri vel esse voluit bonus magister, cū diceret: Amē dico vobis, nisi cōuerfi fueritis & efficiamini sicut paruuli, nō intrabitis in regnū cœlorū. Quicūq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic magnus vocabit in regno cœlorū. Quæ nā est moderatio siue modestia paruuli? Quāto tempore, inquit, Apl̄s, hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cū sit dñs oim. Et nos quidē oēs nro iudicio serui sumus: hic aut Iohannes dilectus dñi Iesu de filijs est, quib; bona sermonis dei hæreditas testamento legata est. At ipse ab illo bono magistro didicerat, se hic humiliate per virtutē, quō inter seruos, siue inter seruos filios humiliat se paruul; , qui paruulus est per ætatē, sedens in puluere cum illis, non amans primos recubitus in cœnis, nō salutationes in foro, nō primas cathedras in synagogis. Recte igit, & vt talis magistri discipulum dicit, nostro videlicet humiliū seruos cōsortio cōtentus est, dicens: Ego Iohannes frater vester, ego Iohannes particeps vester. Quod si causa poposcisset, nimis nō dubitamus eum dicere potuisse, quod maius, imo quod humilior est: ego Iohannes, seruo vester. Nam & hoc dicere nō dubitauit alius, videlicet vas electionis Paulus, eiusdē Iesu Christi apls: Non, inquit, p̄dicamus nosmetipsos, sed dominum Iesum Christum, nos autem seruos vros per Iesum, ¶ Vester,

Dēut. 17
Iohan. 24
Math. 18
Galat. 4
Math. 23
2. Cor. 4

¶ Vester, inquit, particeps in tribulatione. Magna cordis mansueti & humilis congratulatio, Exortem tribulationis, siue tribulationum iustorum, quoniam multae sunt, aliq̄s illam existimaret, p̄ eo quod de illo in Euangelio sic scriptum est: Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem, & dicit de eo: Dñe, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere donec veniam, qđ ad te: Tu me sequer e. Ac si diceret: Non eum per passionē martyrii volo consummari, sed absq; violētia persecutionis diem expectare nouissimūq; ipse veniens, eū in aeternae beatitudinis mansione recipiam, Et quid hoc ad te? Tu tr̄n crucis patibulum subeundo mea vestigia te sequi debere memeto. Pro hoc, vt iam dictum est, exortem illum putaret aliq; sanctorū martyrum tribulatione. ¶ At ille calicem dñi bibit, calicem tribulationis, iuxta veritatem eiusdem dñi dicentis duobus filijs Zebedji, quorum hic vnus fuit: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Quibus respondentibus, possum: ca licem, inquit, meum bibetis, &c. Vbinam bibit iste illum calicem dñi? Nimirū illic vbi iuxta ppheticum dictum. Simeonis iusti, beatae genitricis eius anicem gladius pertransiuit: Nā cum omnes discipuli relicto eo fugissent, ite dilectus discipulus cum maria matre ei⁹ iuxta crucem stetit, & clauos manuum ac pedum eius, lanceam quoq; perforantem latus eius ipse inspexit, Illic enim gladius idem, qui Mariae matris animam pertransiuit, nūquid dilecti ac diligentis discipuli animam non tetigit? Tetigit plane, & illic calicem domini bibens, sicut Mariae, sic & omnium martyrum Christi particeps factus est in tribulatione. ¶ Particeps autem quicumq; est in tribulatione, ipse quoq; in regno particeps iure est. Illud quod sequitur, & hoc apud caelestem regem ius legale est, ait enim Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Quod si omnibus cōmuniter dixit, quis tunc in illo articulo fugituri essent, & Petrus quoq; negaturus esset, quanto magis huic dictum cōuenit, qđ & tunc iuxta crucē stetit, & deinceps semp̄ p̄feto fuit. ¶ Cum autē dixisset in tribulatione & regno, addidit & patientia Iesu. Nam & postquā particeps fuit in illa tribulatione morientis, & regno resurgētis, Iesu patientiam habuit, imitando passum, obprobria, irrisiones, colaphos, & verbera: vt verbi gratia, quando & ipse cum alijs flagellatus est, sicut in Actis ap̄stole legitur, & a Domitiano in feruentis olei dolū missus, ad vltimū ab hominibus separatus est. In eo quoq; particeps sanctorum fuit in patientia Iesu, quia sicut Christus Iesus patienter sustinuit, & orabat dicēs, p̄ ignosce illis: ita & iste diligebat illos qđ ei mala inferbant, & p̄ eis orabat. ¶ Ego ille talis fui in insula, inquit, p̄pter verbū dei & testimoniū Iesu Christi. Historia nota est, s. hunc beatum Iohānem in Pathmos insula relegatum, p̄pter verbum dei, cui testimonium perhibebat, vel quod p̄dicabat ante omnia saecula de corde patris natum: & p̄ter testimoniū Iesu Christi, quo testificabatur eum esse verbum incarnatum. Interpretatur autē Pathmos fretum: feruet enim illic mare amplius, eo qđ sit angustum Illic exulāt, cui negabatur terra, caelum apertum est. Exemplum ergo est oibus sanctis, qđ quanto magis in freto praesentis saeculi affliguntur, tanto amplius illis secreta caelestia manifestantur. ¶ Designata iam persona sua, loco qđq; exiliū simul & causa, tempus quoq; curauit indicare: sui, inquit, in spū dominica dei. Solet enim qualitas rerum ostendi pro qualitate temporum. Hinc est qđ Abraham in feruore fidei suae, angelos meridie vidit: & Loth in p̄ditione Sodomorum, vesperi: Adam post meridiem: Salomon qđq; sapientiam non seruatur⁹, in nocte percepit. Ita ergo in hoc loco per diem dominicam aperte fides intelligitur, qđ iam manifesta erat in toto mundo, quādo ista videbat. ¶ Quō autem vel quo in spū arbitramur eam fuisse? Si enim in suo tantum fuit spū, indignitas visionis consequitur, multumq; videnti derogatur: vt neq; ipse propheta, neq; verba eius propheta, neq; visiones eius reuelationes recte dicantur: quippe quas non intelligebat, si eos tantum in suo spiritu videbat. Exempli gratia: Pharaō qui videns septem spicas, & septem boues, non vtiq; corpore, sed spiritus dormiebat enim clausis corporis luminibus, quia videns, inquam, non intelligebat, ppheta nō erat. Ioseph autem qđ non in suo, sed in dei spū vidit, i. intellexit, propheta fuit. Pharaonis namq; tantum spūs informatus est vt videret: Ioseph autem mens, dei spiritu illuminata est, vt intelligeret. Hos visionum modos Apostolus breuiter distinguit, cum praemisso, si orem lingua, & spiritus meus non orat, mens mea sine fructu est, continuo subiūgit: Quid ergo? Orabo spiritu, orabo & mente: pfallam spiritu, pfallam & mente. Quod ait ille de oratione siue pfallendo, hoc idem de visione sentiendum est. Conspicitis quippe per visum imaginibus: non, nisi intellectus accesserit, qđ mentis est proprius, reuelatio fit, vel agnitio, vel ppheta vel doctrina. Sed nunquid apud hunc Iohannem in visione talis erat cogitatio, vt signa quidem rerum formarentur in spiritu, & in mente eius earundem rerum non resfulgeret in intellectu? Abfit hoc ab illo discipulo quem diligebat Iesus. Alioq, quomodo hic liber Apocalypsis, i. reuelatio, diceretur? Vnde propheta vocari mereretur, ipso dicente, beatus qđ legit, & qui audit verba prophetiae libri huius: Igitur cum dicit, fui in spiritu, sancto subintel-

Matth. 20.
Luc. 2.
Iohan. 19

Luc. 22.

Act. 19.

Luc. 23.

Gene. 18. 19
Gene. 3.
3. Reg. 3.

Gene. 41.

1. Cor. 14

gamus spiritu, quem admodū & illic ductus est Iesus in desertum a spiritu, sanctum vtiq; spiritū recte subintelligimus. ¶ Nec dubitamus dicere, id quod ait, fui in spiritu, idem esse ac si dixisset, fui vsq; ad tertiu cœlum raptus. Non em̄, quia solus apostolus Paulus hoc de semetipso scripsit, idcirco putandum est, qđ nullus sanctorum praeter eum illuc raptus fuerit. Quem admodū & illud quod alibi dicit: Euangelii quod euangelizatum est a me, nō est secundū hominem, neq; enim ego ab homine accepi illud aut didici, sed per reuelationē Iesu Christi, non ita sentiendū est, qđ praeter eum nullus sanctorū per reuelationem dei veritatē Christi didicerit, vel qđ omnes praeter eum ab homine acceperint. Nullatenus existimandū est, quod hęc vel illa dicēdo, huic beato Iohanni vel cæteris sese praeferat apostolis, imo & prophetis, qui vtiq; omēs nō ab homine vel p̄ hominē, sed per reuelationē dei, siue Iesu Christi didicerūt, quod erat omnibus illis rapti vsq; ad tertiu cœlū, id est, cœlestia per intellectuāle videre oculū. ¶ Tres namq; cœli, tres modi visionū sunt. Est em̄ visio corporalis, qua corpora siue corporalia cū vi mentis luminibus corporis cōspicimus. Est spiritalis visio, qua imagines aliquas dormiēdo, aut etiā cogitādo videmus quidē, sed nondū intelligimus, quomodo vidit Pharaō septē spicas, septemq; boues, vt supra iā diximus. Est & intellectuālis, qua mens a spū sancto illuminat vt intelligat, quomodo intellexit Ioseph qđ per easdē imagines significaretur. An non & ista quae hoc libro cōtinētur, verba sunt eiusmodi, verba arcana, qđ nō liceat homini loqui, id est, humano sensui cōmitti? Si em̄ homo ista loquat, id est, si humano velit quisq; exponere vel suscipere sensu, perniciofa inde hæreſis generat, vt fecit quidā Nepos noie, in partibus Aegypti episcopus, qđ ex hac reuelatione sumptis testimonijs Iudaico intellectu, conabat asserere, reprobationes dei corporaliter exhibēdas, & mille annis in delicijs corporalibus sanctos cum Christo regnaturus esse in hac terra. ¶ Sed dicit aliquis: Si omniū apostolorū ista erat gratia, qđ per reuelationē didicerūt caelestia sacramēta Christi, quippe qui fuerūt hoies idiotae, & sine literis, qđ opus erat vt ita vehementer Apostolus de semetipso assereret, qđ vsq; ad tertiu cœlū raptus fuisset, qđ nō ab homine, sed per reuelationē Iesu Christi didiceret? Ad hęc, inquam, Nimirū opus erat pro eo qđ periclitabatur apud Corinthios & apud Galatas fides euāgelica, quasi pro Pauli apostoli persona pseudoapostolis p̄dicantibus, vt in circuncisionē ritūq; Iudaicū fideles induceretur, & pro hoc Paulo apostolo derogātibus quasi in tanto negotio nō esset audiendus, quippe qđ nesciret veritatē euāgelij, quicq; nō est de magnis apostolis. Idcirco talia quae p̄dicta sunt de semetipso asseruit, cæteris se nō p̄ferens, sed cōparans apostolis, videlicet vt permaneret veritas euāgelij. Sed iā reuelationis eiusdē semitas ingrediamur. Ait. Et audiui post me vocē magnam tanquā tubae dicentis: Quod vides scribe. ¶ Quid erat post Iohānem, cū esset in spiritu? Nimirū totus mundus, quicqđ corporeis oculis cernitur, imo & totus p̄sentis ecclesiae status. Retro hęc erant, qđ videlicet ipse in anteriora extendebatur, cū ad illa videnda sursum raperetur: turū autē erat quod nunc dicimus. ¶ Dum ipse post occasionem Domitiani permittente Pio principe Nerua rediret Ephesum, cōpulsus est ab omnibus pene tunc Asiae episcopis & multarū ecclesiarū legationibus, de cōterna patri diuinitate Christi, altius facere sermonem, eo qđ in trium Euangelistarum scriptis, Marthae videlicet, Marci & Lucae, de humanitate eius, ac de his quae per hominē gessit, sufficiens sibi viderent habere testimonium. Cur hoc? Videlicet dū esset in exilio irrumpentes in ecclesiā hæretici, quasi in destituta pastore ouilia lupi, Marcion, Cherintus & Hebion, cæteri qđ Antichristi, qđ Christū fuisse ante Mariā negabant, simplicitatē fidei euāgelicæ peruersa maculauerāt doctrina. Igitur post se vocē magnam tanq; tubae audiuit, quia futurū erat, vt magnopere compelleretur a iam dictis Asiae pene omnibus episcopis, quatenus velut in bellū confurgēs, perfidis obuiaret hæreticis, & gladio correpto verbi dei, defenderet terminos ecclesiasticæ fidei. Vehementē illā qua compellendus erat omnium intentionē per magnā vocē intelligimus. ¶ Simul quia veritas fidei nō angulos amat, nō in occulto, sed palā omni mūdo loqui desiderat, recte, non per qualemcunq; vocē, sed per vocem tubae magnam, id quod iam dictū est, significari decebat. Quod vides, inquit, scribe. Hoc est dicere oēs episcopos Asiae. O Iohānes dilectē Iesu Christi, qđ supra p̄ctus eius recumbens, euāgelicæ veritatis fluentia de ipso sacro dominici p̄ctoris fonte potasti, quoniam Marcion, Cherintus & Hebion, cæteri qđ Antichristi, te absente, te exulātē, irruerūt in ecclesiā, & simplicitatē fidei euāgelicæ peruersa maculauerūt doctrina, Christū fuisse negantes ante Mariā: cæteri autē Euangelistae, videlicet Mattheus, Marcus & Lucas, de humanitate eius sufficiens scriptis firmauerunt testimoniū, tu de antiquitate diuinitatis eius, quod vides, quod nosti, qđ tenes, euāgelico stilo scribe, & scripto tuo cunctas hæreticorū tenebras, patefacta veritatis luce, dispelle. ¶ Et mitte septē ecclesijs, quae sunt in Asia, Ephesum & Smyrnā & Pergamū, & Thiatyram, & Sardis, & Philadelphiam, & Laodiceam. Mitte septē ecclesijs, id est,

Matth. 4

Galat.

Tres modi visionum.

Gene. 41

1. Cor. 12.

Vide hist. eccl. lib. 7. cap. 21.

1. Cor. 12. Galat. 1.

Nerua.

Iohan. 13.

id est, trade vniuersæ ecclesiæ, quæ per totum mundū diffusa est, ordinata & confirmata sancto spiritu septiformi. Nam Asiæ quidē minoris septē sunt ciuitates metropolitanae, quæ caput Ephesus est. Veruntamen quod loquitur septem ecclesijs Asiæ, vtiq; omni ecclesiæ dicit, quæ cū vna sit, septenario numero cōprehenditur, quo sæpe solet vniuersitas designari. Specialiter quidē septem illis Asiæ ecclesijs suā prophetiā dirigit, quibus eum prædicatorem diuina gratia p̄posuit, sed nihilominus vniuersali ecclesiæ tradere ista cupit, quæ sibi reuelata nouit esse, pro communi omnium profectu, cū sine exceptione dicat: beatus q legit & audit verba prophetiæ huius. Sequitur. Et conuersus sum vt viderē vocem quæ loquebatur mecū. Rogantibus Iohannē, vt supra dictū, episcopis Asiæ, de cōæterna patri diuinitate Christi, altius sermonē facere, ipse qd fecit. Nimirū ad orationē ieiunij q; conuersus est, non aliter se factū respondens, nisi in dicto ieiunio omnes in cōmune dominū precarentur, vt ipse digna scribere posset. Hoc fecit, imo cum hæc videret ipse, facturus erat. Recte igitur, & conuersus sum, inquit, vt viderē vocē quæ loquebatur mecū. Qui em̄ quodammodo in cœlum ascendere, & latentem illic diuinitatem hominibus demonstrare rogatus, ad orationē & ieiunia confugit, sollicitus, suamq; fragilitatē suspectus, recte conuerti vel conuersus esse dicitur, vt videret vocē quæ secū loquitur, id est, vt dono gratiæ supernæ obtineat, qd effari postulatur, & quod ostendere siue conscribere ipse prior videre vel scire mereat. Et conuersus vidi septē candelabra aurea, & in medio septē candelabrorū aureorum similem filio hominis, vestitum podere, & præcinctū ad mamillas zona aurea. Et hoc ita deinceps factū est. Conuersus em̄, vt iam dictū est, ad orationes & ieiunia, simulq; in dictū ieiunij celebrante ecclesia, vidit reuelante sancto spiritu qualia de Christi diuinitate scribere dignū erat, quæ & præfens pulcherrime designat litera, sensu auro, superficie tota argentea. Et vidi, inquit, septē candelabra aurea. Septem candelabra, septē ecclesiæ sunt. Ergo sicut septē ecclesiæ sunt, & tamen vna est ecclesia, sic septē candelabra vnū candelabrum sunt. De quo videlicet candelabro ipse dominus loquitur in euāgelio: Nemo accendit lucernā, & in abscondito ponit, neq; sub modio, sed super candelabrū, vt qui ingreditur lumen videant. Hoc nimirū contra inuidiam loquebat Iudaicā, quibus ante hæc dicta significauerat per similitudinē Ninuitarū, suam gentibus gloriam fore declarandam, ipsiq; videlicet Iudæis, oculum nequam habentibus, id est, inuidētibus, & inuidendo pereuntibus, gentes acturas esse pœnitentiā. Dixerat em̄: Viri Ninuitarū surgent in iudicio cū generatione ista, & condemnabunt illam, quia pœnitentiā egerunt ad prædicationē Ionæ: Et ecce plus q; Ionas hic. Et est subintelligendum, sicut viri Ninuitarū pœnitentiā egerunt ad prædicationem siue signum Ionæ qui fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic gentes pœnitentiā agent ad prædicationem meā, siue signum meum, postquam fuero in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus, & perinde surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam. Queritis cur ita fiat? Videlicet quia ego lucerna sum: Et sicut lucerna idcirco accendit, nō vt in abscondito, sed super candelabrū ponatur, sic ego idcirco veni in hunc mundum, vt lumine meo gentes illuminentur. Igitur quod est secundum euāgelicæ veritatis rationē, lucernam poni debere vel positam esse super candelabrum vnū, hoc est secundū hanc reuelationem filium hominis cōspici in medio septem candelabrorū aureorū, scilicet Christum, de quo dixit Simeon: Lumen ad reuelationē gentium, iam tunc, cū hoc mysterium videret Iohannes, prolatus fuisse ad gloriam omnium ecclesiarum. Septem namq; candelabra, vt iam dictū est, septē, id est, omnes ecclesiæ sunt. Quæ videlicet candelabra recte aurea vident, quia sacra fides, ob quam vel ex qua hoc habemus gentes, vt candelabra, id est, ecclesiæ simus, auro, quod per ignem transit, assimilatur, quemadmodū & Petrus apostolus loquitur: Vt probatio vestræ fidei multo preciosior sit auro, quod per ignē probatur. Qualem illum vidit in medio candelabrorū talium, candelabrorū aureorū? Vt audiverunt Marcion, Cherintus & Hebion, cæteri q; Antichristi, q antiquæ Christi gloriæ derogabāt, imo sciret ipse certius Iohānes, quale de diuinitate Christi testimoniū postmodum rogā dus perhiberet, similem vidit filio hominis, vestitū podere & præcinctū ad mamillas zona aurea. In similitudine filij hominis veritatē accipimus hominis, quæ admodum & illic: In similitudine hominū factus est, & habitu inuētus vt homo. In vestitu poderis, quæ vestis est sacerdotalis, dignitatē vel officij sacerdotij, quia sacerdos vel pontifex noster ipse est, de quo Apostolus: Habentes ergo, inquit, pontificē magnū, qui penetravit cœlos, Iesum filiū dei, teneamus confessionē. Et Petrus apostolus: Eratis enim, inquit, sicut oves errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopū animarū vestrarum. In eo q; præcinctus erat ad mamillas zona aurea, intelligimus autoritatē regiam, de qua Psalmista: Dominus regnavit, decorem indutus est, indutus est dñs fortitudinē em, & præcinxit se virtute, decorē & fortitudinē quam indutus est, vel qua præcinxit se dominus

Et conuersus sum, c. ad fides & ieiunia.

Matth. 6. Lucæ. 11.

Matth. 12. Lucæ. 11.

Iohann. 1. Lucæ. 2.

1. Petri. 2.

Phillip. 2.

Hebr. 4. 1. Petri. 2.

minus regnans, regno peccati destructo, & superata morte, per zonā aureā intelligimus qua nūc videbatur ad mamillas præcinctus. Cur em̄ ad mamillas, quarū in medio locus est cordis, nisi vt talis præcinctura significet, mamillas, scilicet & cordis, statū naturæ vitalis vel vitæ continētis, quia Christus iā rex est immortalis? Resurgens quippe à mortuis iam non moritur, mors illi vltra nō dominabitur. Ecce iā hæc tria demonstrata sunt, scilicet eum esse filium hominis, id est, hominē, esse sacerdotē, esse & regem, verum hæc cæteri Euāgelistæ Matthæus, Marcus & Lucas, iā sufficientibus scriptis testificati fuerant, & horū testimonia supradicti hæretici audire non repugnabant. Quamlibet em̄ Antichristi essent, Christū hominem, sacerdotem quoq; esse fatebantur & regem. Vnum est vnde controuersia suborta fuerat, scilicet eiusdē hominis, sacerdotis & regis Iesu Christi altissima & antiquissima diuinitas. Sequitur ergo. Caput autē eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquā nix. Quidnam est filij hominis caput, nisi diuinitas eius? Hoc sciens & sponfa in Canticis Canticorū, caput, inquit, eius aurum optimum, Caput illud & capilli capitis illius candidi, tanquā lana alba, & tanquā nix. Dicitur hoc de filio hominis filio dei. Porro de antiquo die, patre eius, Daniel dicit: Vestimentū eius quasi nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. Ergo & ille antiquus die, & hic filius eius filius hominis, qui apud eundē Daniele cum nubibus cœli veniebat, & vsq; ad illum antiquum diem peruenit, secundū caput, id est, secundum diuinitatem vnus eiusdemq; antiquitatis sunt. Nā huius atq; illius capilli capitis æque candidi sunt. Vterq; per candorem capitis senex ostēditur, nulla distātia, quæ videlicet nec anno, nec mense, nec die, nec hora nec puncto, nec momento, sed neq; atomo filius iste iunior est illo tā sene patre suo. Talē vidit in spū, qui in corpore quoq; siue corporaliter pulsatus, causa iam dicta talē erat scripturus. Quomodo vel quali scriptor? In principio erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Igitur filius hominis vestitus podere, præcinctus ad mamillas zona aurea, caput habēs candidum, Christus dei filius est, homo verus, pontifex summus, rex magnus, deus antiquus & verus. Cōstabāt suas interim blasphemias sē pedicē Antichristi, vt negarent illū extitisse ante Mariā. At ille sibi prouidēs, imo ecclesiæ suæ, in fide periclitanti cōsulens, iā Iohanni huic suū demonstrabat caput p̄ antiquitate candidū, quod non solum ante Mariā siue ante Abraham, sed & ante lucifery: erat sine tēpore genitum, ante tēpora de patre natum. Quid porro sunt capilli præ antiquitate sic candidi tanq; lana alba & tanq; nix? Capilli, quæ de capite procedunt, & multi sunt, multa sunt verba dei, q de vno vel per vnū verbū, quod erat in principio, processerūt. Nā verbū deus in sua substantia, verbū vnum & vnum caput est, verba autē multa, quæ ad sanctos hoies siue prophetas deus locutus est, quasi multi capilli vnus capitis sunt. Quare autē lanæ isti capilli assimilantur? Videlicet quomodo ex lana infulum transmiffa texendo fit vestis aliqua, sic de capillis istis, id est, multiplicibus dei verbis in linguā vocēq; prophetarū transfusus, scribēdo cōtexta est sancta scriptura. Et quare non tanq; qualiscunq; lana, sed tanq; inquit, alba, siue (vt in Daniele scriptū est) lana mūda? Videlicet quia verba illa sancta sunt & mūda, recta sunt & irreprehensibilia. Vnde & illud: Eloquia dñi, eloquia casta. Irē: Lex dñi immaculata, siue irreprehensibilis, cōuertens animas. Cōuertēs, in quā, animas & lauās illas ab omnibus peccatis. Idcirco addidit, & tanq; nix. Nix namq; aliquādo emundationē significat. Vnde propheta in psalmo: Lauabis me, & super niuē dealabor. Item in propheta: Et si fuerint peccata vestra vt coccinū, quasi nix dealbabit. Illud tandem sciendū, quia quisquis corā isto cano capite assurgit, & candidis eius capillis reuerentiam facit, id est, verba eius digne suscipit, propter hoc ipsum, q; verba eius suscipit & meditat ipse quoq; canescit, & senex meret appellari, monstrāte sapientia cū dicit: Senectus venerabilis est, nō diuturna, neq; annoꝝ numero cōputata. Cani autē sunt sensus hois, & ætas senectutis, vita immaculata. Sequitur. Et oculi eius velut flāma ignis, & pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardēt. Nimirum quod scripturus erat dicens: In principio erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat verbū, hoc erat in principio apud deum, & subiungens, quod factū est in ipso vita erat, & vita erat lux hominū, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eū non comprehenderunt, erat lux vera quæ illuminat omnē hominem venientē in hunc mundū, quod, in quā, scripturus erat taliter, hoc illi in ista imagine præfulgida demonstratū est. Nam sicut illud principium siue quod erat in principio verbū, per istud significat caput candidū, sic per istos oculos significat illa vita lux hominū, quæ illuminat omnē hominē venientem in hunc mundū. Ergo oculi eius velut flāma ignis, id est, aspiratio eius illuminās omnē hominē, & lucens in tenebris. Proinde recte dictum est, vt flāma ignis, quæ videlicet deus noster ignis est, & respectus eius nobis flāma est, flāma illuminās, vt nō simus in tenebris, vt nō simus noctis & tenebræ, sed simus filij lucis, & filij dei. Propter hmoi oculos, & in euāgelio lucernā se (vt supra meminimus) insinuat

Psal. 92

Roma. 8

Canti. 5

Danie. 5

Iohan. 1. Qualis est Christus

Psal. 118

Psal. 102

Sap. 4

Iohan. 1

Deute. 4

1. I. Ihes. 5

Matth. 5

Lucæ. 11.
Math. 7.
Canti. 1.

Iohan. 1.

Lucæ. vii.

Lucæ. 24.
Itē. vox 24.
quæ mul-
tarum
phararum
multorum
Psal. 107.

Malach. 2.
Danic. 12.

Mysterium
numeri 7.
preatij

Iohan. 21.

Deute. 32.

Math. 27.
1. Cor. 15. 1.

Math. 27.

esse ponendā super candelabrū, & hic in medio conspicitur candelabrorū aureorū. ¶ Profecto quia luce ista siue oculis istis si q fuerint illuminati, vt alijs quoq; verbo & exēplo ipsi lucere possint, quodāmodo dicunt lux & oculi, iuxta illud: Vos estis lux mundi. Et sponse dicitur in Canticis Canticorū: Oculi tui columbarū, id est, prouisores tui simplices sunt. Differt tamen, quia videlicet oculi illi nō, vt isti, illuminātes sunt, sed illuminati, non lux illuminans, sed illuminata lux. Proinde de vno ex clarissimis illoꝝ dictū est loco memorato: Nō erat ille lux, sed vt testimoniū perhiberet de lumine. ¶ Item qd scripturus erat, dicens: & verbū caro factū est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriā eius, gloriā quasi vni- geniti a patre: hoc ipm ista significari videt imagine, cū dicit, & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardētī. Sicut em̄ per caput candidum vel canū recte intelligimus antiquū, qd in principio erat verbū, sic per pedes quæ pars finis est corporis, recte intelli- gimus nihilominus illud, quod idē verbū caro factum, quod deus homo factus, in fine se- culorū, & homo permanet vltra oēs fines seculorū. Isti pedes, ista eius humanitas similis au- richalco recte dicitur, quia videlicet sicut aurichalcū multis igniū impendijs ex ære perdu- citur ad colorē auri, ita & illa humanitas p multas tribulationes passionis & mortis perdu- cta est ad gloriā diuinitatis, quæ p aurū solet intelligi, vt sit iā & ipsa immortalis, incor- ruptibilis, impassibilis. Vnde & signāter dictū est, sicut in camino ardētī, per qd recte in- telligitur molestia passionis qua oportuerat eandē humanitatē conflagrari, quæ admodū dicit: Nōne sic oportuit pati Christū, & resurgere a mortuis, & ita intrare in gloriā suā? L. Et vox eius tanq̄ vox aquarū multarū. ¶ Aquaꝝ nomine, diuinæ scripturæ solent intelli- gi: qd nimis scripturis approbare ex abundanti est. Constat autē quia ille filius hominis caput tā candidū, pedes habēs huiusmodi similes aurichalco, quicquid in passionibus siue tentationibus suis loquebat, vel nunc vsq; loquit, sanctarū cōsonat scripturarū, & consentit vocibus ac sensibus, imo & vita & mors eius, resurrectio quoq; & ascētio eius, sic & sic id- circo processit, vt scripturæ implerentur. Igitur vox eius tanq̄ vox aquarū multarum, id est, doctrina vel omne opus eius, veritas & adimpletio est scripturarū, quæ multæ sunt scilicet legis, prophetarū atq; psalmoz. Quoniā necesse est, inquit, impleri oia, quæ scri- pta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. ¶ Aliter, Vox eius tanq̄ vox aquarū multa- rum, id est, tanq̄ vox populorū multorū, iuxta illud qd in persona eius dicit Psalmista: Confi- tebor tibi in populis, & psalmū dicā tibi in gentibus. Deniq; vocē eius verba scripturarū, quæ proferunt in persona eius, hodie multi populi cōcinunt, q videlicet populi significa- ri solent nomine aquarū. L. Et habebat in dextra sua stellas septē. ¶ Septem stelle, vt infra scriptū est, angeli sunt septē ecclesiarū, id est, omnes præsules omnium ecclesiarū. Angeli autē, id est, nunciū, nimis idcirco dicuntur, quia subditis adnunciant ea quæ loquitur deus iuxta illud: Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & legē requirunt ex ore eius, quia ange- lus dñi exercitū est. Quia taliter angeli sunt, id est, q legē dñi annunciant, idcirco & ve- raciter stellæ dicunt & sunt, iuxta illud in Daniele: Qui autē docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamētū, & qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas æterni- tates. ¶ Omnes ergo q eiusmodi sunt, hoc numero, scilicet septenario, recte cōsignari il- lud qd pulcherrime astruit, qd cū esset in dextera sua, id est, in magna felicitate sua, quip- pe q resurrexerit a mortuis, non plures neq; pauciores ex discipulis q septē sui participes habuit cōiuiū, sicut scriptū est: Erant simul Petrus & Thomas q dicitur Didymus, & Na- thanael q erat a Chana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Isti septem missum in dexterā nauigij rete, plenū magnis piscibus ad terrā perduxerunt, & cum dño epulati sunt, & taliter omnes eos designant, qui in vniuersali resurrexerunt p̄sentabūt ele- ctos vniuersos, quos suis adquisierunt studijs siue laboribus, & cū Christo sedebunt ad de- xterā eius in cœlestibus. Tunc fiet id quod continuo in p̄senti loco significatur dicendo. L. Et de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat. ¶ Gladius quippe hoc loco vltimū si- gnificat iudiciū, quem admodū & in cantico Deuteronomij deus dicit: Si acuero vt sul- gur gladiū meū. Nam exponens quod diceret gladiū meū, continuo subiunxit, & arripue- rit iudicium manus meæ, iste iudicij gladius vtraq; parte acutus tunc de ore eius exibat, & vtrinq; partē, dexterā scilicet & sinistrā, pro meritis efficaciter discernet & dñdicabit. Exitus gladij ad dexterā hic erit: Venite bñdicti patris mei. Hoc nāq; dicto, gladius eius ita carnes deuorabit, vt iam nō sit caro & sanguis, sed sint oēs omnimoda carnis & sangui- nis corruptione expoliati, mirorū modo permanēte natura, in alterā gloriā permutati. Exitus eiusdē gladij ad sinistrā hic erit: Disce dite à me maledicti in ignē æternū, qui p- paratus est diabolo & angelis eius. Vtrinq; sic erit efficax ille gladius iudicij, vt eant hi in supplicij æternū, iusti autē in vitā æternā, & sic diuisi ab alterutris, nō possunt vltra coniun- gi aut permisceri sicut in p̄senti ecclesia permixti nunc sunt boni & mali. Extunc inc cla- ritate sua videbitur ab illis beatis quos in dextera sua deinceps habebit, videbitur facie ad facie m

faciem deus deorū illa visione, quam pollicebatur diligentibus se dilectionis suæ fore præ- mium. Qui autē, inquit, diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eū, & manifesta- bo ei meipsum. Sequitur ergo, L. Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua. ¶ Facies eius p- sentia eius, lucebit sicut sol, quia vere est sol, & lucebit in virtute sua, id est, in maiestate & di- uinitate sua, cōplebiturq; illud Esaiæ vaticiniū: Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septemplex sicut lux septem dierū, in die qua alligauerit dñs vulnus populi sui, & percussurā plagæ eius sanauerit. Quæ nā est luna quæ tunc lucebit sicut sol absq; varietati- bus cremētī & * detrimenti, quibus nunc variatur in isto seculo nisi ecclesia tūc erit simi- lis soli suo, deo suo? Scimus, inquit idē Iohānes, quia cū apparuerit, similes ei erimus, q- niam videbimus eū sicuti est. Ipsa autem lux solis quanta erit? Sicut lux septem dierū, in- quit. Quod est dicere: Quanta claritatis erat deus verbū cū sex diebus fieret omnia, & se- ptimo die compleret omnia per ipsum, tantæ claritatis in carne sua tunc erit apud deū patre suū. Hoc etenim & ipse orās dicebat: Et nūc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quā habui priusquam mundus esset apud te. Quid em̄ est dies illa de qua dicebat ille propheta: In die qua alligauerit dñs vulnus populi sui, & percussurā plagæ eius sana- uerit, nisi illa visio faciei solis huius, quæ sanitas erit generis humani, & perfecta sanitas pla- gæ eius, qua oēs in Adā fuimus plagati, & vulneris quo in illo fuimus vulnerati, videlicet mortis duplicis animæ & corporis? Sequitur. L. Et cū vidissem eū, cecidi ad pedes eius tan- quā mortuus, & posuit super me dextrā suam dicens: Noli timere. ¶ Quia ille quem vide- bat, sicut sol lucet in virtute sua, idcirco mortalis homo stare vel subsistere nō potuit in in- firmitate sua. Sic & quondā cū in monte transfiguratus fuisset ante eos, videlicet Petrū & Iacobū, & hunc ipsum fratrem eius Iohānem, ceciderunt in faciem suā & timuerunt val- de. Et quæ admodum * istic dictū est, & posuit dextram suā super me dicens, noli timere, hic ita & illic: Et accessit Iesus & tetigit eos, dixitq; illis: Surgite & nolite timere. ¶ Nisi dextra sua hic & illic tetigisset hunc vel illos, sustinere non poterant lucē vel virtutē, in qua luce- bat ille talis sol. Ergo & vniuersos, q illū visuri sunt in illo cœlesti regno suo, vt videre & videndo subsistere valeant, constitui oportebit ad dexterā, iuxta veritatē euangelicā qua dicit, & statuet oues a dextris suis, hœdos autē a sinistris. Quod em̄ est ad dexteram super istū timentem & præ timore cadentē poni, vt surgere & non timere possit, hoc erit tunc omnes oues a dextris constitui, vt claritatē illam videre, & non cū sinistris hœdis deflue- re possit, sicut fuit cæra a facie ignis. L. Ego sum primus & nouissimus, & viuus, & fui mor- tuus, & ecce sum viuus in secula seculorū, & habeo clauēs mortis & inferni. ¶ Priorū sequē- tes autoritatē diximus supra, quia angelus visus est huic Iohanni in figura Christi, propter illud quod in exordio dictū est, & significauit mittens per angelum suū seruo suo Iohan- ni. Sed quæri nunc potest, cur is qui apparuit, Christū se tanta tamq; manifesta professus est descriptione: Ego sum, inquit, primus & nouissimus, & viuus, &c. Huc accedit, quod ante pedes huius cadens, tanq; mortuus, non est prohibitus cadere, vel correptus quod ceciderit ante pedes eius. Circa finē vero libri hic ipse dicit: Ego Iohānes qui audiui & vi- di hæc, post quā audissem & vidissem, cecidi vt adorare ante pedes angeli, qui hæc mihi ostendebat, & dicit mihi: Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratru tuorū prophetarū & eorū qui seruāt verba libri huius, deū adora. Palām ergo datur intelligi, quia alius fuit qui Iohānis ductor extitit, & hæc illi ostendit, atq; alius q ostēsus siue visus est ei tanta cla- ritate, vt subsistere non posset ad videndā claritatem eius qui apparuit. Et ille quidem qui ostendebat manifeste angelus, hic autē qui ostēsus est, filius hominis dicitur. Proinde illū quidē, cuius audiuit vocē, in hoc loco tanquam tubæ dicentis, quod vides scribe, concede- re oportet fuisse angelū qui hæc ostendebat, de quo & illud dictū sit, & significauit mit- tens per angelum suū, eum autē qui visus est, intelligi licet illum fuisse, quem se esse pro- fessus est, scilicet primū & nouissimū, id est, Christum dei filium. ¶ Nec vero nouum, vel credi indignū est, quod Iesum Christum post ascensionem suam homo viderit, cū Pau- lus apostolus dicat: qui illum antequā ascenderet in cœlū non cognorat. Non sum liber? Non sum apostolus? Nonne dominū Iesum Christū vidi? Viderat enim illum in via cum iret Damascū, & quia tunc visione illa indignus, vt pote inimicus & persecutor erat, nō so- lum cecidit in terrā, sed & cum surrexisset, apertis oculis nihil videbat, Iesum nanq; illum vidisse confirmat is qui ad eū missus est, Ananias, Saule frater, inquit, dñs misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas. ¶ Aliās autē & iste filius hominis angelus dicitur, & est angelus magni consilij, angelus in qua est nomē dei. Nā in Exodo ad Moysen siue ad populū suū deus dicit: Ecce ego mittam angelum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locū quē parauit. Obserua eum & audi vocem eius, nec contemnendum pu- tes, qui non dimittet cū peccaueris, & est nomen meū in illo. ¶ Angeli huius hæc propria est differētia, quæ illic posita est, dicente deo, & est nomen meū in illo. Nō dixit, & est nomen

Iohan. 14.
Esa. 30
decremētū,
1. Iohan. 3
Iohan. 17
Esa. 38
Matth. 17
Matth. 27
Psal. 67
Proluxa 29
stio de ang-
gelo Iohā-
nis.
Infra. 23
1. Cor. 9
Acto. 9
Exo. 23

men meū super illū, quod recte dici queat de quolibet infimo electoꝝ, quoꝝ omnium illa est prophetica vox: Tu autem in nobis es dñe, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, sed est, inquit, nomē meū in illo, id est, pro naturali diuinitate eodem quo ego cēsetur nomine. Dicitur em̄, & est, æque vt ego, deus, dñs, omnipotēs, inuisibilis, increatus, immensus, æternus, & quicqd de deo substantialiter prædicatur, vt hoc solū de nomine interfit, quod ego ad illū relatiue pater, ille ad me relatiue dicitur filius, cū eiusdem dignitatis significatione. Et propheta Malachias dicit: Et statim veniet ad templū suū dominator quē vos quæritis, & angelus testamenti, quē vos vultis, Stephanus quoq; protomartyr in Actibus apostolorū dicit: Hic est qui fuit in ecclesia, in solitudine cū angelo qui loquebatur ei. Amplius autē, Et expletis, inquit, annis quadraginta apparuit ei in deserto montis Sina angelus in igne flammæ rubi. Igitur si hunc filiū hominis, qui Iohanni visus est, placet angelū dici vel esse, dictū supra vbi scriptum est, & significauit mittens per angelum suū, profecto sicut illi vbi loquitur Stephanus, oportet non quemlibet angelū intelligi, sed eū qui veraciter dicere potuerit: Ego sum q̄ sum: Ego sum deus Abrahamā, deus Isaac & Iacob. Hoc nomen mihi est in æternū. ¶ Sed & in isto loco non quemlibet angelum, sed eū intelligi necesse est, q̄ veraciter dicat: ego sum primus & nouissimus, & viuus & fui mortuus, & ecce sum viuus in secula seculorū. Primus videlicet, q̄a eram in principio verbū, deus apud deū, per quē omnia facta sunt, quod indicat hoc meū caput præ antiquitate tam candidū: & nouissimus, per quē omnia restaurata sunt, sicut indicant vel significant isti pedes mei aurichalco similes, vtpote nuper educti de camino ardētī, de camino tribulationis vel passionis, in qua ita nouissimus, & hominibus visus fui cōtemptibilis, q̄ modo cōtemnitur vermis & nō homo, dicente q̄q; propheta alio: Et nos desiderauimus eum despectū & nouissimū viroꝝ, virum dolorū, & scientem infirmitatē. Et fui mortuus, videlicet etiā in sepulchro repositus, tribus diebus & tribus noctibus, & ecce sum viuus in secula seculorū. Resurrexi em̄ & adhuc cum deo patre meo sum, verumq; est quod de me dicit Apostolus, sicut non moritur, mors illi vltra non dominabit. ¶ Et habeo clauēs mortis & inferni, id est, potestātē dimittendi peccata. Peccata namq; dimittēdo, mortē in me credētibus claudio, infernū obstruo. Siue mortis & inferni, id est, duplīcis mortis, videlicet animæ & corporis. Mortis namq; nomine, quod visitatū est, dissolutio corporis, inferni autē, mors animæ, quæ æterna est, recte significat. V triusq; mortis clauēs, id est, potestātē ipse habet, quē admodū & Anna prophetissa in cantico suo dicit: Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. ¶ Scribe ergo q̄ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. ¶ Dicitio vel verbū modi imperatiui, quo dicit, scribe, largitio est muneris & gratiæ, tanq̄ si diceret: Scribendi facultatē atq; autoritatē accipe. ¶ Vnde vere beatus & honorandus iste beatus Iohānes, q̄ sic inter duodecim apostolos creuit & auctus est, quomodo inter duodecim patriarchas ille vere secundū nomen suū filius accreuit beatus Ioseph, quomodo em̄ ille duplicia accepit, dicente patre, dabo tibi partem vnā extra fratres tuos, Sichimam significās, siue Sichem, quæ in euāgelio dicitur Sichar, sic iste dilectus discipulus extra fratres suos apostolos ceteros, dono diligentis dñi Iesu partē vnā egregiam accepit, non solū vt qui erat apostolus, Euangelista quoq; fieret, tamq; diuinū euāgelium scriberet, verumetiam tantā tamq; mirabilem reuelationē scripturæ traderet. ¶ Scribe ergo, inquit, quæ vidisti, cū ceteris videlicet apostolis me secutus, vel etiam quæ nunc vidisti solus, vt tale sit euāgelium tuū, quale scribi oportere significat istud meum quod nūc vidisti schema vel habitus, & quæ sunt nunc in septē ecclesijs Asiæ corrigenda siue laudāda, & quæ oportet fieri post hæc, scilicet varios ecclesiæ labores. ¶ Sacramentū septem stellarū, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea, septem stelle, angeli sunt septem ecclesiarū. ¶ Cum trinam scribendorū distinctionem fecerit dicēdo, quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc, mediā tantū nunc aperit, id est, ea quæ sunt, & quasi ingressuro intelligentiæ ianuā pandit, vt tangendi cōscientiæ eorū, qui tūc erant vel præerant ecclesijs, autoritas homini non desit. Nam poterat quidē eodē modo dicere filius hominis, siue sacramentū filij hominis sic vestiti, sic p̄cincti, tale caput talesq; oculos habētis, hoc vel tale est, sed nō adeo res exigebat, nō tanta negocij necessitas urgebat. ¶ Qui em̄ tantū modo docet quid teneat, vel quid tenere debeat catholica fides, non tanto p̄iudio diuinæ autoritatis seu voluntatis opus habet, quāto is qui corripit & percurrit mores, q̄ de occultis hominū cōscientijs, seu vita maxime priuata tractat vel disputat, & legēdas conscribirationes. Illic namq; suffragātib; scripturarū testimonijs etiā ignauus vitæ suæ moderator ad fidē sponte cōsentit, hic deficientibus occultæ cōscientiæ arbutris, etiā strenuus fidei decerator indignat de propriæ vitæ statū reprehendi, cum de foris facere videatur totū quod facere debet ecclesiasticus vir, vt exēpli gratia, videbatur ille angelus ecclesiæ Sardis, cui scribere iubet sic: Scio opera tua, quia nomē habes q̄ viuas, &

Here. 14.

Malach. 3. Acto. 7.

Exodi. 3.

Psal. 21. Esa. 53.

Roma. 6.

1. Regū. 2.

Prærogatiua Iohānis supra alios rō apostolorū donā.

Autoritas præsulum.

uas, & mortuus es. Opportune ergo eorum quæ tunc erant vel fiebant in ecclesijs intellectum signanter aperit, & per singula videntem deducens, hæc (inquit) angelo illi, & hæc scribe angelo illi. Et vide quā sapienter iuxta morem prudentis, & bene compositi oratoris, benevolentiam eorum caper, quibus loquitur vel scribit, vt patientes sint ad audienda scripta, quamuis possint molesta videri. Sacramentum (inquit) subauditur scribe, septē stellarum, id est, quid significant septem stelle, quas vidisti in dextera mea. Ac deinceps: ¶ Septem stelle angeli sunt septem ecclesiarum, & candelabra septem, septem ecclesiæ sunt. ¶ Ecclesiarum præfules quamuis aliqui pro vita propria reprehensibiles sint, & angelos & stellas appellare maluit, & ecclesias oēs, quamuis in aliquibus multa sint obscura, candelaborum aureorum pulchris nominibus, siue significatiuis imaginibus honestauit. Et recte, q̄a videlicet sacerdotes siue præfules, quāuis interdum pro suis actibus sint obscuri pro officio tamen lucent, recitando verbum dei, & celebrando celestia sacramenta Christi, atque ita quasi quædam stelle in signa sunt & tempora. Verbi gratia, cum dicunt illud Apostoli: Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Idcirco de huiusmodi stellis mystica scriptura dicit: Quis fecit Arcturum & Hyadas & Orionem? Item: Nunquid contingere valebis micantes stellas Pleiades, aut gyrum Arcturi dissipare poteris? Et his similia. Idem ecclesias ipsas candelabra esse, aurea recte dixit, videlicet pro parte illorum q̄ Christum lumen suum glorificant, tam confessione vocis, quā obsequio boni operis, secundum præceptum ipsius dicentis: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.

Infra. 2.

Gen. 1.

Roma. 13.

Iob. 9. Ibid. 38.

Matth. 5.

¶ Primi Libri Finis.

PROLOGVS IN LIBRVM Secundum.



NIMA, CUI DESIDERANTI LATENTEM in scripturis dulcedinem haurire concessum est, gratulatur in Canticis Canticorum, cum dicit, introduxit me rex in cellaria sua. Itē: Introduxit me rex in cellam vinariam. Nostra autē adolescentula si des, ecce foris stans, & intus quasi per exiguas clausi cellarij rimulas prospiciens, suam crescente desiderio anhelat inopiam, auctulando quid vel quomodo illi, quæ eiusmodi est, quæ iam introducta est, gratuletur, & dicat, sicut in præfenti scriptura habemus, ille idem rex sanctus & verus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Ecce (inquit) dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere. Quod est dicere: Ecce in cellaria mea, siue in cellam meam vinariam introduxi te in aperto ostio intelligentiæ, & diuitias deintus haurias sapientiæ & scientiæ, quas me tibi tribuente nullus possit auferre. ¶ Quam ob causam? Quale propter meritum? Quia modicam (inquit) habes virtutem id est, egregiam tenes humilitatem, non in tua, sed in mea virtute habens fiduciam. Is autē cui hæc loquitur, angelus est Philadelphie, quod interpretatur dilectionis fraternæ. Igitur donec foris stantibus rex ille aperiat sua clauis, modica virtus habenda, id est, humilitas tenenda est, vt per fraternam dilectionem illud parum quod iam de illa dulcedine gustauimus, si quid est quod gustare vel inuenire meruimus, libenter expendamus, spem habentes in ipso qui & alibi loquitur: Qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. ¶ Hanc animæ meæ spem tu archipræsul Friderice vir illustrissime maxime roboras, qui opulculis meis non vtcunque beneuolus esse, verumetiam præ magnitudine beneuolentiæ arridere potuisti, velut qui interesses, meq; tecum interesse putares illo magno atque festiuo conuiuio, quod Abraham pater sui risus, pater (inquam) pueri sui Isaac, quod interpretatur risus, fecit in die ablactationis eius. Illud namque conuiuium eorum est, qui scripturas legentes non efficiuntur pueri sensibus, sed malitia quidem paruuli, sensibus autem perfecti sunt, vt non opus eis sit lacte, sed solido cibo qui perfectorum est. Ibi iam initium est risus & iucunditatis, risus æterni quem in mysterio præfagiens mater Sara, risum (inquit) mihi fecit deus, quicumque audierit conridebit mihi. Talibus nimirum maxime hic liber Apocalypsis apponendus est, quia videlicet nō lac paruulorum, sed solidus perfectorum cibus est. Omnia quæ continentur in eo mysteria, sunt fortia vt vinum, & vinum vtique (vt ait sponsa in Canticis, de huiusmodi) suauissimum & optimum, dignum delicto meo ad potandum, labijsq; ac dentibus eius ad ruminandum. Quæramus ergo, sicut cœpimus vt inueniamus, pulsemus perseveranter, vt aperiat nobis.

Anima introducta in cellam vinariam

Infra. 2.

Matth. 7. Luca. 11.

Gen. 21. 1. Cor. 14. Hebr. 5. Gen. 21.

Cantic. 7. Luca. 14.

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN
nis Apostoli Commentariorum, Liber, II.

Euāgelium
Iohānis cō-
tra Cherin-
thū & alios
antichrōs



CAP. II.

Coloss. 2

Psal. 110.
Prouer. 11
Eia. 11

Infra. 6
Eia. 14
Roma. 11
Psal. 37

Hierem. 17

Ræcedenti clarissimæ visionis capitulo Iohannes euangelij sui qđ scripturus erat, mirabile vidit præ sagium, videlicet filij hominis podere vestiti, & zona aurea præcincti, caput candidum, quo significabatur verbum antiquum quod erat in principio apud deū videlicet contra Cherinthum aliosq; antichrīstos, q; negare incipiebant ante Mariā fuisse Christum, dictumq; est illi post q̄ hæc & cætera vidit: Scribe ergo quæ vidisti, Deinde expressum est illi sacramentum septem stellarum, septemq; candelabrorū, quod vtz septem stellæ, angeli septem ecclesiarum, & candelabra septē, septē ecclesiæ sint. Et cōtinuo sequitur: L. Et angelo Ephesi ecclesię scriberet: Hæc dicit q; tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorū. Hic iam septem spūs dei loqui incipiunt, q; in cōspectu throni dei sunt. Nam qui dicit ipse quidem est filius hominis, qui ambulat in medio septem candelabrorū aureorū, qui fuit mortuus & viuit, qui habet rompheam ex vtraq; parte acutam, qui habet oculos tanq; flammā ignis, q; habet septem spūs dei, q; habet clauem David, q; est principium creaturæ dei. Sed perpende, q; a per singula septem locutionum suarū capitula clamat: Qui habet aures audiat, qđ spūs dicit ecclesiis. Septem ergo loquunt spūs dei, loquente hic vno filio hominis, siue filio dei, loquuntur (inquam) de illo habitaculo suo, in quo tota plenitudine corporaliter habitantes sunt in cōspectu throni dei, i. in exempli ecclesiæ dei, q; videlicet iste filius hominis præpositus est ad imitandū ecclesiæ dei habes in se septem spūs dei. Loquitur hic ecclesiis primo loco spūs timoris, secundo spūs pietatis, tertio spūs scientiæ, quarto spūs fortitudinis, quinto spūs consilij, sexto spūs intellectus, septimo spūs sapiæ. Ecclesia nanq; dum Christum imitatur, a timore incipit, & ascendendo ad sapiam peruenit, sicut scriptum est: Initium sapiæ timor domini. Porro, vbi ad eandem ecclesiam instruendam filius dei descendit, primus est spūs sapiæ, vltimus est spūs timoris, cum propheta dicit: Errequiescet super eum spūs domini, spūs sapiæ & intellectus, spūs consilij & fortitudinis, spūs scientiæ & pietatis, & replebit eum spūs timoris domini. Igitur eodem spū præeunte, q; habet aurem audiendi audiat, qđ istorum spirituum quisque dicat ecclesiis, iuxta proprietatem suæ dignitatis, & primo qđ dicat spūs timoris domini. Angelo (inqt) Ephesi ecclesiæ scribe &c. Quod q; hæc dicit ecclesiis, spūs sit timoris, ex eo manifestius claret, quod ait: Memor esto itaque vnde excideris, & ago pœniam, & prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiā egeris. Eorum statum, quibus hæc dicit conueniat, innuit nomen Ephesi, siue interpretatio nominis. Ephesus nanque lapsus magnus, siue voluntas mea in ea, interpretatur. Magnus quippe lapsus est, charitatem primam reliquisse, & ab ea excidisse, voluntas autem dei est, vt qui sic excidit vel lapsus est, pœnitentiā agat. Eiusmodi & angelus, id est, sacerdos ecclesiæ Ephesi tunc erat, & multi hodieq; sunt sacerdotes, siue sub sacerdotibus viuentes in ecclesia, quos omnes in hoc vno angelo spūs timoris partim exterrendo increpat, partim refouendo laudat. Incipit autem sic: Hæc dicit q; tenet septem stellas in dextera sua. Septem stellæ angeli sunt septem ecclesiarum, vt prædictum est. Iam isto dicto stellæ eiusmodi salubris timor constringit, q; videlicet sic stellæ istæ in celo sunt, vt eas teneri oporteat ne cadant in terram. Nam de celo stellæ plurimæ ceciderunt, & de stellis facti sunt principes tenebrarum. Dicendo itaque, q; tenet septem stellas in dextera sua, simul terribiliter innuit, vt qui se existimat stare, videat ne cadat. Non enim stat sua virtute, sed dextera domini continēte. Hoc idcirco maxime caudum est, quia is ipse qui tenet stellas easdem, vigilanter attendit, ne forte pro ipsa claritate veniat alicui pes sperbiæ. Vnde & subditur: Qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorū. Nam idem est, ac si dicat: Qui in medio vestri digrediens, corda singulorum, & renes inuestigat. Etenim (vt prædictum est) candelabra septem, septem ecclesiæ sunt. Cum ergo in medio candelabrorum huiusmodi ambulat, lumen singulorū intuetur quantum luceat, ne forte sine oleo charitatis, sine operibus dilectionis fumiget fides mortuorū. Nam vbi tale qđ inuenerit, dicit: Scio opera tua, & laborē, & patiētiā tuam, & quia non pores sustinere malos, tēstasti eos q; se dicūt apostolos esse & nō sunt, & inuenisti eos mēdaces, & patiētiā habes, & sustinisti propter nomē meum, & nō defecisti. I. Plane hæc

ne hæc opera quidem sunt, laborare in regula fidei catholica, & laboris huius patientiam habere, etiā disputando cōtra dogmata puerila, quorū fabricatores mali, tam multi, tamq; loquaces sunt, vt non possis eos sustinere: qualis tunc erat Marcion & Cherintus, multiq; alij hæretici. Bona (inquā) opera sunt qdem, tētare illos doctores mēdaces, falsosq; apostolos cōuincere, sed non in hoc est pfectio, quantamcūq; patientiam habeas sustinēdo istos & non deficiendo, absq; primo charitatis ornamento. Nam & Apostolus dicit: Et si habuero oēm fidem, ita vt montes transferam, & si tradidero corpus meū, ita vt ardeam, charitatē aut non habeam, nihil mihi prodest. Et Apostolus Iacobus ait: Vis aut scire o homo inanis, qm̄ fides sine operibus otiosa est? Otiosa nanq; est fides quantumcūq; operari videat, nisi p dilectionē operet. Ait ergo: Sed habeo aduersus te, qđ charitatē tuam primam reliquisti. Ac si dicat illud qdem pro te est, & pro te agit quod sic oparis, sed hoc aduersum te est, qđ in hoc opere tuo charitatē primam reliquisti. Prima nanq; i. principale bonum, charitas est, quæ & excellentior via est iuxta Apostolum: Hoc solum pene & vnicum signum est perfectionis, & testimonij veræ virtutis, quem admodū alibi dixit: In hoc cognoscent omes, q; mei estis discipuli, si dilectionē habueritis adinuicē. Hoc signo cognitus est Stephanus prothomartyr, quando in labore & patientia sua cum nō posset sustinere malos, quos inuenerat & cōuicerat mēdaces, ita patiētiā habuit, ita sustinuit propter nomē dñi, vt moriens etiā pro ipsis oraret, & diceret: Dñe, ne statuas illis hoc pccm̄, quia nesciunt qđ faciunt. Memor esto itaq; vnde excideris, & age pœniam, & prima opera fac: Sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœniam egeris. Sicut multa sacre scripturæ testimonia, sic & locus iste docet nos nō debere precipitare sniam super ecclesiarum angelos, i. episcopos, & super quoscūq; gradus ecclesiasticos. Non em̄ dixit, q; charitatem tuam primam reliquisti, idcirco venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, sed grande interuallum voci suæ, magnumq; frenum posuit currenti sniæ, dicendo, memor esto igitur vnde excideris, & age pœniam, & prima opera fac. Tunc demū ita subiungit, Sin autem, i. si super illud quod habeo iam aduersus te, super illud quod charitatem tuam primam reliquisti, contemptum quoq; appofueris, venio tibi &c. Ordo iste iudicij dei late splendet in scripturis, sed exempli grā, duo tantū præponantur hoies, Saul videlicet & David: Filius vnus anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus aut annis regnavit sup Israel: Quod est dicere: Humilis sicut puer vnus anni, & paruulus in oculis suis erat, quando rex factus est, & duobus annis eadē humilitate regnavit super illud. Vnde loquente dño in se, ait Samuel: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribus Israel factus es? Ab hac humilitate excidit, qđ cōtra legē holocaustū obtulit, cū non esset sacerdos de stirpe Aaron, sed homo de tribu Benjamin. Itē, quia ab humilitate exciderat, pepercit Agag regi Amalech, & optimis gregibus ouīū cōtra pceptum dñi. Iterumq; inq; scriptura: Offerrebat holocaustū dño de inijs pday quæ attulerat ex Amalech, Redargutus sup eo qđ humilitatē primā reliquisset, nō fuit memor vnde excidisset, neq; pœniam egit, q; ppe q; holocaustū rursus offerēdo pccm̄ auxit, præsumptionē iteravit. Dixit qdem, peccavi, tanq; memor esset vnde exciderit, sed non humiliter dixit aut sensit. Ad didit em̄: Sed nūc honora me corā senibus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecū. Honorē ergo vel gloriā nō dei, sed suā, ista cōfessione mercari voluit, discēdo, peccavi. Iust ergo solū eius de loco suo moueri debuit, q; pœniam nō egit. David aut & ipse paruulus erat, de quo & pater Isai dixit ad Samuel: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Cumq; iā regnaret, nihilominus & humilis erat. Nā de humilitate eius scriptū est: Cumq; intrasset arca dñi in ciuitatē David, Michol filia Saul prospiciens p fenestrā, vidit regē David subsiliētē atq; saltantē corā dño & despexit eū in corde suo. At ille: Viuit dñs (inqt) q; ludā & villior snā plus q; factus sum, & ero humilis in oculis meis. Ab hac humilitate tūc excidit, qđ verbū dñi contēpsit, peccādo in vxorē Vriæ quā tulit. Vnde & p prophetā dixit ei: Quare ergo contēpsisti verbū dñi, vt faceres malū in conspectu meo? Et subinde: Quā ob rē nō recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternū, eo qđ despexeris me. At ille statim memor fuit, vnde excidisset, & qđ charitatē primā reliquisset, & dixit: Peccavi dño. Itē in Psalmō: Qm̄ iniquitatē meā ego cognosco, & pccm̄ meū cōtra me est semp: Tibi soli peccavi, & malū corā te feci. Ergo nō huic venit dñs sicut venerat Sauli, vt moueret solū siue candelabrum eius de loco suo. Nam & regnū eius stetit, & prophetica grā cum docēdi autoritate pmanit. Ea nāq; recuperata, docebo (inqt) iniuos vias tuas. Igit vbi cuiuslibet ecclesiæ angelus, i. sacerdos, charitatē suam primam relinquit recte non statim iuris est ecclesiastici mouere candelabrum eius de loco suo, i. auferre sacerdotium vel ecclesiam eius, sed dicitur ei: Memor esto vnde excideris, & age pœniam, & prima opera fac. Si audierit corripientē, ille q; corripuit lucratus est fratrē suum. Quod si neq; adhibito alio, neq; publico conuentus ecclesiæ testimonio correxerit, imo audire contēpsit

Fides sine
charitate nō
habet prodest.

2. Cor. 13

Iaco. 2

2. Cor. 13
Iohan. 3

Acto. 7.

1. Reg. 13

1. Reg. 13

1. Reg. 16
2. Reg. 6

2. Reg. 12

Psal. 70.

Matth. 18
contēpsit

contempserit, tunc demum recte mouet candelabrum eius, & alteri dat. Sequitur: L Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quae & ego odi. Illud (inquit) habeo aduersus te, quod iam dixi, hoc autem habes mecum, & in hoc mihi consentis, quod facta Nicolaitarum odisti. Nam illa & ego odi. Nicolaitae dicti sunt a Nicolao diacono ecclesiae Hierosolymorum, qui cum Stephano & ceteris constitutus est a Petro, qui propter pulchritudinem relinquit uxorem dicit, ut qui uellet, ea uteretur, & uersa est in stuprum talis consuetudo, ut inuicem coniugia commutarent: Istos hoc loco improbat. Et notanda dispositio sermonis qui artificiosa sit. Et priusquam emitteret austeritatem reprehensionis quae laudanda erant, collaudauit, scio (inquit) opera tua, & laborem, & patientiam tuam, &c. Et post ubi corripuit, atque minas intentaui, rursus quod laudandum erat, laudauit, quia (inquit) facta Nicolaitarum odisti, quae & ego odi. Ita reprehensionis amaritudinem, ne nimis offenderet atque exterreret, collaudatiois dulcedine circumliniuit. Hoc modo & cum muliere Samaritana loquens, & antequam diceret, quod enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est uir tuus, praemisit collaudans, bene dixisti, non habeo uirum, & postquam illi quod tot uiros habuisset, expressit, iterum collaudans, hoc (inquit) uerum dixisti. Magni hoc & digne imitandum est magisterium spiritus dei, corripere quidem ea, quae emendatione indigent, sed inter corripiendum & prius & posteriori collaudare, si quae bene dicta sunt uel acta ab eodem, qui in alijs corripitur, quatenus quoad fieri potest, ueneat beneuolus, & non refugiat confusus aut exterritus, audire non sustinens peccatoris animus. Item notandum est, uita corripit uita inuenit, nihil minus apud intelligibilem animam ualere, quod sequitur: L Qui habet aurem, audiat, quod spiritus dicat ecclesiae. Hae enim talis dictio quasi clamor est uehementissimus, pertingens usque ad aurem cordis intrinsecus. Hinc Euangelista Iesus (inquit) haec dicens, clamabat: Qui habet aures audientium, audiat. Tali namque enuntiatione negligentem animam uehementer confutat, surdum nimis hominem esse designans, etiam si patentes corporis aures habeat, quae tantae comminationis uim intus non audiat, quae tanti iudicij necessitate intrinsecus non sentiat. Sane cum non dicit, quod spiritus dicat ecclesiae Ephesi, sed quod spiritus dicat ecclesijs, sciendum est quod quod singulis scribit, uniuersis dicit ecclesijs. In omnibus quippe ecclesijs sunt, & quae digne audiant, uel quibus dici debeant ea quae sunt timoris, & quibus ea quae sunt pietatis, & quibus ea quae sunt scilicet, & quibus ea quae sunt fortitudinis, & quibus ea quae sunt consilij, & quibus ea quae sunt intellectus, & quibus ea quae sunt sapientiae. Nam & idcirco septem ecclesiae scribuntur, uel septiformis ecclesia dicitur, quia quae in ecclesia sunt, in quolibet gratiarum istarum consistunt gradu. Proinde uersus iste quasi intercalaris ad singulas ecclesias, de singulis pronuntiat spiritibus dei, qui habet aurem audiat, quod spiritus dicat ecclesijs. Additur huic alius, qui & in singulis istorum spirituum elocutionibus, pro qualitate condignarum retributionum uariatur. LVincenti dabo edere de ligno uitae, quod est in paradiso dei mei. In isto gradu, id est, in spiritu timoris, uincere, est corripit ad quietem, poenitentiam agere, & prima opera facere. Porro, primis hominibus quae corripit deo non adqueuerunt, imo peccatum suum superba defensione tuentes auxerunt, lignum uitae, quod plantauerat deus in medio paradisi interclusum est. Ait enim dominus deus: Ecce, Adam quasi unus ex nobis factus est, scilicet bonum & malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno uitae, & comedat, & uiuat in aeternum, emittit eum dominus deus de paradiso uoluptatis, & collocauit ante paradisum Cherubin, & flammeum gladium, atque uersatilem, ad custodiendam uiam ligni uitae. Quae ergo primo homini interclusum est poenitentiam non agenti, pulchre huic reprobitur, quod poenitentiam egerit, quatenus edat de ligno uitae, quod est (inquit) in paradiso dei mei, & uiuat in aeternum cum ex illo comederit. Dei mei dixit, pro natura carnis nostrae, quae assumptum. Nam pro natura suae diuinitatis dici potuit, quod est in paradiso patris mei. Utrique in euangelio distincte, dicendo iam fratribus suis, apostolis suis: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum, deum meum & deum uestrum. Sed nunquid ut resurgamus & uiuamus in aeternum, de illo materiali ligno est edendum? Non utique, sed quod manducat (inquit) carnem meam & bibit meum sanguinem, habet uitam aeternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Christus namque lignum uitae est, cuius & in caelesti paradiso uisione, & in praesenti ecclesia corpore, sanctae reficiunt animae. Illud materiale lignum uitae, hominem morte animae, scilicet peccato iam mortuum, non uiuificasset, sed carnem uiuere faceret in aeternum, quod infelicissimum esset. Mortuus quippe in anima, si corpore uiuere homo in aeternum, non reciperaret in aeternum, & esset aeternum miser, ut daemones sunt. Hoc autem lignum uitae, quod est Christus, dum nos corpore & sanguine suo reficit, iam nunc resuscitat animam a morte peccati, & carnem nostram in nouissimo die resuscitabit. Saepem autem is quod necdum uicit, qui poenitentiam non egerit, edat de hoc ligno uitae quod est in paradiso dei, manducat corpus, & bibit sanguinem domini. Non illi dat Christus, sed ipse rapit, & ideo iudicium sibi manducat, & bibit. L Et angelo Smyrnae ecclesiae scribe, Haec dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus

Optimo dicitur corripit di peccates

Iohan. 4

Matth. 13

Gene. 3

† Presinit Iohan. 20

Lignū uitae Christus est Iohan. 6

1. Cor. 11

tuus & uiuisti. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed diues es, & blasphemaris ab his qui se dicunt Iudaeos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanae. Post spiritum timoris sursum est spiritus pietatis, & ille spiritus sine dubio loquitur hic, de toleranda persecutione suggerens, cui causa uel intentioni nimirum & ecclesiae nomine congruit: Smyrna enim, myrrha dicitur, quae mortificatione carnis designat. Verissime his qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, maxime opus est spiritus pietatis, ut sint in passionibus pie, in opprobrijs uel exprobrationibus mansueti, non reddentes malum pro malo, uel maledictum pro maledicto, sed contrario benedicentes, imo & interea suis reficiant lachrymis, uitam suspirantes aeternam, cuius spectantur, ob cuius dilationem lachrymant, iuxta quod quilibet illorum in psalmo loquitur: Fuerunt mihi lachrymae mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus, Et a quo magis principio sua dicta debuit exordiri, tribulatos consolari intendens, spiritus pietatis. Ait enim: Haec dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, & uiuit. Et qui tribulatur ante oculos ponit primum & nouissimum, qui fuit mortuus & uiuit, ut non miret in seruire, qui ad tentationem sit, quasi noui aliquid contingat. Ac si dicat hic spiritus eidem quem consolari uult. Tu a quolibet culmine temporalis deiectus, propter iustitiam quasi homo ignobilis opprobrijs, & insuper plagis ueris seruilibus. Sed quantum hoc est si ad illum respicias qui pro te passus est, tibi relinques exemplum, ut sequearis uestigia eius. Ille namque cum apud deum esset primus & pretiosissimus, secundum alteram naturam filius dei, secundum alteram naturam filius intemeratae uirginis, cum (inquam) sic esset primus & optimus & praefilius hominis speciosissimus, apud homines nouissimus fuit, id est, uilissimus, quem admodum & propheta dicit gemebundus: Nos uidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum de spectum, & nouissimum uirore, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a deo & humiliatum. Ita ille primus deus stans in synagoga deorum, & nouissimus, id est, uilissimus uere sub iudicio hominum. Quid ergo magnum, si tu homo, & non deus, de tuo quantum locum honore propter illum es deiectus, si quod pateris homo non sine peccato, passioni eius compares quam pro te passus est, qui peccatum non fecit, nec inuenit dolus in ore eius? Itaque bene ac deceter sic exorsus est, haec dicit primus & nouissimus. Quod autem pertinet, & hoc addere, qui fuit mortuus & uiuit: Nimirum ad magni cumulum consolationis, ut sciat, quod qui mortificat se quod uestigia Christi, uiuet quem admodum dum ille, cum fuerit mortuus nunc uiuit. Et quod dicit: Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam. Quod nunc dicit, scio, uehementer & eodem pondere dicitur debet intelligi, quod iam dictus propheta dixerat de illo: Et uidimus eum uirum dolerum, & scientem infirmitatem. Scientem dixit infirmitatem, pro eo ut diceret, experimetur infirmitatis habentem. Itaque & hic scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, id est, tribulationis quam pateris experimetur habere, & paupertatem quam sustines in memetipso expressum sum. Quis enim maior est qui tribulationem sustinuit? Et cum diues es, quod ad tantam ut ego paupertatem descendit? Etenim de me Psalmista dicit: Persecutus est hominem inopem, & medicum, & compunctum corde mortificare. Huius experimetur memor Apostolus dicit: Non enim habemus pontificem, qui non possit copari infirmitatibus nostris, tatarum autem pro omnia pro similitudine absequi peccato. Tentatus namque est, fame, siti, persecutione, & morte, & inde scio (inquit) tribulationem tuam, & paupertatem tuam. Idcirco non minus doleas, quod scis uel expressum es inam ego talis id est scio, id est expertus sum. Sequitur, & dicit: L Sed diues es, & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudaeos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanae. Quod dixi paupertatem tuam, dixi secundum falsam estimationem hominum, nam secundum rei ueritatem diues es. Illi te pauperem putant, sed tu diues es. Ego enim ascendens in altum, ego in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi, sedens ad dexteram patris, dedi dona hominibus, & inde tu diues factus es, habens sermonem sapientiae, siue sermonem scientiae, siue aliud quodlibet talentum ex multarum diuisionibus gratiae. Et cum ita diues sis, blasphemaris tanquam pauper, tanquam nihil sis, tanquam nihil acceperis, nihil noueris, nulla ex parte deum cognoscas, aut a deo cognitus sis. A quibus ita blasphemaris: Ab his qui se dicunt Iudaeos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanae. Magnus labor, magna tibi est afflictio cordis, taliter & a talibus blasphemari. Sed & ego istud scio, istud expertus sum. Diues eram, totos habes thesauros diuinitatis in me corporaliter habitatis habes requiescentem super me spiritum domini, spiritum sapientiae & intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum scientiae & pietatis, & spiritum timoris domini. Inde est, quod opera feci quae nemo alius facit, & sic locutus sum, ut diceret aduersarij, nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Et cum tam diues essem, blasphemabat tanquam pauper, qui nihil boni haberem, aut qui a deo non essem Dicebant enim: Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Item: In Beelzebub princeps daemoniorum eicit daemonia. Amplius autem: Daemonia habet (aiebant) & insanit. Quid eum auditis? Et multa his similia. Ita blasphemabar ab his qui se Iudaeos esse dicebant dicebant: Semen Abraham sumus, pater noster Abraham est, unum patrem habemus deum, & non stant Iudaei siue filij Abraham, sed erat synagoga satanae. Unde & dicebam illis: Vos ex patre

Spiritus pietatis opus est in tribulationibus

Roma. 12

Psal. 31

1. Petri. 2 Consolatio in tribulationibus passio Christi, Esa. 53

Psal. 81

Esa. 53 1. Petri. 2

Esa. 53

Psal. 108 Hebr. 9

Psal. 67 Esa. 4

Coloss. 2

1. Cor. 12

Coloss. 2

Esa. 11

Luc. 4

Iohan. 9

Iohan. 7

Iohan. 9

Matth. 12

Luc. 11

Iohan. 8

Titu. 2

Marc. 14
Matth. 26

Matth. 3
Lucæ. 23

Matth. 4
Iob 2

Iob. 1

Philipp. 2

Hebræ. 2

Galat. 7

Obiectio.

patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. A talibus qdē & tu blasphemaris, videlicet à falsis fratribus, quoniam consentitur se nosse deum, factis autē negant. L Nihil horum timeas quæ passurus es. Non (inquit) timeas ut loco cedas, & malorum timore fidē perdas. Cæterum timere vel pauere conceditur infirmitati naturæ, ut non tñ cedat spūs timori recedendo à dei voluntate. Nam & de ipso q hæc loquitur, & in quo spūs pietatis hæc loquitur, scriptum est: Et assumit Petrum, & Iacobum, & Iohannē secum, & cœpit pa uere & tædere. Item ipse de semetipso: Spūs (inquit) promptus est, caro autē infirma. Quæ sunt illa quæ passurus es? Ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, ut tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Ecce (inquit) neq; em̄ istud in tēpora longa fiet, præsens qppe tempus vestræ tribulationi, futurum autē vestræ iucunditati deputatum est. Contra, præsens tempus impioꝝ risui, futurum autem illorū luctui & angustia staturum est. Cur aut non dixit, missuri sunt hoies mali, sed ait, missurus est diabolus ex vobis in carcerem? Videlicet, qd sic dicere, & sic docere debuit spūs pietatis, ad hoc instruens pium martyrem, ut intrinsecus agitatori diabolo totum imputer, quod extrinsecus facit homo persequens, & condoleat homini persequenti, quod eum diabolus obsedit, optetq; illum à diabolo liberari, memor eius q dixit: Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Etenim ipse q hoc dixit, pro persequentibus & crucifigentibus se exorauit, dicens: Pater, ignosce illis; non em̄ sciunt qd faciunt. Aliquis indulum est sicut petiuit, q & sanguinem eius, quem persequendo fuderunt, postea credendo biberunt. Itaq; & pius martyr dum in carcerē mittitur, sciat & dicat, qd hoc facit diabolus, à quo captiuus homo persecutor tenet, & sic inter vincula & carceres responsa sua contemperet, supplicemq; animum pro persequentibus ad deum subleuet, quatenus aliquos ex his liberet, quod sæpe factum est. Missurus est (inquit) in carcerem. Quare? Qua intentione? Ut tentemini. Ille em̄ tentator est, & eō totus intendit, ut aliquos ex vobis decipere possit. Tali intentione Iob sanctū expetiuit, idcirco illū extrinsecus vlcere pessimo percussit, ita ut à plāta pedis vsq; ad verticē non esset in eo sanitas, quatenus simplicitatē & rectitudinem eius intrinsecus euerteret, ut peccaret Iob in labijs suis, & stultum qd contra deum loqueret, atq; ita deo q propoluera, dicens, nunqd considerasti seruum meum Iob, qd non sit ei filius in terra homo simplex & rectus, ac timēs deum, & recedēs à malo, quasi victor diabolus insultaret. Hoc intendēs, missurus est (ait) diabolus ex nobis in carcerē, ut non omēs cito moriamini repēt no ictu gladij, sed protelatione pœnæ, & mora mortis pœni conturbemini in cordibus vestris, & inter procellas iniuriarū fluctuantes concidatis, & pdita, si fieri potest, fide absorbeamini. Ecce hoc futurū est, hoc diabolus p suos ministros facit. Et habebitis tribulationem diebus decē, id est, vsq; ad mortē, videlicet quandiu militatis in lege dei, sicut oportet, ut adimpleatis præcepta decē. Sequitur em̄: L Esto fidelis vsq; ad mortē. Nimirum tādiu fidelitatis constantia bono hortatu indiget roborari, quandiu tribulationum vis, eandem fidelitatē extorquere cōtēdit. Dum ergo dicit, esto fidelis vsq; ad mortē, satis ostēdit decē tribulatiōis dies ptingere vsq; ad mortē. Esto fidelis (inquit) vsq; ad mortē, & dabo tibi coronam vitæ. Hæc cum dicit, manifestat ipse, cur præmiserit de semetipso, dicens: Qui fuit mortuus, & viuit. Eiusdē namq; perseverantiæ quam psuadet, dicens, esto fidelis vsq; ad mortē, in semetipso exemplum præbuit, factus obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis, itē, remunerationis quam promittit, dicens: Et dabo tibi coronam vitæ, certitudinem atq; fidutiam in suo præsentat capite Apostolo ibidē prosequēte. Propter quod & deus illum exaltauit, & donavit illi nomē, quod est sup omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectat cœlestium, terrestrium, & infernoꝝ. Et alibi: Videmus dñm Iesum propter passionē mortis gloria & honore coronatum. Igif vsq; ad mortē esto fidelis (inquit) qd iam post mortem non seruāda exigitur, sed seruata fidelitas coronat. L Qui habet aures, audi ar qd spūs dicat ecclesijs. Dicitū spūs huius, spūs pietatis auribus cordis audire vel audisse est, coronam vitæ quam hic promittit concupiscere, & eius spe tribulationem siue persecutionem pro Ch̄so non solum non refugere, verum etiam libenter amplecti, eiusq; exemplo dare percutienti maxillam, saturari opprobrijs, & si extrinsecus persecutor desit, semetipsum intrinsecus persequi, carnem suam crucifigere cum vitijs & concupiscentijs, & indefinenter flere, quod differatur à regno dei, à visione eius q pro nobis fuit mortuus, & viuit. Porro, auditum siue auditorē huiusmodi non ab vna tantum ecclesia ciuitatis illius Smyrnæ, sed ab omnibus idem spūs exigit ecclesijs, & idcirco non singulariter, ait, audiat qd spūs dicat ecclesijs, p̄r, audiat qd spūs dicat ecclesijs. Tandemq; competenter pro causa siue intentione conclusionem ita subiungit: L Qui vicerit non lædetur à morte secunda. Et est sensus: Qui fidelis permanferit vsq; ad mortem carnis, mortem animæ non timebit æternam, Mortem secundam, mortem animæ dixit. At vero mors animæ quæ mors peccati est, vel quæ peccato accidit, adeo prior est morte carnis, ut etiā resur

rectio animæ, qua p fidē Christi in baptismo resurgit, morte carnis prior fit, priusq; oportet illā consequi q per mortē carnis transeat ex hoc mūdo quicumq; cupit videre regnū dei. Quomodo ergo vel cur nunc secunda mors dicit, nisi qd posteriore experimēto sentitur? Nā mortuus quidē est Adam morte animæ priusq; morte carnis, videlicet, eadem die, qua vetitū lignum temeravit, iuxta veritatem dicentis: In quacumq; die comederis ex eo, morte morieris. Sed eandē animæ mortē tunc demum experimēto sensit, quādo puluis in puluerē reuersus est, q carnis mors est, & anima ad inferos descēdit. Itaq; mors animæ, quæ per peccatū animā à deo separat, causa quidē vel origine prima est, sensu autem vel experimēto mors secūda. L Et angelo Pergami ecclesijs scribæ. Post spiritū pietatis sursum spūs scientiæ sequitur, qui & in hac ecclesia Pergami doctrinam malam tenentes doctrinā Balaam, doctrinā Nicolaitarū, redarguit dicens: proinde angelo huius ecclesijs similiter, pœnitentiā age: Nimirū ad destructionē omnis doctrinæ nequā, virtute vel gratia spūs scientiæ opus est, & sermone veritatis, de quo & hic in exordio dicit. L Hæc dicit qui habet rhomphæā ex vtraq; parte acutā. Et postmodū si quo minus, inquit, id est, nisi pœnitentiā egeris, veniā tibi cito, & pugnabo cū illis in gladio oris mei. Ergo rhomphæa ex vtraq; parte acuta, vel gladius itē oris dñi, sermo dei est, de quo & Ap̄tus dicit: Viuus em̄ sermo dei est & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingēs vsq; ad diuisionē animæ ac spūs, compagum quoq; & medullarū, discretor cogitationū & intentionū cordis, Discernit em̄ inter animā & spiritū, quia videlicet ipse nouit qd homo animalis cogitat, aut faciat propter terrena cōmoda, & qd spiritualis propter cœlestia. Et ut secundū præsentē locū vel causam loquamur, ipse discernit inter benedictiones Balaam & inter benedictiones Mosi, quorū quidē filijs Israel benedixit, sed in cæteris doctrina lōge discrepauit. Balaam quippe eodem ore q benedixit, docebat Balach mittere scandalū corā filijs Israel, edere & fornicari: Hoc Moses nō fecit. Causæ huic vel intentioni ipm Pergami nomē congruit. Pergamus em̄ interpretat diuidēs cornua eoꝝ. Moneaturq; angelus iste, ut secūdū nomē ecclesijs suæ qd est Pergamus, diuidat atq; discernat à sana doctrina doctrinā Balaam siue doctrinā Nicolaitarū, p sanctū scientiæ spiritū. Ait ergo: Hæc dicit q habet rhomphæā ex vtraq; parte acutā. Ad qd habet illā rhomphæā? Ad faciendā vindictā in oēs tenentes doctrinā Balaam, & in ipm, quicūq; ille est, q docet doctrinā Balaam. Meminisse namq; debemus historicæ veritatis, in qua dñs dicit Mosi: Vlciscere filios Israel de Madianitis, Et subinde: Cūq; pugnaſſent corā Madianitis atq; vicissent, oēs mares occiderūt, & reges eoꝝ Eui, & Recen, & Sur, & Vr, & R ebe, quinque principes gentis, Balaam quoq; filiu Beor, interfecerūt gladio. Et post pauca, iratus Moses principibus exercitus, tribunis & centurionibus q venerāt de bello, ait: Quare reseruaſtis mulieres? Nōne istæ sunt quæ deceperūt filios Israel ad suggestionē Balaam, & suari cari fecerūt vos in dño sup peccato Phogor? Vnde & percussus est populus, Ergo cūctos interficite, quicq; est generis masculini, etiā paruulos, & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulare. Huius, inquā, historice veridicæ hic meminisse debemus, quia qd illic realiter factū est, hic spūaliter se factū protestatur, qui rhomphæam ex vtraq; parte acutā se habere profitet. Ait, L Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ. Magna & vehemēs reprehensio est, angeli illius ecclesijs, q illic habitat vbi sedes est satanæ, vel q illic vbi ille angelus habitat sit sedes satanæ. Qualis eius negligētia sit, vel qd illic satanæ sedē habere licu erit, sequēs sermo declarabit. Interim dicit, L Et tenes nomē meū, & nō negasti fidē meam. Magnū hoc videri posset si nō cōfessionē nominis sequēs negligētia vel opus obscuro raret. L Et in diebus illis, Antiphas testis meus fidelis, q occisus est apud vos vbi habitat satanas. Iuxta nomē Pergami, qd interpretat diuidēs cornua eoꝝ, huc vsq; quæ laudāda erāt laudauit, martyre (vt qdā perhibēt) huius nominis qd est Antiphas, Pergami passum cōmemorās, cū testimonio laudādæ fidei, & deinceps quæ reprehēdenda sunt reprehēdit, atq; ita cornu iustitiæ, à cornibus iniustitiæ diuidit, secundū illū psalmi versiculum: Et oīa cornua peccatoꝝ cōstringā, & exaltabunt cornua iustitiae. Sequitur em̄: L Sed habeo aduersus te pauca, qd habes illic tenēs doctrinā Balaam, q docebat Balach mittere scandalū corā filijs Israel, edere & fornicari. Ita habes & tu tenēs doctrinā Nicolaitarū. Qualis secundū historiā doctrina Balaam fuerit, & qualiter hodieq; teneat vel imitent illam, multi q ex ecclesia esse vident, diligētius cōsiderare p̄sens locus admonet. Fuit ille Balaam idē, qui in libro Iob dicit Eliu, primū propheta & vir sanctus, postea propter auaritiā diuini vel arioli vocabulo nuncupatus. Hic benedicēdi & maledicēdi potest atē habēs siue efficaciam sacerdotū, qui cū sint mali, pro officio tamen cōmunicandi vel excommunicandi potest atē habent, gessit figurā. Vnde & Balach loquitur ad eū: Veni & maledicē populo huic, noui em̄ q benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quē maledicta cōgesseris, habēs quoq; scientiā dei, & sciens quod frustra sacerdos in eū maledicta congerit, quē

Solutio. Gene. 2.

Hebr. 4

Pergamus

Nume. 31.

Reprehensio negligētia gentis

Psal. 74

Balaam in libro Iob dicitur Eliu. Nume. 22

C causa

Auaritia
Balaam

Nume. 31.

Nume. 22.

Balaam ty
pff gessit ve
nialiu sacer
dotum.

Romana
fides.

Nume. 24

1. Cor. 13

Contra Si
moniacos.

Leuit. 20
1. Para. 17
Ezech. 44
Nume. 22.

causa vel culpa propria maledictionibus non subicit. ¶ Et tamen propter auaritia vadens, & toties perquirens, si forte deo placeret ut malediceret populo huic, manifeste forma illoz exprimit, q benedictiones & maledictiones in ecclesia vendit, & omnia que stus causa faciunt. Summū doctrina eius nequa illud extitit, quod ait: Veruntamē pergēs ad populū meū dabo consiliū, quod populus tuus populo isti faciat. Deditq̄ consiliū, quod & factū est, ut fornicaretur populus cū filiabus Moab, quæ vocauerūt eos ad sacrificia sua, comederūt & biberūt, & initiatus est Beelphegor, & iratus est dñs. Deniq̄ hoc est quod ille dedit consiliū. Nonne, inquit Moses, istæ sunt quæ deceperunt filios Israel ad suggestionē Balaam? In huiusmodi doctrinā ille cecidit, per auaritia, non per ignorantiam, Ait em ipse suā scientiam profitens: Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obscuratus est oculus, dixit auditor sermonū dei, qui nouit doctrinā altissimi, & visiones omnipotētis videt, qui cadens apertus habet oculos. Nimirū hæc dicēs, in profundā auaritia fo ueam cadebat, & suū ipse casum videbat. ¶ Sic diuisus, sic duplex ille Balaam, in publico benedictiones dei, tinnulis vocibus concinens, in secreto dolū concinans, & consiliū impio regi præbens, ad populū dei perniciem, Non ne sacerdotū venaliū hypocritam, in semetipso præpingit intolerabile? An non hodieq̄ talium sacrilegorū intestina peste omnia plena sunt? Mittit violenta manus secularium, & hoc seculū diligentū, & in hoc seculo potentium, secundū nomen Balach, interpretatur em lingens siue elidens, lingens scilicet, seculi delicias, & elidens pudicas quoad potest non sibi consentientes animas. Mittit, inquam trans Iordanē, & euocat quempiam sacri baptismi transgressorē, & statuit sibi pontificē pronū in auaritia, vanitates obseruātem secundum nomē Balaam, Balaam qui ppe populus vanus interpretat. Reges quoq̄ & imperatores, qui se Christianos dicunt, vanitatem huiusmodi sectati sunt, & cōtra Aaron pontificē, Balaam ariolum: contra Petrū, Simōnē Magū: contra quempiam legitimū Romanæ sedis antistitem, adulterum quemlibet non nūq̄ intruserūt ad maledicendū. Veruntamē de vniuerso loquamur Balaam, i. de omnibus q̄ vbiuis terrarū sub noie vel officio sacerdotū se cōtinent auaritia & mercedes iniquitatis amant. ¶ Quisquis ergo ille est, qui taliter accedit ad sacerdotiū, adductus quidē est ad maledicendū, & animo detestatur Israel, q̄a diligit vitia, & odit virtutes, sed in publico de restari non audeat, palā voce maledicere non audeat, ita vt aliter doceat in ecclesia q̄ regula fidei sese habeat. Sic nimirū ille Balaam cū propter promissa sibi munera maledicere cuperet Israel, dño prohibente non audebat, sed e contrario benedicebat, eadē ad felicitatē populū illius de Chro veraciter pronūcians, q̄ & Moses & alij prophetae sancti pie fideliterq̄ annūciant. Orietur, inquit, stella ex Iacob, & consurgēt virga ex Israel, & percutiet duces Moab, &c. de quorū mysticis sensibus non vacat dicere nunc per singula. Ita isti non audeat, cū velint, transire regulā fidei, & cū in animo cupiāt populis eximere futuri metū iudicij, vt multos suæ fautores iniquitatis, multosq̄ suæ socios habeāt perditionis, lectiones tamē recitant, & testimonia cantant dñicæ passionis, resurrectionis & ascensionis, & nouissimi diei iudicij. In hac fide benedicūt, baptizant, cōsecrant. Porro cū hæc publice fecerint, in occulto vertunt ad cōsiliū, ad colloquia mala, quæ bonos mores corrumpunt. Procedūt subornatæ filia Madiā, ludētes, & cōposito gradu incedētes ad decipiendū Israel. Hoc nimirū toties fit, quoties teneri & molles vitij profuētes, nullumq̄ ad vitæ constantiā virile robur habētes, acceptis honoribus, cū sint moribus obscuro, sunt in ecclesia sub nomine Christiano spectabiles. Hoc est consiliū vel suggestio Balaam, id est omnū qui sequētes viā eius, mercedes iniquitatis amāt. ¶ Neq̄ em filios ecclesie pro virtutibus eorū, sed filias, i. molles & vitiosas animas, pro muneribus ad ecclesiasticos honores prouehūt. An non isti sic prouēcti, doctrinā tenēt Nicolaitarū? Nicolāū quippe refert Clemēs de zelo pulcherrimæ cōiugis increpatū respōdisse, vt quicūq̄ eā vellet accipere vxorē, & hoc in se deles docuisse, q̄ apostoli cunctis promiscua, cōmunitatē cōsortia cōsordia permitterēt. ¶ An non illi doctrinae vicinū hoc est, quod isti legitimū non volentes habere coniugū, vt pote legibus ecclesiasticis interdicitū, vt sint sancti, & mudentur, q̄a portant vasa dñi, nihilominus incontinētes sunt, imo deterius ed prouidēt, imitantes cōnubia quoties volūt, & qui nullum habent thorū licitum dum sic euagantur, nullum cōfidunt rupisse coniugij vinculū: fornicantur autē cum illis & initiantur Beelphegor, quicunq̄ exemplo raliū ad incesta vel adulteria audaciores sūt. ¶ Et tūc quidē miraculū fuit, q̄ aperuit dñs os subuergalis muti, & animal hois voce loquens, redarguit prophetæ insipientiā, qui huiusmodi cōsiliū dedit, sed & nūc pene illi simile fit, quādo turba plebeia rectores ecclesie clamoribus suis coarguit atq̄ obiurgat, eo q̄ talis pestilētia tāta in sacros ordines macula, ex ipso rū acciderit auaritia. Ait ergo: Sed habeo aduersus te pauca, q̄a habes illic tenētes doctrinā Balaam, q̄ docebat Balach mittere scandalū corā filiis Israel, edere & fornicari. Et exponēs q̄ sit illa doctrina Balaam, cōtinuo subiungit: Ita habēs & tu tenētes doctrinā Nicolaitarū.

colaitarū. ¶ Ergo fornicationes quas Nicolaus induxisse fertur, vt iā dictū est, cōtra puritate ecclesiastica appellat doctrinā Balaam, & hoc esse cōfirmat scandalū ecclesie dei edere & fornicari. Et recte, Nā vbiq̄q̄ sacerdos siue pontifex cōductitijs exēplo Balaam mercedē amat iniquitatis, cōtinuo tanq̄ de mala radice vitiorū omnū pullulāt fructus mali, primūq̄ ecclesie castitas & omne decus religionis perit, sciētia nulla cura, nullus honor nullus fere sacri feruor studij, sed auaritia, q̄ idoloz seruitus, vorago bona cūcta submergit. Sequit̄. L Similiter & tu p̄nitentiā age. Sin autē, venio tibi cito, & pugnabo cū illis in gladio oris mei. ¶ Cōgrua satis & opportuna pro re cōminatio eius, q̄ se rhompheā ex vtraq̄ parte acutā habere dixit, Nā & vbi Balaam ille mercede cōductus ibat, stetit angelus dñi in via, euaginatū in manu gladiū tenēs, dixitq̄ ad Balaam: Ego veni vt aduersareri tibi. Et nisi asina declinasset à via, dans locū resistēt, te occidisset, & illa viueret. ¶ Et quia p̄nitentiā ille non egit, docēs Balach scandalū mittere corā filiis Israel, edere & fornicari cōpleta est in eū vltio, propter quā significandā angelus dñi tali schemate, videlicet euaginatū in manu gladiū tenēs, apparuit. In illa quippe vltione q̄ facta est de Madiānit, Balaam q̄q̄ filij Beor, ait scriptura, interfecerūt gladio. Bene ergo, veniam, inquit, & pugna bo cū illis in gladio oris mei, videlicet iuxta similitudinem illius angelicæ visionis, illius in Madiānit & in ipm Balaam vltionis. Nā ille gladius in manu angeli, illa vltio in Madiānit, iudiciū illud significat, de quo Ap̄tus: Fornicatores autē, inquit, & adulteros iudicabit deus. ¶ Iudicabit em non solū fornicatores, quales Madiānitæ, cū quibus Israel fornicatus est, fuerūt: verū etiā & adulteros illos, q̄ adulterāt verbū dei, qualis fuit ille Balaam, qui verba benedictionis adulterauit, malū submitte do cōsiliū, & docēdo Balach mittere scandalū illud corā filiis Israel. L Qui habet aures, audiat qd spūs dicat ecclesijs. ¶ Hoc loco au dire quid spūs dicat, est non cessare à sana doctrina, ad destruendā illā doctrinā Balaam, sanctamq̄ exercere scientiā, illāq̄ semp euangelicā dñi memoriter tenere sentētiā. Væ vobis legip̄eritis, q̄a tulistis clauē scientiæ: Ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Qui em sub noie Christiano peccata nutriti vel nutriti permittūt, sufficere ad salutē arbitrantes solū nomen diuinū, quæ admodū illi qui cōfidentes in verbis mendaci dicebāt: Templum dñi, templū dñi, templum dñi est, & fecerāt illud speluncam latronū, profecto ad verā scientiā nequaquā introierūt. Si em in illam introissent, si sanctarū scripturarū voces vigilāter aduertissent vel aduertere voluissent, scirēt q̄a nihil valet professio diuini nominis, quā vt in illo Balaam supplantat doctrina nequā, edendi & fornicandi. Hoc autē scientico atq̄ obseruātes, non fuissent eie cti de tēplo flagello iracundiæ dei, profequēte propheticō atq̄ dicente spūs de illis: Propterea captiuus ductus est populus meus, q̄a non habuit scientiā. Hoc ergo audiat q̄ habet aures, quia tanq̄ bruta víctima gladio cædetur pectus illud, in q̄ propter voluntariā cecitatē scientia non est. L Qui viderit, dabo ei manna absconditū. ¶ In isto gradu vincere, est doctrinā Balaam, id est, fornicationes primū in semetipso per virtutē continētis, deinde in alijs per virtutē scientiæ destruere. Porro q̄ hoc modo vincit, ille sacramentū corporis & sanguinis dñi digne percipit, sicut e contrario ille q̄ vincere negligit, accedens ad hoc sacramentū, iudiciū sibi manducat & bibit. Recte ergo, inquit, vincētū dabo manna absconditū, id est, munditiā cordis & corporis custodienti, dabo panē verum, panē viuū, cuius signū vel figura fuit manna quod filij Israel manducauerūt. Dicitur autē hoc manna absconditū, q̄a videlicet in hoc sacramento, aliud oculis cer nitur, aliud fide intelligit̄. Et quæ vtilitas cōsequetur accipientē hoc manna absconditū? Ait. L Et dabo illi calculū candidū, & in calculo nomē nouū scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit. ¶ Qui em digne percipit hoc sacramentū, sic resurgēt in nouissimo die, vt corpore nouo candore habeat solidū, candore sempiternū, sitq̄ corpus eius quasi calculus, id est, splendida immutatio solidatū. De qua Ap̄tus: Mortui, inquit, resurgēt incorrupti, & nos immutabimur. Immutari nāq̄ sanctoz est tantū, idēq̄ est ac si diceret, vltra non moriemur, impassibiles erimus. ¶ In huiusmodi calculo nomen nouū scriptū habere, est filios dei nominari & esse. Hoc vtiq̄ nomē nouū, id est, ex nouo homine Chro, per sanguinē eius redemptis datū est. Nam nomē vetus ex veteri homine nobis hereditariū erat, scilicet vt diceremur & essemus natura filij iræ. Quare autē hoc nomē nemo scit, nisi q̄ accipit. Videlicet q̄a nominis huius scientiā non alienū extrinsecus documentū, sed propriū intrinsecus efficit experimentū. Inflat & tumidi sciunt vt sibi scire vident, quātum volūt, siue quantū possunt, huius tñ nominis scientiam cōsequi non possunt. Scriptū est em: Hæc cogitauerūt & errauerūt, excæcauit em illos malitia illoz, & nescierūt sacramēta dei. Nemo ergo scit dignitatē siue ingenuitatē nominis huius, q̄ nominatur vel sum⁹ filij dei quātumcunq̄ sciat siue buccis crepantibus perfrapat, vt ille Aristoteles siue oēs Aristotelici, relationē patris ad filiū, siue filij ad patrē, nisi quē spiritus adoptionis regenerādo filij dei patris effecerit, & ipsa regeneratiōe scientē huius rei, doctūq̄ suo tactu perfecerit.

Nume. 22

Nume. 31.

Hebr. 13
Contra ad
ukerantes
verbū dei

Luca. 11

Hiere. 7
Matth. 23
Contra in
doctos pre
latos.
Iohan. 7,
Eia. 1.

1. Cor. 11

1. Cor. 13

Eph. 2.

Sap̄iæ. 2

Roma, 12

3. Reg. 19
Ibidem. 18

Nume. 27

1. Reg. 2

Exempli
fortitudis
a Christo

Iaco. 7

Zach. 4.
Infra. 3
Iohan. 4.
Acto. 2

1. Iohan. 4
Iezabel ty
pum gerit
hæreticoꝝ

Et angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius dei qui habet oculos tanq̄ flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco. Hic in filio dei sp̄s fortitudinis q̄ post spiritū scientiæ sursum sequit̄, loquitur qd̄ suū est. Ait em̄: Habeo aduersus te, q̄a permittis mulierē Iezabel q̄ se dicit prophetem, docere & seducere seruos meos. Hæc etenim cū dicit, illum Thyatiræ angelū, & omnē hominē sanctum, qui secundū nomen Thyatiræ, quod transfertur in hostiā, exhibuit deo corpus suū hostiā uiuentē, mittit ad ueridicā historiā. Vbi Helias Thebytes cōtra Iezabel & prophetas eius ita fortis fuit, & ita fortiter egit, ut vsq; hodie dicat in medio ecclesiæ cū illius zeli fortitudinis suæ memoria laudabili, memorabili lauder: Zelo zelatus sum pro dño deo exercituū, q̄a prophetas tuos occiderūt, & alia tua subfoderūt. Ita quippe fortiter zelatus fuerat, ut prophetas Baal viros quadringētos occiderit gladio. Ad zeli fortitudine Phinees q̄q; (quē ipsum Heliā fuisse Hebræi autumāt) in supra dicto scandalo qd̄ Balaam docuit, Balach mittere corā filijs Israel, pro pugione ingressus est post virū Israeliten in Iupanar, q̄ ingressus fuerat ad scortū, & cōfodit ambos, virū scilicet & mulierē in locis genitalibus, atq; ita auersus est furor dñi ab Israel. Magna res & sancto viro necessaria zelus iste vel ista fortitudo, q̄a nimirū si careat ea, periclitat̄ in iudicio dñi, quantacūq; sit in ipso propria virtus sanctitas. Exemplum nobis huius rei est periculū sacerdotis Heli de Sylo. Nā quia nouerat indignè agere filios suos, & nō digne zelādo secundū legē corripuit eos, sed cū blanditijs nimīū paternis, imo pene fœmineis, nolite, inquit, filij mei, nō est em̄ bona fama quā ego audio, ut transgredi faciatis populū dñi, idcirco venit super eū iudiciū, dño ita concludēte sententiā: Idcirco iuravi domui Heli, q̄ non expietur iniquitas eius victimis & muneribus vsq; in æternum. Nunc ipsa verba p̄ ordinē differamus. Hæc dicit filius dei q̄ habet oculos tanq̄ flammā ignis. Hoc ad intentionē pertinuit, q̄a uidelicet q̄ angelo vel sacerdoti suo persuadet, habere fortitudinē, zeli fortitudinis eiusdē exemplū in semetipso præ ostēdens, maiori cū autoritate dñs & magister discipulū instruit. Nā ut oculis flammis hic interim differā, qd̄ est, & pedes eius similes aurichalco, nisi ac si diceret, & in itinerib⁹ siue actibus eius probata est fortitudo? Aurichalcū quippe in camino ignis longa decoctione & diuturna tustione hoc habet, ut auri similitudinē teneat. Sic deniq; ipse q̄ hæc dicit filius dei, quasi pedes suos, id est, sinē suū, de quo Iacobus apostolus dicit: Patientiā Iob audistis, & finem dñi vidistis, fortiter in camino suæ passionis ardētī cōsummauit, & resurgēs carnē suā in immortalitatis aureæ gloriā transmūtavit, ac deinde gentē suā, terrā, & ciuitatē suā Hierusalē, in magno zelo nō parcens igni hostili cōflagrauit. Ergo pedes eius similes aurichalco, & hoc exēplo ab eo, cui hæc dicit, iure exigit, ut post omne opus bonū sit ei etiam erga delinquentes alios distrixa iustī zeli fortitudo. Ad hoc intendēs de seipso p̄mittit, q̄ habet oculos tanq̄ flammā ignis. Oculi nāq; eius q̄ numero septē sunt, iuxta prophetam Zachariā, & iuxta posteriorē scripturā huius locū, septem spūs sunt. Et quidē ante illum passionis eius caminū spūs sanctus nō tanq̄ flammā ignis, sed tanq̄ columba super eū descendisse, & in eo manere visus est. Verū ubi in cœlū ascendit, quasi flāmeis oculis in terram aspexit, mittens eundē septiformē spiritū, qui super apostolos in linguis igneis apparuit, eosq; qui erāt infirmi, fortes & hono zelo seruētēs effecit. Quid dicit iste filius dei? Noui opera tua, & fidē, & charitatē, & opera tua nouissima plura prioribus. More suo prius quod laude dignū est collaudat, & posterius quod vituperabile est, cū paterna correptione cōmemorat. Noui, inquit, opera tua, & hoc noui & approbo, q̄a de bonis profecisti ad meliora, hoc est em̄ qd̄ repetēs ait, & opera tua nouissima plura prioribus. Verbi gratia: Opera illius nouissima plura vel meliora sunt prioribus, qui cū à timore opus bonū inchoauerit, peruenit ad charitatē, quæ perfecta, foris mittit timorē. Hoc nanq; innuere videtur, ubi cū p̄mississet, noui opera tua, statim addidit, & fidē & charitatem. Inchoatio nanq; operū bonorū, timor est qui cōcipitur per fidē, perfectio vero, charitas quæ seruilem excludit timorē. Et quantacūq; sint opera timoris, quæ tēpore vel ordine priora sunt, sine dubio charitatis opera tēpore nouissima, dignitate plura & meriti maioris sunt. Ergo in p̄sona p̄pria iste angelus Thyatiræ magno testimonio superni iudicis honorat̄, q̄a secundū ip̄m nomen Thyatiræ, qd̄ transfertur in hostiā, semetipsum exhibuit deo hostiam uiuentē, per fidē & charitatē. Sed habeo, inquit, aduersus te, quia permittis mulierē Iezabel, q̄ se dicit prophetem, docere & seducere seruos meos, fornicari & manducare de idolothytis. Ac si dicat: In tuo quippe ope & fide es laudabilis, sed in hoc vituperabilis, q̄ propria salute contentus, hæreticā perfidiā, quæ alios perdit, nō digna inuentione redarguis. Nomen quippe Iezabel, qd̄ fluxus sanguinis sonat, cōuenit hæreticis. Et specialiter conijctur fuisse mulier in supradicta ecclesia, docēs memorata facinora, q̄ figura esset rotius Iezabel per orbē. Vna quippe Iezabel vxor Achab regis Israel, vniuersam hæreticā perfidiā, & nomine & opere p̄signauit, quia & nomē eius interpretat̄, ut iam dictum

ctum est, fluxus sanguinis, & ipsa prior prophetas dñi persecuta est, & occidit. Ante illam quippe nullus prophetas occidisse legitur. Ipsa iustū Naboth lapidauit, ipsa Heliā, nisi fugā cōsulisset, gladio interfecisset. Posteri q̄q; eius exemplū impiæ parētis imitati, scilicet Ochozias rex Iuda, filius Iorā ex Athalia filia eiusdē Iezabel, & Ioas, & Amasias, prophetas dñi persecuti sunt & occiderūt, & verbū dei loqui prohibuerūt, & idcirco de sancta & mystica generatione Iesu Ch̄ri, Matthæo scribēte, sublatis sunt, & locū in ea vel memoriam nō meruerūt. Iam dudū quidē fabricati fuerāt vituli aurei, & scissæ fuerāt decem tribus de domo Dauid, & à tēplo dñi, quod signū & initū fuit omnis hæreticæ & schismatice iniquitatis, sed ista uidelicet Iezabel cultū Baal superaddidit, & perfidiæ gladiū, ut iā dictū est, adiecit, & iustū sanguinē fudit, & verbi dei ministrū in fugā cōpulit. Recte ergo & mulier ista, q̄ supra sexus sui dignitatē in ecclesia loquēs & docens seducebat, & oīs hæretica perfidia Iezabel vocat̄, & est atq; nomen illius Iezabel, cuius posteritas, ut iam dictū est, de generatione sancta perijt, in opprobriū referuat. Quia permittis, inquit, mulierē Iezabel quæ se prophetem dicit, &c. Quid illum volebat agere, cui dicebat, quia permittis? Nimirū induere spiritū fortitudinis, & zelo dñi illud spiritualiter facere, qd̄ corporaliter Helias fecit. Ille cū redarguisset populū dicēs, vsquequo claudicatis in duas partes, atq; signis euidētibus effecisset, ut adorātes dicerēt, dñs ipse est deus, dñs ipse deus, apprehēdit, inquit, prophetas Baal, & ne vnus quidē effugiat ex eis. Quos cū apprehēdissent, duxit eos Helias ad torrentē Cydon, & interfecit eos ibi. Hoc vir sanctus, qualis erat ille angelus Thyatiræ, sic debet imitari & facere, ut nō sola sui salute cōtensus sit, qm̄ angelus est, & secundū hoc nomē alijs qualiter saluē nunciare debet. Sed gladiū verbi dei arripēs redarguat populū, eo q̄ claudicat in duas partes. Hinc cōmunicans corpori Ch̄ri, & inde iuxta doctrinā huius mulieris fornicās, vel māducās idolothytis cū dicat Apostolus: Nō potestis participari mēsa dñi & mensæ dæmoniorū. Nō potestis bibere calicē dñi & calicem dæmoniorū. Qui ergo illud docēt, & cū docere videant̄, seducūt populū, teneat eos is, cui hæc scribunt, tanq̄ prophetas Baal & prophetas Iezabel, & gladio vindicæ, gladio verbi dei, qd̄ est in ore eius, separet ab ecclesia, dānatos proprio iudicio, ne quis eis cōmunicet, aut cibū sumat, pariter ne quis dicat cuiuspiā illorū, aue, aut in domū illū recipiat. Sic em̄ spiritualiter agit q̄ Helias gladio materiali egit, dū prophetas Baal occidit. De ipsa Iezabel, id est, de vniuersa, q̄ se magistrā facit, hæretica synagoga nūc dicit. Et dedi illi tēpus ut p̄nitentiā ageret, & nō vult p̄nitere à fornicatione sua. Et ecce mittā eam in lectū, & qui moechantur cū ea, in tribulatione maxima erūt, nisi p̄nitentiā egerint ab operibus suis, & filios eius interficiant in mortē, & scient oēs ecclesiæ quia ego sum scrutans renes & corda, & dabo vnicuiq; vestrū secundū opera sua. Omnis hæc p̄næ comminatio ad similitudinē respicit illius Iezabel, cuius hæc mulier vel oīs hæretica lues, pro suis meritis nomē fornicata est. Sic em̄ illa Iezabel regina, siue filia regis punita est, ut historica narratio docet. Primū dedi illi deus tēpus ut p̄nitentiā ageret, & Achab quidē vtunq; p̄nitentiā egit, ipsa autē p̄nitere noluit. Dare nanq; tēpus p̄nitentiæ, hoc est, ante p̄næ comminatione p̄mittere. Hoc autē fecit dñs loquens in Helia ad Achab: Ecce ego inducā super te malū, & demetē posteriora tua, & interficiā de Achab mingentē ad parietē, & dabo domū tuā sicut domū Hieroboam filij Nabath. Sed de Iezabel locutus est dñs dicēs: Canes comedēt Iezabel in agro Israel. Rursumq; de Achab: Si, inquit, mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedēt eū canes, si autē mortuus fuerit in agro, comedent eū volucres cœli. Vtriq; ergo dedi deus tēpus p̄nitentiæ, ut p̄nitentiā agerēt, quia p̄nam vtriq; cōminatus est anteq̄ inferret. Et Achab quidē, ut iam dictū est, qualemcūq; p̄nitentiā egit, & idcirco dñs sententiā p̄næ, quā comminatus fuerat, iuxta modum p̄nitentiæ tēperauit. Sequitur em̄: Ita q; cū audisset Achab sermones istos, scidit vestem suā & operuit cilicio carnē suā, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Idcirco p̄nam, ut iam dictū est, dñs temperauit, & de sententiā non nihil decidit. Nā quod in initio sermonis vel sententiæ dixerat, in loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent tuū quoq; sanguinē, illud quidem impletum est, veruntamen neq; in ciuitate canes, neq; in agro volucres cœli illum comederūt. Sic enim postmodū scriptū est: Mortuus est autē rex, & perlatus est in Samariam, sepelieruntq; regem in Samaria, & lauerunt currū in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinē eius, & habenas lambuerunt, iuxta verbū domini quod locutus fuerat. Item quod dixit, demetā posteriora tua, & dabo domū tuā sicut domū Hieroboam, ita moderatus est, ut diceret: Quia ergo humiliatus est mei causa, nō inducā malū in diebus eius, sed in diebus filij sui inferā malū domui eius. Porro de sententiā q̄ in Iezabel deprompta est, nihil decidit, uidelicet quia nullo modo p̄nitentiā egit. Et ecce ego mitto eā, inquit, in lectū. Hoc dictū pulcherrime spectat ad culpā eius modū, scilicet quia de lecto surgere fecit virū suum scelere suo contentū.

1. Cor. 14
1. Timot. 2

3. Reg. 18

1. Cor. 10

Eph. 6
1. Cor. 5
2. Iohan. 1

Quo dat de
us tempus
agēdi p̄n
nitentiā,
3. Reg. 21

3. Reg. 22

3. Reg. 21

Exitus &
p̄næ Iezabel
reginæ

ibidem.

4. Reg. 19

Pfal. 79

3. Reg. 22

4. Reg. 2

Cabi

4. Reg. 19

4. Reg. 6

4. Reg. 10

ibidem.

4. Reg. 11

Diversimo de agunt hoies poenitentiam.

fortatum. Cū em̄ ille indignās & frendens super verbo, qđ locutus fuerat Naboth dicēse non dabo tibi hāreditatē patrum meorū, proiecit se in lectū suū, & non comederet panem illa ingressa, vbi causam didicit, irritū velut inertē dicens: Grandis autoritatis es, & bene regis regnū Israel. Surge & comede panē, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineā Naboth Israelitæ. Recte ergo mitti debuit in lectū, Quomodo tandē missa est in lectū? Lezabel (inq̄ scriptura) introitu Iehu audito, depinxit oculos suos stybio, & ornauit caput suū, & prospexit p̄ fenestrā ingrediente Iehu p̄ portā. At ille dixit eunuchis: Præcipitate eā deorsum. Et præcipitauerunt eā. Illo itaq; locutionis modo, qui Sarcasmos, id est, hostilis irrisio dicitur, recte dicat missa esse in lectū, vbi præcipitata est deorsum. ¶ Nam præcipitata est in infernū, vbi sic habet lectū, vt quiescat, non ipsa, sed eius illa, qua terrā turbauit, infamia, iuxta quē sensum in psalmo canitur: Terra tremuit & quiescit: dum resurgeret in iudicio deus. Cū em̄ apparuerit in iudicio is qui resurrexit deus, tremet terra, id est, omnis q̄ amat terrā. Tremet, in quā, & quiescet, id est, cessabit, vt vltra turbā aut inquietudinē non faciat. Singulariter nūc quisq; peccator quiescit & cessat, vt cessauit illa dū præcipitata est: tunc autē in iudicio simul oēs cessabunt. Sequitur. L. Et qui mœchantur cū illa, in tribulatione maxima erūt. ¶ Et hoc vtiq; in illā lezabel abunde factū est. Primū ipse vir eius, qui cū illa fornicabat fornicatione, qua deus relinquit & idola colūt: & deinde omnis domus eius, sed & ois populus in tribulatione maxima fuit, in tribulatione belli & famis. Primus quippe ipse Achab in bello cōtra regē Syriæ vulneratus, & in tribulatione mortuus est, & canes lixerūt sanguinē eius. Post hūc & filius eius Ioram, & ois populus qui cū illa fornicabat, in tribulatione maxima fuit, pugnāte Benadab rege Syriæ & obsidēte Samariā. Facta est em̄ famēs magna in Samaria, & tandiu obfessa est, donec venundaret caput amini octoginta argēteis: & quarta pars * cadister coris columbarū, quinq; argēteis. Cumq; transfret rex Israel p̄ murū, mulier quædā exclamauit ad eū dicēs: Salua me dñe mi rex. Ac deinceps, Mulier ista dixit mihi: Da filii tuū vt comedamus eū hodie, & filii meū comedimus cras. Coximus ergo filium meū & comedimus, &c. In illa tribulatione maxima idcirco fuerūt, q̄ poenitentia non egerāt: imo & lezabel viuebat adhuc, & adhuc cū illa fornicabat. Vnde & postēus filio eius Iorā interrogātū pax est Iehu, ille respōdit: Quæ pax? Adhuc fornicatione lezabel matris tuæ & veneficia eius multa vigēt. Ait ergo: Et qui mœchantur cū ea, in tribulatione magna erūt, nisi poenitentia egerint, & subaudien dū est, sicut illis qui cū lezabel fornicati sunt, accidit. Et cōtinuo subiungit. L. Et filios eius interficiā in morte. ¶ Filij huius hæreticæ mulieris imitatores eius sunt. Horū interfecio nis æternæ dānationis similitudo nihilominus in interfecioe filiorū illius lezabel notissima est. ¶ Prius Ochozias filius eius q̄ regnauit pro patre suo, cecidit & cancellos cenaculi sui qđ habebat in Samaria, & egrotauit ac mortuus est. ¶ Iorā frater eius, cū regnaret pro eo, interfecit Iehu. Tetēdit arcū manu & percussit eū inter scapulas, & egressa est sagitta p̄ cor eius, statimq; corruit in curru suo. ¶ Sed & septuaginta viros oēs filios regis, siue ex ipsa lezabel, siue ex alijs coniugibus mandante Iehu occiderūt optimates ciuitatis apudq; nutriebant. ¶ Ochoziā quoq; filii filie lezabel regē Iuda q̄ venerat ad visitandū Iorā, occidit Iehu, & fratres eius quadraginta duos viros. Interrogātū nāq; Iehu cū inuenisset eos & dicētī, qui nā estis vos? responderūt: Fratres Ochoziæ sumus, & descēdimus ad salutādos filios regis & filios reginæ. Qui ait: Cōprehendite eos viuos. Quos cū cōprehēdissent viuos, iugulauerūt eos, & nō reliquit ex eis quenq;. ¶ Sed & Athalia mater Ochoziæ vidēs mortuū filiū suū, surrexit & interfecit omne semē regiū, qui vtiq; filij, id est, abnepotes lezabel erāt. Vnū loas filii Ochoziæ furata est soror eius dē Ochoziæ de medio filiorū regis, cū interfeciebant. ¶ Perpicuū est ergo poenā vniuersam q̄ in hanc mulierem imo in omne hæreticā doctrinā decernitur, in illius lezabel exemplū decerni, vt iusta sit illi poena similis, cui sese in culpa similē fecit. Longū nimis est singulis iuxta similitudinē scriptā, partibus immorari, qualiter ois anima hæreticæ doctrinæ magistra mittat in lectū ad virū suū, imo ad ultre diaboli, & quali in tribulatione sint futuri, qui cū illa mœchant. I. illā imitari delectant, qualiter filij eius interficiant in morte, id est, ita interficiantur, vt semp in morte versent, simulq; corpore & aia crucient. Cætera prosequamur. L. Et sciēt inquit, oēs ecclesiæ, q̄ ego sum scrutās corda & renes, & dabo vnicuiq; vestrū secundū opera sua. ¶ Ne longius abeamus quæredō cur hic dicat, q̄ ego sum scrutās renes & corda, memoriter teneamus cōditionē quā cōminationibus hic interposuit, dicēdo, nisi poenitentia egerint ab operibus suis. Nā quia sunt alij q̄ propter cōsequendā æternā dei grām, alij qui propter tenendā felicitatē, terrenā poenitentia agūt, atq; alij q̄ omnino impoenitētes sunt, pertinuit ad iudicē, q̄ se redditurū profitet vnicuiq; secundū opera eius ostēdere vnde scire possit quale vel cuius meriti sit cuiuslibet poenitētis vel impoenitētis opus. Et hoc, inquit, sciēt oēs ecclesiæ, scilicet in futuro, qñ reddet vnicuiq; secundū opera sua. ¶ Nā nūc pauci

pauci sciunt & discernunt quō singulis condigna reddant, in his quæ nonnunq̄ in præsentia, deo iudice, patiunt. Verbi grā Achab quippe sæpeditus poeniam egit, sed tota poenitentia eius nō in corde, sed circa renes fuit. Neq; em̄ poenitendo curauit, aut timuit, ne à regno dei foret alienus, sed hoc solum, ne regno suo priuaret. Contra David, q̄ Vriam interfecit, poenitens nō hoc timebat, ne regno priuaret, sed ne à grā dei relinqueret. Vnde & dicebat: Ne proicias me à facie tua, & spm̄ sanctū tuum ne auferas à me. Porro, Ioram æquē vt mater eius habens cor impoenitēs, in ipsis malis suis, in obsidione Samaritæ, cū diceret, quare tm̄ malum est à dño, qđ in ipsum dñm facere non poterat, in prophetam dñi vindicare voluit, dicens: Hæc faciat mihi deus, & hæc addat, si steterit caput Helisæi filij Saphan super eum hodie. Præmisitq; virum q̄ præcideret caput eius. Hic ergo scrutans corda & renes, i. veraciter discernens, q̄s carnali, & q̄s spiritali intentione poeniam agat, Achab qđem poenam distulit, David autem in grām restituit: Ioram vero & cæteros filios lezabel absq; dilatione interfecit. Ita reddidit vnicuiq; secundum opera eius, contentans vt omnes circa nos ita futurum sciamus, dum concludit sic. Et dabo vnicuiq; vestrū secundū opera sua. Sequitur. L. Vobis autē dico, cæteris q̄ Thyatiræ estis, q̄ non cognouerunt altitudinē Satanæ, quem admodū dicunt: Non mittam sup vos aliud pondus, tamen quod habetis, tenete, donec veniam. ¶ Qui Thyatiræ estis (inq̄) quos reliqui mihi, sicut illos de quibus dixi in Helia, vbi sæpeditam lezabel timens fugerat. Reliqui mihi septē milia viros, q̄ non curauerunt genua ante Baal. Hoc ipsum nāq; nunc de istis cæteris, q̄ Thyatiræ sunt, de secunda ad tertiam transiēs p̄sonam, dicit verbis alijs: Qui nō cognouerunt altitudinē Satanæ. Deniq; fornicari & idolothya manducare, sicut genua curuare altitudinem Satanæ cognoscere est. Cognoscere vero approbare est. Altitudo autē Satanæ quam nunc putat, illa est superbia eius, qua similis esse altissimo cōtendit, exigēdo sibi in idolis sacrificari, cū soli altissimo debeat vt sacrificet illi. Hanc eius altitudinē cognouerunt, i. approbauerunt & illi, q̄ tunc sub illa lezabel curuauerunt genua ante Baal, & isti qui nunc Thyatiræ, docente ista muliere, fornicati sunt, & manducauerunt idolothya, nō cognouerunt, q̄ manducare noluerūt, quæadmodū illa septē milia viros, q̄ genua nō curuauerunt. ¶ Non vera est altitudo illa, sed esse eis videt, q̄ amant & mirant aurum & argentum in simulachris gētium, & idcirco mirant simulachra gentium, q̄ sunt aurum & argentum, q̄ ex quibus & artificiosa opera manuum hoim̄, & ipsi curiosi sunt, inde accipientes responsa dæmonū. Idcirco cū dixisset altitudinē Satanæ, recte addidit, quæadmodū dicunt. Ac si diceret: Non dico altitudinē Satanæ, quæadmodū est, sed quæadmodū stulti admiratores dicunt: Vobis dico (inq̄) vobis cæteris, q̄ Thyatiræ estis, quos mulier illa nō docuit aut seduxit. Non mittam sup vos aliud pondus, tm̄ quod habetis, tenere, donec veniā. ¶ Iam qđem (inq̄) pondus habetis, iam poenam vestram sustinetis, dum lezabel docet & seducit, dum serui mei seducti fornicant, & manducāt de idolothytis, & vos prohibere nō audetis, timore p̄lli, imbelles & infirmi. Ipse timor quē sapiētes d̄q; huius seculi passionē reputāt, p̄dus vobis est, p̄dus seruitutis, p̄dus infirmitatis. Nō estis fortes, nō estis liberi vt ille Helias fuit, q̄ nihil in seculo habuit, neq; habere cupiuit, nihil p̄dere timuit. Pro nullo gauisus est cōmodo seculari, pro nullo doluit incōmodo tēporali, & idcirco fortis, & expeditus regē redarguit, prophetas Baal occidit. Semel tm̄ timuit minas lezabel, & fugit, sed nō sic timuit, aut fugit, qñ rediret, & palam nūtiaret in verbo dñi, qđ canes comederēt lezabel. Vos p̄dus qđ habetis, sub quo laboratis, & onerati estis, tenete donec veniā. Aut cū euāgelica p̄fectione venire vos faciā, vt sequamini me, & oibus relictis verbū dei annūtiētis, vedita tunica, gladiū ematis, vt neminē præter dñm timeatis. Interim p̄dus istud tēpore vobis portatibus, & sub p̄dere gemētibus, v̄m̄q; dolorē, quē habetis pro his q̄ seducunt, silētio cōsumētibus, aliud p̄dus nō imponā vobis, nō aggraua boñiam, q̄ tacetis p̄ meū, nō per cōsensum, p̄ infirmitatē, nō per malitiā. L. Qui vicerit, & custodierit vsq; in finem opa mea, dabo illi potestātē sup gentes, & reget illas in virga ferrea, & tanq; vas siguli cōstringent. ¶ In isto gradu vincere est, oēs quæ infirmū faciūt hōminē, passioes superare, gaudiū, timorē, spem, atq; dolorē, de aīo propellere, atq; fugare, id est, seculo non gaudere, seculū non timere, secularia non sperare, pro secularibus nō dolere. Nimirum q̄ talis est, q̄ omnes carnis affectus, & istas vincit passiones, & ita custodit opera domini vsq; in finem, i. vsq; in perfectionem, iste dignus & idoneus est qui præsit, quia aliorum ductor & rector sit, & imperet, atq; cogat tyrones ad militiam domini. Ait ergo: Dabo illi potestātē sup gentes, i. mea ordinatione fiet magister eorū, q̄ si absq; magisterio sunt, gentes sunt, id est, gentiliter viuunt, q̄ quāuis conuersi ad fidem, pro mala tamen consuetudine ad iter andam gentilium vitam proni sunt. ¶ Et reget illas in virga ferrea, id est, recta & seuera iustitiæ disciplina, quæ non cito flectat in grām vel odium, quia vicat hæc, q̄ prædicta est victor passionū, bonumq; habet zelum, nunq̄ odiēdo hoim̄,

3. Reg. 13
2. Reg. 11

Psal. 103
4. Reg. 6

¶ Quicumq; nō habent doctrinam hanc &c.
3. Reg. 19

3. Reg. 18

3. Reg. 19
3. Reg. 21

Math. 19
Lucæ. 22

Victor passionum huius mundi.

& amando vitium, sed semp amando hoīem, & odiēdo vitū. Hæc em̄ in reſtore eccleſiæ animi rectitudo, virga ferrea. i. fortis & recta disciplina eſt. Proinde ſequit̄: Et tanq̄ vas figuli confringent̄. Recte nanq̄ q̄ eiufmodi eſt corripientē ſubditi pro culpis ſuis verent̄, & cadunt in facies ſuas, atq̄ ſedēti ſubijciunt̄, non habētēs qd̄ contra loquant̄, autoritate conſtricti boni ſpūs q̄ illo loquit̄, & ſicut vas figuli conſtractū non p̄t̄ continere aquam, ſic illi conterriti, & excuſare non valētēs vel abſcondere, culpam propriā conſitent̄. Alioq̄n maiorem vim experient̄, ſicq̄ iudiciali anathematis lapide oīno confringunt̄, vt non remaneat ex eis ſalv̄ teſta, in qua portet̄ igniculus. L̄ Hanc poteſtatē illi dabo ſicut accepi à patre meo. J̄ Nam propter paſſionē mortis, gloria & honore coronatus ſum, & ſecundum hoīem aſſumptū, data eſt mihi oīs poteſtas in celo & in terra, poteſtas iudiciū facere, vt q̄ crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus ſit, q̄ vero non crediderit, condemnet̄. Sicut accepi (inqt̄) dabo illi, vt quoz̄ remiſerit p̄c̄tā, remittant̄ eis: & quoz̄ retinuerit, retēta ſint. L̄ Et dabo illi ſtellam matutinam. J̄. i. poſt laborē quo in p̄ſenti vita quaſi in nocte laborat, ſollicitus ac puigū in animaȳ ſibi commiſſaȳ: cuſtodia, manifeſtabo ei meiſpm̄, q̄ ſum ſtella ſplendida ac matutina. L̄ Qui habet aures audiat qd̄ ſpūs dicat eccleſiis. J̄ Audiat. i. intelligat, poteſtatis & dignitatis ſpe, quam promittit̄ deus, delect̄ef, zelo iuſtitia contra oēs hæreſes accendat̄. ¶ In iſto & in ſequentibus capitibus præmia vincētibus promittunt̄, ſic in ordine literaturæ pronūtiant̄, vt ipſa perſona filij dei loqui intelligat̄, ſ. dū dicit, ſicut accepi à patre meo, & conſitebor nomen eius coram patre meo, & ſcribam ſuper cum nomen meum nouum, & dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. Nō ergo ab re ordo in iſtis cōmutat̄, vt prius dicat, vincētī aut qui vicerit, dabo illi hoc vel illud, vt perſonæ eius q̄ loqui cōperat̄ dictis alia perſona non interſerat̄, & tunc demū ita concludat̄. Qui habet aurem audiat. Nam quod ſuperioribus capitulis pro victoria promittit̄ ſic, vincētī dabo manna abſconditum, q̄ vicerit non lædetur à morte ſecunda, vincētī dabo edere de ligno vitæ, nihil intereſt vtrū filij an ſpūs ſancti perſona loquat̄. L̄ Et angelo eccleſiæ Sardis, ſcribe: Hæc dicit q̄ habet ſeptē ſpūs dei & ſeptē ſtellas. Noui opera tua, q̄a nomen habes q̄ viuas, & mortuus es. J̄ Qui poſt ſpū fortitudinis ſurſum ſequit̄ ſpūs conſilij, ſecundum ordinē ſuum loquit̄ hic in ſilio dei. Et ad quē magis loqui huic ſpiritui congruit, q̄ ad illum q̄ nomē habet, q̄ viuat & mortuus eſt. In ſecretis nanq̄ cauſis conſilio ſolemus vti. ¶ Secretū aut̄ & occultum eſt opus eius, q̄ nomen habet q̄ viuat & mortuus eſt. Nam cuius p̄c̄m publicū vel notum eſt, non hic habet nomen q̄ viuat, imo ſi vitæ vel ſanctitatis opinionē prius habuit, clareſcētibus operibus mortuis, opinionē illam vel nomē iam pdidit̄, & diſſimulat̄ q̄ mortuus ſit. Ergo ad iſtū qui cū mortuus eſſet, nomē habebat q̄ viuaret. i. cuius p̄c̄m vel opus nō ſic erat, vt malo exemplo publicū faceret eccleſiæ ſcandalū, ſed intus male agēs, fortis vbi illū pro officio p̄dicare oportebat, bonam retinebat opinionē, recte vti debuit filius dei ſpū conſilij. i. non publica deſcriptione qualitatē vel nomē declamare opis eius mortiferi, ſecundū regulam euangelicam quam ipſe præſcripſit. Si (inqt̄) peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſm̄ ſolum &c. Datur t̄h̄ conijci quod mortui huius quem dicit, mors fuerit p̄c̄m carnis. Nam poſtmodū dicit̄: Sed habes pauca noīa in Sardis, q̄ non ingnauerūt veſtimēta ſua, ambulabunt mecū in albis. Et reuera nonnunq̄ contingit, vt angelus. i. ſacerdos ſiue eps bonæ opinionis vir ſecreto admittat̄ p̄c̄m carnis, & hoc faciēdo mortuus ſit ſub nomine viuētis. Nunc ordinē proſequamur: Angelo (inqt̄) eccleſiæ Sardis, ſcribe: Nomen Sardis lapidis vtiq̄ pretioſi angelo illi congruit, res aut̄ quæ intelligit̄ ſub nomine lapidū in ornāmētis eccleſiæ pro cauſa iam dicta, non illi congruit. Hæc dicit, q̄ habet ſeptē ſpūs dei. In cæteris ſic initiū facit, vt iuxta proprietatem cauſæ quam dicturus eſt, incipiat, ſiatq̄ auditor attentus ſiue docilis aut beneuolus ex his quæ primitus audit̄. In iſto ſic incipit, vt nihil contingat, de propria cauſa huius angeli. Cauſa em̄ eius obſcura ē, quā oportet cū conſilio regi. Noui (inqt̄) opa tua q̄a nomen habes q̄ viuas, & mortuus es. Ac ſi dicat: Hoīes q̄ in facie vident, putant q̄ viuas, ego aut̄ q̄ in corde video, & occultorū cognitor ſum, ſcio q̄a mortuus es. Sic ſcribendo & taliter loquendo, vtiq̄ ſicut ipſe alijs præceperat vt facerent, facit decenter. Corripit em̄ illum inter ſe & ipſum ſolum. Nemo em̄ præter ſe & conſcientiam illius nouit, qd̄ dicat, vel in q̄ ille mortuus ſit, niſi forte conijciat, aut ſuſpiceret quifq̄ hæc legit. Verum ſuſpicio in legibus locum non habet accuſandi, nec debet quifq̄ propter alterius ſuſpicionem de ſtatu ſuo periclitari. Non ergo dilutus immorari vult in commemoratione mortiferi operis eius, ſed protinus conſilium dat quo ſaluet̄. L̄ Eſto vigilās, & confirma cætera quæ moritura erant. J̄ Qm̄ p̄c̄m eius non exprimit, non qdem ſuſpicionē noſtram firmare debemus, veruntū eius q̄ carnis continētiam non habuit aut perdidit, quicunq̄ ille eſt aut erit, conſilium iſtud opportunum eſſe non dubitamus, vt vigilet, & cætera quæ ſuperſunt, ne in recuperabiliter moriantur. Lum
bos ſu-

† Sicut & ego accepi a patre meo, Pſal. 9 Math. 16 Marc 16 Iohan. 20

Iohan. 14

CAP. III

Math. 13

1. Regū. 16

hos ſuos præcingendo confirmet, iuxta quod hic ipſe dñs in euangelio ſuo dicit: Sint lum
bi veſtri præcingēti, & lucernæ ardentes, & vos ſimiles hoīb̄us expectantibus dñm ſuum, Lucæ. 82
qñ reuertat̄ à nuptijs. Beati ſerui illi, quos cum venerit, inuenerit vigilātes. Deniq̄ cura hæc, cura recuperandæ ſalutis, vel ſeruandæ cōtinentiæ, vigilijs & ſollicitudine magna indiget. ¶ Confirma (inqt̄) cætera, quæ moritura erant. Aliqua ergo viuunt adhuc, & necdū oīno mortua ſunt, etiā in eo q̄ ſic mortuus eſt. Viuit em̄ officium, viuunt ipſum, quod baptizando, cōſecrando celebrat̄ ſac̄m. Verum hæc etiam ſine dubio moritura ſunt. i. illi deperire & auferri debent, ſi eo tam ſecretam ſpūs dei nō recipiente correptionē, publicauerit eum deus, & dixerit eccleſiæ p̄c̄m eius. Tunc em̄ legali ſæueritate ab officio deponet̄, eritq̄ ſicut Ethnicus & publicanus. L̄ Non em̄ inuenio opera tua plena coram deo meo. J̄ Idcirco moritura erant, & idcirco cōfirmari oportet cætera opera tua, q̄a non inuenio ea plena coram deo meo. Ibi nāq̄ plena ſunt opa miniſteri ſancti, vbi ſalutarē habet̄ effectū vbi nō ſunt ad iudiciū, ſed profunt ad remiſſionē peccatorū. Cum hac itaq̄ plenitudine nō ſunt ei ſiue ab eo, q̄ male operando mortuus eſt. L̄ In mēte ergo habe, qualiter acceperis, & audieris, & ſerua, & peniam age. J̄ Qualiter (inqt̄) acceperis & audieris, Acceperis exemplo, audieris præcepto. Acceperis em̄ pudicorū exemplum Ap̄toꝝ, audisti tale præceptum eorū. Oportet ep̄m eſſe irreprehēſibilem, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem. Non vinolentum, nō percuſſorē, ſed modēſtum. Nō linguoſum, nō cupidum, ſua domui bene præpoſitum. Oportet illum & teſtimoniū bonum habere ab his q̄ foris ſunt, vt nō in opprobriū incidat, & in laqueum diaboli. Sed & in lege hoc acceperis: Omnis q̄ habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, nō accedat hoſtiis offerre deo. Si cæcus fuerit, ſi claudus, ſi puo vel grādi & torto naſo, ſi fracto pede ſi manu, ſi gibbus, ſi ſippus, ſi albuginē habēs in oculo, ſi iugē ſcabiem, ſi impetiginē in corpore vel hernioſus. Item: Omnis homo q̄ acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ſanctā, in quo eſt immūditia, peribit coram dño. Hæc vt acceperis & audieris, in mēte habe, memoria tene, & dein ceps ſerua, & de eo, quod nō ſeruasti, peniam age. L̄ Si ergo nō vigilaueris, veniam ad te tanq̄ fur, & neſcis qua hora veniam ad te. J̄ Quod debui facere, feci tibi, corripui te, monui te, vt vigilēs: euangelica quoq̄ tuba perſonante ad oēs: Vigilate itaq̄, q̄a neſcitis qua hora dñs veſter venturus ſit. Si ergo nō vigilaueris, veniam ad te ſicut fur. Nō veniam ad te ſicut ad hoīes illos q̄ vigilat, & expectat: venit ipſoz̄ dñs cum reuertit̄ à nuptijs, grās agens illis, & beatificans eos, q̄ in occurſu ſuo vigilauerint. Non veniam ad te ſicut ſponſus iucundus atq̄ feſtiuus, ſed tanq̄ fur, q̄ neſciente patre familias domū perſodit, & dñm domus necat, quē dormientē inuenerit. Conſequit̄ em̄, vt q̄ non vigilat, cum mors ſuperueniens, tanq̄ fur, cōprehēdat. L̄ Sed habes pauca noīa in Sardis, q̄ non inquinauerunt veſtimēta ſua. J̄ In tua q̄dem p̄ſona es reprehēſibilis, ſed hoc pro te facit, q̄ nō etiā alios exemplo tuo pdidiſti, q̄a, ſicut dixi ſupra, quis mortuus ſis, nomē habes q̄ viuas, Nomina, (inqt̄) pauca. i. nominatos paucos penes te habes ex nomine mihi cognitos, & pro meritis ſuis in libro vitæ deſcriptos, q̄a nō inquinauerunt veſtimēta ſua. i. incorrupta ſeruauerunt corpora ſua. L̄ Ambulabunt mecum in albis, qm̄ digni ſunt. J̄ Mecum (inqt̄) ſcilicet cum ſilio virginis, mecum, cuius caro virginea, cōtinentiæ dedicauit exemplum, q̄ ſum virgineus ſlos, virginitatis lilij, & corona virginū. Mecū ambulabūt in albis. i. in corporibus immaculatis, cum q̄bus reſurgēt nitidi velut agni nouelli, & quocūq̄ iero, me ſequentur agnum dei, q̄a comitatu meo digni ſunt. L̄ Qui vicerit, ſic veſtiēt̄ veſtimētis albis, & nō delebo nomē eius de libro vitæ, & cōſitebor nomē eius coram patre meo, & coram angelis eius. J̄ In iſto gradu vincere, eſt incētiua carnis igni ſpūs ſancti ſuperare & ope eius tunicā corporis immaculatā cuſtodire. Quiſq̄ in hoc vicerit, ille ſic veſtiēt̄ (inqt̄) veſtimētis albis quæ admodū dixi, vt ambulet̄ mecū in albis. ¶ Et nō delebo nomē eius de libro vitæ. Min⁹ Nō delebo nomē eius
tanq̄ ſeruo, i. humilitas magnæ rei. Hoc em̄ de illo veraciter poteſt dici, q̄ poſt fornicationes & adulteria cōuerſus, peniam egit. Verum quod hic minus dixerat, ſuppleuit magnificentijs addendo, & conſitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. Ibi ergo per negationē, cum dicit, nō delebo nomen eius q̄ vicerit, ſimul illum percutit q̄ nō vicerit, conſequit̄ em̄, q̄ deleat nomen eius. Hic autem per affirmationem, & cōſitebor nomē eius, gloriā & honorē reſpoſitū illi, q̄ vicerit, deſignat abundantius. Hoc em̄ ita magnificum eſt, quemadmodū & illud qd̄ Apoſtolus de paribus, cum fidem & obedientiā atq̄ expectationē illoꝝ p̄grinantū lat⁹ cōmemoraſſet, propter quam cauſam (inqt̄) nō confundit̄ deus vocari eos: deus. Deniq̄ & hic cum dicit, cōſitebor nomen eius, eodē ſenſu accipiēdum eſt, ac ſi dixiſſet, nō confundar cōſiteri nomen eius, q̄ hic talis meus ſit diſcipulus, cumq̄ in veſtimētis albis incedat, nō confundar coram patre meo & angelis eius, q̄ in ambulatiōe mea ſit mihi cōſocius. L̄ Qui habet aures audiat, quid ſpiritus dicat eccle-

1. Timot. 3 Leuit. 21

Leu. 22

Math. 24 Lucæ. 12 1. Theſſ. 5

Infra. 14

Nō delebo nomē eius

Hebr. 9

Exod. 17
Esa. 19
1. Cor. 7
Iohan. 18
Math. 11
Acto. 2
Philad. 1
Iohan. 17
Iohan. 19
Luc. 19
Math. 1
Esa. 18
1. Cor. 2

ecclesis. Quid iste spūs dicat audire, est cuncta cum consilio facere. Omnia fac cū consilio (inquit scriptura) & post factum non pœnitebis. Non em̄ de qualicunq; consilio dixit, sed isto consilio quod sancta scriptura nobis prædicat, spm̄ sanctum nominando spm̄ cō filij, quē & hic intelligimus loqui. Nam Pharaō stultū habuit consiliū, sicut scriptum est: Sapientes consiliarij Pharaonis, dederunt consilium insipienti. Hoc ergo consilium est qđ verum, quod sanū, quod ex deo & ex spū sancto est, & qđ oīa cum isto fecerit, sine dubio post factum non pœnitebit. Prima gr̄a est, sic om̄ia cum isto spū consilij facere vt non inquinēt vestimēta sua. i. vt virginitatem carnis custodiat. Hoc em̄ non præceptum, sed consilium est. Vnde Apostolus: De virginibus (inquit) præceptum dñi non habeo, cōsiliū autē do tanquam misericordiam consecutus à deo, vt sim fidelis. Qui hoc consilium audit, vel cū isto consilio facit, vtiq; post factum non pœnitebit, qđ tribulationē carnis non habebit, gloria non erit quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus non erit. Secūda gratia est, post lapsum ita cum consilio facere omnia, vt fr̄em corripicem audiat. Si em̄ hoc fecerit, post factum non pœnitebit, qđ non dicet ecclesie peccatum eius, nec reputabitur sicut Ethnicus & publicanus. Qui ergo habet aures audiat, qđ iste spūs consilij & ad secundam sui gr̄am angelum ecclesie Sardis inuitat, & de prima, paucos qđ non inquinauerunt vestimēta sua collaudat. Et angelo ecclesie Philadelphie, scribit: Hęc dicit sc̄tus & verus qđ h̄s clauē Dauid, qđ aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Scio opa tua. Ecce dedi ostium apertum coram te, quod nemo potest claudere. Huic angelo filius dei suos affectus largius effundit, & spūs qđ hoc loco audiēdus est ecclesis, spūs intellectus est, qđ sursum in ordine scribitur post spm̄ consilij. Huius spūs proprium opus est, sanctarum scripturarum mysteria, prout vult, aperire: & ea quæ sapientibus & prudentibus abscondita sunt, paruulis reuelare, plerunq; sine hominis magisterio, quomodo prophetas omnes & sanctos apostolos, qđ homines fuerant sine literis, & idiotæ priusquam datus hic spūs, glorificato Iesu, illustrasset eos. Hoc vsque hodie prout vult agere non desinit, reuelans abscondita paruulis, vt iam dictum est, id est, humilibus & beneuolis pro merito eius, quā habent fraternæ dilectionis: qđ minores fr̄es diligunt, & quantum sapiē vel sc̄ie perceperint, libenter student illis impertiri. Talem hunc angelum nomen ipsum ecclesie eius, i. Philadelphie fuisse ostendit. Philadelphiā namq; fraternæ dilectionis interpretat. Huic ergo scribens dicit: Hęc dicit sanctus & verus. Sanctus & verus, filius dei est, qđ semetipsum sanctificauit diligens nos quemadmodum dicit: Et pro eis ego sanctifico meipsum. Iam quidem spūs sanctorum erat, sed in passione pro nobis erat, quod seipsum sanctificabat, id est, sanctum sacrificium se offerebat. Hoc fecit deus in dilectione fraternæ, quemadmodum & supra, vt nos angelos Philadelphie, id est, nuntios siue imitatores dilectionis fraternæ faceret, ipse dixerat: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ait ergo: Hęc dicit sanctus. Quod autem ait & verus, nihilominus ad præsentem causam attinet, vbi dilectio fraternæ dono amplioris intelligentiæ remuneratur. In hoc em̄ verum, & vera se locutum fuisse comprobatur, exempli gratia, dicendo in illa euangelica parabola de seruis, quibus homo paterfamilias pecuniam suam ad lucrandum commiserat: Dico autem vobis, qđ omni habenti dabitur, ab eo qui non habet, & quod habet auferetur: Igitur & sanctus, & verus est, & de semetipso protinus dicit: Qui habet clauem Dauid. Poterat sic dicere: Qui habet clauem omnium prophetarum, & ad eorum intelligentiam, quos vult intrimit, sed voluit vnum pro omnibus ponere, qđ primo in ordine prophetarū filij sui, filij dei mysteria gestis præsignauit, calamo scripsit, psalterio cecinit. Tanta quippe sunt in factis & dictis eius sacramenta prophetica, vt cuiuscunq; hæc referata fuerint, à ceterorum sensibus prophetarū exclusus esse non possit. Sufficiens ergo ad causam siue intentionem dictio hæc est, qđ habet clauem Dauid, in qua & splendida nois autoritas est, scđm generationē Iesu Christi filij Dauid, qđ post legē primus prophetiam scripturam edidit, omnis propheticus sermo potest & debet subintelligi. Quæ autem est illa clauis, nisi gratia spūs sancti? Ipse namq; illuminatio cordis, ipse est declaratio sermonum dei, quæ illuminat & intellectu dat paruulis. Vnde Apostolus: Nobis autem (inquit) reuelauit deus per spm̄ suum, quia spiritus omnia scrutatur, etiam profunda dei. Potentiam siue efficaciam clauis huius commendans, continuo subiungit: Qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Hoc & indubitanter scire oportet, & hoc sciendo humiliter timendū est. Nā vere cui clauiger iste p spm̄ intelligentiæ veritatē dei, quæ sacris scripturis continet aperit: nemo illum claudit, siue concludit mēdacijs, & falsarū argumentationum artificijs. Semper em̄ habēs ostiū apertū intus recurrit, & parata scripturæ testimonia corripicent, velut sagittarius bonus certa in hostē tela dirigit. Ecce contra cuiuscunq; clauerit, vt verba veritatis intelligere nō possit, qđ cū facit vtiq; iusto iudicio facit, verbi gr̄a, ne margaritas proiectas ante

ante se conculcent porci, nemo est qđ intelligere possit, quantumlibet clamando & docendo strepitū facit deforis. Quid iste sanctus, iste verus dicit angelo huic Philadelphie, id est, dilectionē fraternā habentis. Scio opera tua. Quæ vel qualia eius opera sciat mox dicturus est, & nondū dicit, properanti alacritate prius ostendens de præmio aliquid. Ait em̄: Ecce dedi ostiū apertū coram te. Hoc em̄ est præmiū dilectionis fraternæ, ostiū corā se apertum habere, clauis Dauid referante, spū sancto reuelante. Mox opera illa subiungit cū dicit: Qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Scio opa tua. Ecce dedi ostiū apertum coram te, quod nemo potest claudere. Huic angelo filius dei suos affectus largius effundit, & spūs qđ hoc loco audiēdus est ecclesis, spūs intellectus est, qđ sursum in ordine scribitur post spm̄ consilij. Huius spūs proprium opus est, sanctarum scripturarum mysteria, prout vult, aperire: & ea quæ sapientibus & prudentibus abscondita sunt, paruulis reuelare, plerunq; sine hominis magisterio, quomodo prophetas omnes & sanctos apostolos, qđ homines fuerant sine literis, & idiotæ priusquam datus hic spūs, glorificato Iesu, illustrasset eos. Hoc vsque hodie prout vult agere non desinit, reuelans abscondita paruulis, vt iam dictum est, id est, humilibus & beneuolis pro merito eius, quā habent fraternæ dilectionis: qđ minores fr̄es diligunt, & quantum sapiē vel sc̄ie perceperint, libenter student illis impertiri. Talem hunc angelum nomen ipsum ecclesie eius, i. Philadelphie fuisse ostendit. Philadelphiā namq; fraternæ dilectionis interpretat. Huic ergo scribens dicit: Hęc dicit sanctus & verus. Sanctus & verus, filius dei est, qđ semetipsum sanctificauit diligens nos quemadmodum dicit: Et pro eis ego sanctifico meipsum. Iam quidem spūs sanctorum erat, sed in passione pro nobis erat, quod seipsum sanctificabat, id est, sanctum sacrificium se offerebat. Hoc fecit deus in dilectione fraternæ, quemadmodum & supra, vt nos angelos Philadelphie, id est, nuntios siue imitatores dilectionis fraternæ faceret, ipse dixerat: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ait ergo: Hęc dicit sanctus. Quod autem ait & verus, nihilominus ad præsentem causam attinet, vbi dilectio fraternæ dono amplioris intelligentiæ remuneratur. In hoc em̄ verum, & vera se locutum fuisse comprobatur, exempli gratia, dicendo in illa euangelica parabola de seruis, quibus homo paterfamilias pecuniam suam ad lucrandum commiserat: Dico autem vobis, qđ omni habenti dabitur, ab eo qui non habet, & quod habet auferetur: Igitur & sanctus, & verus est, & de semetipso protinus dicit: Qui habet clauem Dauid. Poterat sic dicere: Qui habet clauem omnium prophetarum, & ad eorum intelligentiam, quos vult intrimit, sed voluit vnum pro omnibus ponere, qđ primo in ordine prophetarū filij sui, filij dei mysteria gestis præsignauit, calamo scripsit, psalterio cecinit. Tanta quippe sunt in factis & dictis eius sacramenta prophetica, vt cuiuscunq; hæc referata fuerint, à ceterorum sensibus prophetarū exclusus esse non possit. Sufficiens ergo ad causam siue intentionem dictio hæc est, qđ habet clauem Dauid, in qua & splendida nois autoritas est, scđm generationē Iesu Christi filij Dauid, qđ post legē primus prophetiam scripturam edidit, omnis propheticus sermo potest & debet subintelligi. Quæ autem est illa clauis, nisi gratia spūs sancti? Ipse namq; illuminatio cordis, ipse est declaratio sermonum dei, quæ illuminat & intellectu dat paruulis. Vnde Apostolus: Nobis autem (inquit) reuelauit deus per spm̄ suum, quia spiritus omnia scrutatur, etiam profunda dei. Potentiam siue efficaciam clauis huius commendans, continuo subiungit: Qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Hoc & indubitanter scire oportet, & hoc sciendo humiliter timendū est. Nā vere cui clauiger iste p spm̄ intelligentiæ veritatē dei, quæ sacris scripturis continet aperit: nemo illum claudit, siue concludit mēdacijs, & falsarū argumentationum artificijs. Semper em̄ habēs ostiū apertū intus recurrit, & parata scripturæ testimonia corripicent, velut sagittarius bonus certa in hostē tela dirigit. Ecce contra cuiuscunq; clauerit, vt verba veritatis intelligere nō possit, qđ cū facit vtiq; iusto iudicio facit, verbi gr̄a, ne margaritas proiectas ante

Math. 23
Lucæ 19

Iohan. 18

Titū 6

Esa. 18
Math. 13

Iohan 7

Iohan 8

Hierem. 1

1. Cor. 14

1. Petri. 3

Psal. 103
Acto. 14
caput

caput tuum in fine dignum corona fore scit, tu tamen nescis. Qui vicerit, faciam illū columnam in templo dei mei, & foras non egredietur amplius, & scribam super eum nomen dei mei, & nomē civitatis dei mei novae Hierusalē, quae descendit de caelo à deo meo, & nomē meum novū. In isto gradu vincere, est praevincere fraternā dilectionis inextinguibili lampade ostiū apertū semp habere, nunquam concludi, aut haereticorū cassibus irretiri posse, & quicquid per istud ostiū inuenerit, ad aliorum aedificationem proferre, atque ab hoc dilectionis studio pronullis aduersitatibus aut obreccationibus inuidētium desistere. Quis vicerit, faciam (inquit) illum columnam in templo dei mei. Digna & congrua remuneratio videris huiusmodi, ut gratiam hanc habens, scripsit aut docuit, unde fides ecclesiae roboraretur, columna sit in templo dei. Et foras (inquit) non egredietur amplius. Ac si dicat: Quandiu quidem in ostio est quod dedi apertum coram eo, sollicitus sit ne labatur: at ubi per remunerationem intus tanquam columna fuerit stabilis, non erit cur timeat, quia foras non egredietur amplius, nec tentatione turbabit pes eius. Quale autem est nomen dei & nomē civitatis eius, quod super eum scripturum fore pollicetur? Profecto quia filius loquitur, dicens, scribam nomen dei mei, videlicet secundum habitum hominis, iuxta quem deus noster, deus illius est nomen hoc dei recte pater intelligitur, quod fideliter in confessione diuinitatis illa persona à nobis inuocatur. Porro, nomen civitatis eius Hierusalem, est mater, Apostolo quoque attestante, cum dicit: Illa autem quae sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater omnium nostrum. Unde probare possumus, quod super istum scribat hoc nomen, quod est pater, & illud, quod est mater. In euangelio cum dixisset ei quidem loquenti ad turbas, ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te, quæ est (inquit) mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicquid enim fecerit voluntatē patris mei qui in caelis est, ipse meus & frater, & foror, & mater est. Quod si & hoc illi dictum fuisset, aut veraciter dici potuisset, praesente Ioseph qui pater eius dicitur est, ecce pater tuus & mater tua foris stant, eodē veritatis sensu rīdere potuisset, ille meus & pater, & mater est, qui facit voluntatem patris mei, qui in caelis est. In interiori namque homine ubi generatio Christi spiritaliter computat, neque maculus, neque formina est. Denique euangelica Christi generatio tota spiritalis est, & secundum spiritum David quoque pater Christi est, videlicet quia verbum dei, quod est Christus, corde credens & ore deprompsit, & scriptis tradidit, primus propheta, clarissimus patriarcha. Alioquin nisi per fidem Christi pater fuisset frustra secundum carnem antecessor eiusdem extitisset. Unde Ochozias, Ioas, atque Amasias, qui eiusdem Christi, eiusdem verbi dei praecones prophetae persecuti sunt, & occiderunt in illa generatione computati non sunt. Igitur cum de isto qui in hoc vincit, ut intellectum habes, adiuerit atque cooperet, quatenus crescat & proficiat verbum dei, ita dicit: Et scribam super eum nomē dei mei, & nomē civitatis dei mei novae Hierusalē, idem est, ac si diceret: ille pater meus ac mater mea dicitur & erit, & hoc nomen aeternum hæreditabit. Novae Hierusalem propter novam vitam dicitur, quae veterem hominem exiit, & novam induit. Descendisse quoque illam de caelo laudabiliter asserit, quia vix conversatio eius in caelis est propter fraternam dilectionem, ex qua iste angelus Philadelphiae collaudatur, descendit, id est paruulis descendit. Exempli gratia: Paulus usque ad tertium caelum raptus est, & ibi audiuit arcana verba quae non licet homini loqui, sed propter infirmos descendit, cum idem dicit: Vir uxori debitum reddat, & vxor viro. Sunt huiusmodi descensus innumeri, sed hoc vnum satis pro exemplo est, ad rem attinens vel causam huius angeli, cuius laus vel meritum est opus dilectionis. Postremo addit, & nomen meum novum. Nomen personae quae hæc dicit filius dei est. Hoc nomen sine dubio super istum qui vincit ipse scribit, omnes enim dilecti dicuntur, & sunt filii dei. Porro, quod ait, scribam, id est apparere faciam. Nam nunc quod est filii dei sumus (ait is ipse qui hæc iubete filio dei scribit Iohannes apostolus) sed nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ergo scribere quo possit legi nomen cuiusque filiorum dei, manifestare est, ut merita singulorum sciantur & videantur ab vniuersis. Et hoc nomen, scilicet filii dei, cunctis super scribetur electis quamuis ubi vel in quo plus nunc est fraternae dilectionis, maior etiam in eo debeat apparere splendor huius nominis. Illud autem nomen dei, quod est pater, siue illud nomē civitatis eius novae Hierusalem, quod est mater, super illos scribendum est, qui quasi in plenam profectam aetatem fidei valuerunt & studuerunt per dilectionem propagare verbum dei. Qui habet aures audiat, quod spiritus dicat ecclesiis. Hoc loco audire, excitari est ad studium verbi dei, appropinquare pedibus eius, ut bibat de doctrina illius, sedere cum Maria ad pedes domini, subiectamque animam applicare ad audienda verba oris eius, & omnia sua dare ut possit comparare vnam pretiosam margaritam gratia illius, quatenus intellectuali oculo veritatem perspicere, & bene instructus, ad alios quoque instruendos efficiat idoneus, scripturam tantum nominis, quam hic sanctus & verus pollicetur, aeterna hæreditate habiturus. Et angelo Laodice

Galat. 4
 Matth. 12
 Coloss. 2
 Ephes. 4
 Philip. 3
 1. Cor. 12
 1. Cor. 7
 I. Iohan. 3
 Luc. 10
 Matth. 13

Laodiceae ecclesiae scribe. Hæc dicit, amen testis fidelis & verus: qui est principium creaturæ dei. Scio opera tua, quia neque frigidus es neque calidus. Hic iam ultimo, id est septimo loco, loquitur in teste fidelis & vero, is qui sursum ultimus, id est septimus est sapientiae spiritus, operariū suum ad verum vocans sabbathismum: ut, scilicet in humilitate requiescat, nec saltem vno verbo aut cogitatione superflua fatigetur, magnificando vel sibi tribuendo opera sua. Quid enim à seipso habet, nisi mala omnia: & à quo nisi à deo habet omnia quaecumque habet bona? Ad hoc peruidendum hortatur angelum istum dicendo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus: & deinde subiiciendo: & collyrio inunge oculos tuos ut videas. Nonnulla quippe bona in illo vel per illum deus operatus fuerat, unde diceret: quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo. Huic tale nomen Laodiceae congruit. Interpretatur enim tribus amabilis domino: videlicet propter opera bona quae fecerat deus cum illo. Interpretatur etiam, quod fuerunt in vomitu. Hæc quoque interpretatio congruit illi pro eo, quod gloriabatur sibi in eorumdem operum bonorum diuitijs: ut merito diceretur illi, incipiam te euomere ex ore meo. Itaque & nos quid hic spiritus septimus loquatur audiamus: & audientes ad humilitatis & sapientiae requiem proficiamus. Ait enim: Hæc dicit, amen testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ dei. Amen, id est verax, siue ipsa veritas. Hoc ipsum sequentibus verbis exponitur. Sequitur enim: Testis fidelis & verus. Quo pertinuit talis descriptio hæc & sequentia dicentis: Eo videlicet, ut quisquis bonorum sibi est conscius operum, velur iste Laodiceae angelus, sciat & recogitet quod non sibi opus sit testificari ante tempus de se merito, quod diues sit, & locupletatus, imo nec ad se pertineat huiusmodi testimonium, sed ad illum, qui & testis & iudex omnium est constitutus, & in tempore suo est reuelandus. Illi relinquendum esse sciat bonorum actuum omne testimonium & iudicium, & de malis tamen testificetur contra se, & accuset seipsum. Ideo dicit: Hæc dicit, amen testis fidelis & verus. Amen, id est veritas, quia falli vel quippiam ignorare non potest. Testis fidelis, quia mentiri non nouit, ut dicat bonum malum, & malum bonum. Verus, quia reddet vnicuique secundum opera sua. Quo inde pertinuit ut adderet, qui est principium creaturæ dei: Quid enim hoc loquitur? Quod est creatura dei? Vtque nouus homo siue regeneratio & re creatio hominis, bene operando in nouitate vitæ ambulantis. Nam hinc est quod apostolus dicit: Donum enim dei est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis quae preparauit deus ut in illis ambularem. Quod hic ait in Christo Iesu, id est renouati per fidem Iesu Christi, ipsa est creatura de qua & alibi dicit: Nam expectatio creaturæ, reuelationem dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriae filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Quo ergo pertinuit ut diceretur angelo huic, de isto teste fidei & vero, quod ipse sit principium creaturæ dei, nisi ut sciret totam recreationem sui, & quicquid sanctæ nouitatis habebat vel habere sibi videbat, non sibi attribuere, sed illi: Ille namque homo nouus & sanctæ nouitatis est princeps, & ab ipso principium & finis, siue consummatio huius creationis est, quia nunc viuimus, quia de morte ad vitam transiimus, quia de filiis iræ in filios gratiæ translati sumus, & ab operibus mortis emundati deo viuenti seruiuimus. Quid ergo dicit? Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Vtinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis quod diues sum, & locupletatus & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis. Talia ego opera tua scio, taliter ego de illis iudico. Neque frigidus es, in eo quod à bono opere torpeas, neque calidus, in eo quod gratiarum actionem deo referas, quod facere debueras, veruntamen non ut ille pharisæus, qui se iustificans publicano derogabat, sed ut Psalmista, qui operantem in se dominum humiliter laudans, non nobis, inquit, domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Vtinam frigidus esses aut calidus. Hoc exempli gratia, superbæ virgini congrue dici potest. Vtinam frigida aut calida esses, id est vtinam corrupta esses corpore, aut cum virginitate corporis oleum quoque haberes charitatis. Leuioris namque culpæ esset corruptam esse corpore, & perinde humiliari, quam integram esse corpore, & pro conscientia integritatis inflari. Incipiam te ergo euomere ex ore meo, propter teporem elationis, videlicet, ad modum aquæ tepidæ, quæ propter saporem incommo dum, nauseante bibentis stomacho, non valet contineri. Hoc iccirco faciam, quia talis es, quia considerans opera tua, existimas te esse aliquid, arbitraris quod diues sis, & locupletatus, & nullius egeas, quemadmodum illi de quibus apostolus dicebat: Iam saturati estis, iam diuites facti estis. Sine nobis regnatis, & vtinam regnetis. Hoc dicens nescis id quod verum est, quia tu es miser, & miserabilis, in multis egens misericordia dei, & pauper, quia & nihil habes quod non acciperis, & adhuc plurima desunt tibi, quia cæcus, quia, ut cætera taceam, necdum facie ad faciem deum vides: nudus, quia fragili & lubrico corpore circumdatus es. Quare deo tibi à me emere aurum probatum, ignitum, ut locuples fias, & vestimentis albis induaris, & non

Idem.
 Ephes. 2
 Lucæ. 18
 Plal. 113.
 1. Cor. 4

Coloss. 2.
Galat. 1.
Psalm. 31.

apparet nuditas confusionis tuæ. Hoc tibi scire expedit, quia diues ego sum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, tu autem pauper es. Si stud scis, eme à me aurum sapientiæ, aurum ignitum, aurum probatum: ignitum ex charitate, probatum ex fide per charitatem operante. Istud eme pretio piæ confessionis, & iugi memoria propriæ fragilitatis, semper memorando quid ex te sis, quod ex deo acceperis. Vt locuples fias, id addatur tibi gratia, & vestimentis albis induaris, non ex operibus tuis, sed ex eadem gratia largitionis, quemadmodum Psalmista dicit: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Ita fiet vt non appareat confusio nuditatis tuæ, quod nonnullis euenit, dum propter elationem mentis inciderunt in tentationem, & confusibilem corruptionem carnis. Et collyrio inunge oculos tuos vt videas. Collyrium quo oculorum vitia purgantur, humilitatis suauitatem significat, quæ pauertatem tuam videas, & veras diuitias bonitatis dei cognoscas. Ego quos amo, arguo & castigo. Ac si dicat: Ea quæ tibi loquor arguens & corripiens te, velut amanti gratiam atq; benevolentiam suscipe. Non enim est hic mos sapientiæ, vt eum quem diligit filium, punitat iuueniliter extolli & euanescere, sed & amat & castigat, & laiciuitem reuerberat, & quæ infantem lactauit, eundem nimis verbosum & inconsultum verberat, virga percutit. Itaque dum castigo, dum quasi clauis in altum defixis compungo, profecto verius amo. Aemulare ergo & penitentiam age. Aemulare, id est, amantem amando castigantem, tu amando bono seruore animi imitare, & qui tepidus eras, per hanc emulationem incalesce, & de eo quod amanti haecenus ingratus fuisti, non reddita amoris vicissitudine, penitentiam age. Haecenus supercilium decussit quasi diuitis & locupletis, quid sibi vane videtur abscondere operibus bonis, nunc ab eodem vel à quocumque diuite eiusmodi fatis amabiliter exposcit, vt operum suorum gloriam sibi deo vel dei filio communicet omnia tribuente, vt, si gloriatur in deo, vel deum in se faciat gloriari, & sanctum glorificet in omnibus operibus suis. Ecce sto, inquit, ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, introibo ad illum, & cenabo cum illo. Et est sensus: Illud quod haecenus corripiens te dixi, simile est stanti ad ostium cuiuspiam diuitis & pulsanti, quatenus admissus hospitio cenet cum illo de operibus introitus repositis. Si admissus fuerit, celebratur conuiuium charitatis, quia minus quam inter duos charitas haberi non potest. Ita enim tu qui dicis quod diues es, in conscientia bona gloriaris, sed ecce sto & pulso ad ostium pectoris tui, admittite me, & habeto participem siue socium gloriæ tuæ: vt non solus, sed mecum glorieris: omnino non in te, sed in me diuitem te factum glorieris. Si hoc modo vel tu vel quispiam audiens vocem aperuerit mihi ianuam, cuncta quæ gessit bona referendo ad dei gloriam, introibo ad illum, & in pectore eius tanquam in domo amici habebō fiduciam, & nunc quidem cenabo, id est, delectabor cum illo de bonis conscientiæ eius, ipse autem in futuro mecum bonis meis perfruetur. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedeo cum patre meo in throno eius. In isto gradu vincere, est per maturitatem sapientiæ, cunctam iactantiæ & inanis gloriæ leuitatē procul abigere, & cum ipse magnus alijs videatur, paruulum in oculis suis esse, iuxta quod eadē sapientia dicit: Quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Humilitas enim, à cuius societate sapientia nunquam defuit, in cælum volare consuevit. Qui autem vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, non vt exquetur diuinitati, sed vt consocietur æternitati. Sicut & ego vici, inquit. Quomodo is qui hæc loquitur Christus, vicit: nisi per inestimabilem magnitudinem suæ humilitatis & charitatis. Cum enim in forma dei esset, noluit solus in illa forma gloriari, sed voluit homines, qui, peccante primo homine, facti fuerant inglorij, gloriæ suæ participes fieri. Idcirco semetipsum exinanivit formam serui accipiens, idcirco humiliavit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē, mortem autem crucis. Summa hæc humilitatis & sapientiæ victoria est, quæ primi hominis superbiam atq; stultitiam destruxit. Vici ego, inquit, & propter hoc sedi cum patre meo in throno eius. Nam propter hoc deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, dixitq; illi, sede à dextris meis. Hoc eius exemplum velle imitari, audire est quid hic spiritus sapientiæ dicat ecclesijs. Reuera qui hæc audiuit auribus illis, quæ iam septies hic requisitæ sunt de homine interiori, non solum non gloriarur in factis suis quantumlibet bonis & multis, verum etiam cruciatur laudibus suis, delectatur contumelijs. Sapit enim illi quod de iam dicto victore & omnium vincetium principe propheta dixit: Dabit percutienti mactillam, faturabitur obprobrijs.

SECUNDI LIBRI FINIS.

PRO-



VI HABET AVRES audiuit à septem spiritibus dei, quid ipsorum quisque dicat vel dixerit ecclesijs, deinceps audiendum est, quid & qualiter eorundem quisque in Christo vel per Christum operatus, & adhuc operaturus sit. Cuius enim dicta secundum septem spiritus, à spiritu timoris ad spiritum sapientiæ proficiscendo per ordinem scrutati sumus, eiusdem filij dei facta mirabilia figuris vel imaginibus mysticis signata, septemque perichis distincta secundum eosdem spiritus, sed ordine conuerso nunc aperire, ipso adiuuante conabimur. Nam à spiritu sapientiæ incipientes per ordinem ad spiritum timoris perueniemus, quod videlicet ordo super eum Christum in propheta est præscriptus, ubi super florem requiescet spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Denique ubi ecclesijs proponitur ascensus, vt superius diximus, ordo iste conuertitur, quod descendenti ad nos domino est dispositus, quemadmodum Psalmista dicit: Initiū sapientiæ timor domini. Nec vero coacta est expositio, vt secundum hunc ordinem spirituum, ista sacramentorum scriptura digesta dicatur, vltro enim in plerisque per facta imaginaria ostendit sese prietas cuiusque spiritus. Quod vt breui indicio pateat, post ordinatissimam dei sedem positam in cælo, cuius in dispositione recte spiritus sapientiæ predicabitur, librum septem sigillis signatum aperit agnus, soluens signacula eius, & illud manifeste opus laudabile est spiritus intellectus qui est in ordine secundus. Deinde magni consilij angelus stans iuxta aram templi conspiciatur, & mysticis septem tubarum cantibus, mysterium dei consumatur, quod ad spiritum consilij pertinere non dubitamus. Quarto loco draco magnus & rufus habens capita septem, mulierem impugnat. Michaelæ præliante & angelis eius, draco cum angelis suis in terram proiectur, & illic sine dubio spiritus fortitudinis, qui quartus est, commendatur. Quinto loco spiritus scientiæ in septem angelorum phyalis. Sexto loco in sanguine martyrum Iesu, quo mulier ebria ostenditur, laus est pietatis. Septimo autem in adueniente hora iudicij dei, quando à terra, à mari, & ab inferno omnes redduntur mortui, sine dubio totum spectat ad timoris spiritum. Deinde finis ubi ornata ostenditur Hierusalem, vxor agni, ciuitas dei. Quid pulchrius hoc spectaculo, mirabilius dei, o vos quicumque spectatores dei adestis? Aperiat iam nobis ipse qui habet clauem David sanctus & verus, vt sanctitatem & veritatem istam claris oculis absque caligine intueamur.

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIORVM LIBER III.



OST HAEC VIDI, & ecce ostium apertum in cælo. Ivi di cum dicit, & hoc in loco & in cæteris, recte beatitudinis eius commemoratur, qua vere beatissimus est inter eos quibus veritas aiti. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Gloria namque quam viderat cum cæteris, gloria verbi incarnati, de qua dicit, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, cuius rem viderat cum cæteris gloriosa videlicet signa, & præ cæteris eo tempore quo clausa erat terra, & exulabat propter verbum dei, apertum est ei cælum, et per latitudinem eius ad videnda hæc libero spiritu incessit. Et ecce, inquit, ostium apertum in cælo. Cælum hic cælestem vitam significat, ad quam nuper resurgendo Christus à mortuis vniversam ecclesiam suscitauerat confurgentem secum, resurrectione prima. Quid est autem hoc ostium, nisi ipse qui dicit, ego sum ostium? Denique tunc vt cæli terrigenis introeuntibus pateret, hoc ostium apertum est, quia Christus passus, & latus eius lancea militis patefactum est. Extunc enim regnum dei intra nos est, destructo videlicet regno peccati, quod eatenus regnabat in mundo. Illa tali apertione huius ostij, scripturarum quoque arcana patuerunt, quas nimirum spiritualiter intelligere, & secundum eas viuere, regnare iam est in regno dei, & conuersationem habere in cælis. Igitur vidi, inquit, ostium apertum in cælo, id est, quod sciebam in re, vidi in imagine, scilicet regni cælorum ianuam Christum esse: ianuam patefactam hominibus, ab ipsius passione. Et vox prima quam audiui tanquam

D 2

quam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri cito post hæc. J. Vox hæc prima ipsius est, cuius & illa fuit quam superius audiuit dicentis, qd vides scribe. Idcirco non absolute dixit, & vox quam audiui, sed vox prima quam audiui. Cæterum verbis aut sensu non eadem quæ prima fuit. Tunc enim dictum est: quod vides, scribe, nunc autem dicitur ei, ascende huc. Et hic & illic tanquam vox tubæ fuit, quæ videlicet nihil in occulto, sed palam loquendo intendit, hæc vel illa dicit aut ostendit Græcis & Barbaris, sapientibus atq; insipientibus, palam est euangelizandum, Nō enim est cur quisq; erubescat euangelium. Virtus enim dei est, & quicquid loquitur, forte, pulchrum, atq; honestum, rōnabile & verum, atq; ad salutem hominis omnino necessarium est. Quod dixit, ascende huc, ad quod dixerit, vel illuc ascendere quid sit, ex eo intelligitur qd ipse Iohannes ait: L. Statim fui in spiritu. Ergo ascendere illuc est in spiritu excedere omnes sensus carnis, atq; spiritalia videre, oculis spiritalibus. Et ipse q; ascendo dixit, eundem ascensum dicendo effecit, quia statim fui in spiritu, inquit. At idem superius, fui, inquit, in spiritu domini dic. ¶ Quomodo ergo nūc iterum dicit, statim fui in spiritu, quasi non & ante istam vocem, vel antequam videret ostium apertū in cælo, non fuisset in spiritu, nisi quia non vna visione cuncta hæc vidit quæ in hoc libro continentur? Sed rursus queri potest, quomodo postquam vidit ostium apertum in cælo, tunc demum audita voce statim fuit in spiritu, cum ipsum quod vidit ostium videri nō potuerit nisi in spiritu. Neq; enim ita cælum ut structura manifesta ostiis compactum est, & feris ac vectibus. Itaq; sic dictum recte statim intelligitur, fui in spiritu, ac si diceret, statim intellexi spiritali sensu ea, quæ mihi per imagines ostendebantur, vt ad intellectum pertinerem non dubitemus quod ait illa vox, & ostendam tibi quæ oportet fieri cito post hæc. Neq; enim vt quidā hæretici dixerunt, sic fiebant huiusmodi prophetice visiones, vt non intelligerent ipsi prophetæ quid rerum aut sensuum continerēt illæ ipsoꝝ visiones. Proinde nō opus erat, vt quemadmodum superius dixerat, scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc, ita & hic diceret ei, & ostendam tibi quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Nam ea quæ viderat, & quæ tunc erant, sciebat: quia & præterita cum domino vsq; ad finem eius ambulans, viderat: & præsentem ecclesiæ statum tūc videbat, futura autem necdum sciebat. Recte ergo de futuris tantum instruens, ostendam, inquit, tibi quæ oportet fieri cito post hæc. Attamen eorum quæ viderat, vel quæ præterierant, non tam sibi quam nobis instruendis, multas & valde mysticas vidit imagines. L. Et ecce sedes posita erat in cælo & supra sedem sedens. J. Aperto ostio sedes posita conspicitur in cælo, quæ passio Christo, regnū dei positum siue dispositum est, vt sedeat deus in illo, principe huius mundi foras misso. Hæc namq; sedes est ecclesia, sedes extunc parata, in qua deus sedet & regnat. Vnde Psalmista cū dixisset, dñs regnavit decorem indutus est, indutus est dñs fortitudinem, & præcinxit se, continuo subiunxit: Parata sedes tua extunc, à seculo tu es. Vbi enim indutus dñs decorem & fortitudinem regnavit. I. virgineam assumens carnem, & mortem resurgendo vincens vt regnaret super nos, ipse iustitia & vita nostra regnum destruxit peccati & mortis, extunc sedes eius parata, extunc sedes, i. ecclesia, in cælo posita est. Quo posita in cælo? Trāsata videlicet de inferno patriarcharum & prophetarum ecclesia, electorumq; omnium quicunq; fuerunt à iusto Abel vsq; ad vltimum q; tunc migravit à seculo, collo cata erat in cælo, fruebatur paratissimo, faciemq; dei videbat pariete inimicitiarum dissoluto. Sed & ipsa quæ adhuc exulabat siue nunc exulat per corpus in mundo ecclesia, siue illius ecclesiæ pars, iam per conuersationem & per celestium amorem posita erat in cælo. ¶ Supra sedem sedens, deus & pater est: nā persona filij agnus est, q; vt in sequentibus narrat, librum accepit de dextera sedentis. Nec vero in habitu sedentis, i. regnantis dei patris, deest honor & gloria filij, quippe q; sedem illā seculo p humanitatem suam parauit vni deo, patri & filio & spiritui sancto. Parauit enim, & vsq; in finem parare siue adquire non desinit regnum deo & patri, cuius videlicet acquisitionis summum atq; extremū erit dies iudicij, in quo filius in forma hoīs omnibus apparebit sedens in sede maiestatis. Vnde Apłs dicit: Deinde finis, cum tradiderit regnum deo & patri. Cum, inquit, regnum deo & patri tradiderit, i. cum credentes ad contemplationem dei & patris perduxerit. L. Et q; sedebat similis erat aspectu lapidis Iaspidis & Sardij. J. Iaspis aquaticus, Sardius ignei coloris est. Qui ergo sedebat similis erat aspectu Iaspidis & Sardij, quæ videlicet deus iudicij dñs, & olim mundū per aquā iudicauit, idemq; tandē per ignem iudicabit. Proinde coloribꝝ illis, videlicet aquatico & igneo dñs esse similis, quia nimirum & ex iudicio quod factum est per aquā, & ex iudicio qd faciendū est per ignē, deus q; nobis in sua substantia est inuisibilis, cognoscit q; fortis atq; zelotes sit. Inter vtrunq; iudicium mīa processit, dñs diluuiū mundo induxit, & mundū per ignem iudicabit, pœnitentiā interim & remissionē peccatorū euangelizare non desinit, & accedentes p fidem à sua grā non repellit. Vnde continuo subiungit: L. Et iris erat in circuitu sedis, similis visioni Smaragdinæ. J. Iris quippe propitiationis est signum, dicente dño ad Noe: Pōnā arcum meum in nubibus cæli, & recordabor fœderis

Supra. i.
Roma. i.
Supra. i.
Iohan. 12
Psalm. 92
2. Timor. 1
Hebr. 2.
Eph. 2.
1. Cor. 15.
Exod. 20
Gen. 9.

fœderis mei qd pepigit tecum. Iris ergo in circuitu sedis, mīa est cunctis eam quærentibus præparata in aduentu redemptoris, quæ vsq; per circuitum mundi cum magno euangelicę p̄dicationis præonio iudicium præcurrit. Veruntū sicut nec illud iudicium per aquam sine mīa fuit, quæ octo animas in arca saluauit, nec illud iudicium per ignem sine mīa erit illis, q; propter sex misericordiæ opera quæ fecerunt, statuerunt à dextris, dicente regi: Esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c. ita nec iste de quo nūc loquimur aduentus mīe sine iudicio processit. Cum enim maximæ edificaretur misericordia per passionem Christi, nunc, inq; iudicij est mūdi. Sed & an eiusdē passionis articulum quodā loco dicit: In iudicium ego veni in hūc mundū, vt qui non vident, videant: & q; vident, cæci fiant. Cum ergo & illic misericordia cum iudicio concurreret, octo animas saluauerit, vnde reformaretur orbis, & in futuro iudicio misericordia necessaria sit, vt quid nunc, quando in iudicium se venisse dicit, mīa sic describitur vt dicatur, & iris erat in circuitu sedis, quod, vt iam dictum est, signum est propitiationis? Videlicet ppter magnitudinē siue multitudinem misericordiæ, in qua nūc aduenit, quia sic iudicauit, sic fecit iudicium mundi, vt in ipsa iudicatione tota intentione pœnitentiæ & remissionem peccatorum per suum sanguinem conderet misericors ipse & si delis pontifex, nostramq; naturam propter peccatum marcentem & arefactam sicut fœnum, ad immarcescibilem gloriæ statum resurgēdo reduceret. Vnde & cum dixisset, & iris erat in circuitu sedis, addidit, similis visioni Smaragdinæ. ¶ Smaragdus quippe nimis viriditatis est, adeo vt herbas virentes, frondesq; ac gemmas, & omnem circa se inficiat aerem sua viriditate repercussum. Iris ergo similis est visioni Smaragdinæ, quia mīa hæc senū nostrum in solidam reformabit pulchritudinem viriditatis æternæ. L. Et in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor, & super thronos vigintiquatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ. J. Sicut in sede regnum dei, sic in sedilibꝝ iudicariarum sanctorum intelligimus potestatem, quia scriptum est: Iudicabunt sancti nationes. Quare autem numero vigintiquatuor ostenduntur seniores in sedilibꝝ sedentes? Sup hoc diuersa patrum expositio est. Nam alij (quorum B. Hieronymus vnus & notissimus) libros p̄scæ legis vigintiquatuor hic per rotidē seniores figuratos intelligi volunt. Alij nōnulli ecclesiam per geminum testamentum de patriarchis & apłs generatam, in eisdem senioribus intelligunt, aut certe illos q; perfectionem operis, quæ senario numero commēdatur, clara euangelij p̄dicatione consummant. Nā quater seni vigintiquatuor faciunt. Nos autem & hunc & illum sensum non inutilem approbantes, nihilominus tamen de maiestate scripturarum certum aliquid proferre conemur. Sedes illa in cælo posita, quam, vt iā dictum est, intelligimus regnum dei, cuius in circuitu erāt hæc sedilia, extunc p̄ni cœpta est, ex quo regnum Israelitici populi Dauid, Christi secundum carnem pater obtinuit. Ille enim in typum eiusdem Christi futuri filij sui regnavit in populo dei. Et sicut futurum erat, vt de fructu peccati regno, regnaret ille iustitiæ rex, manu fortis & desiderabilis, sic factum est, vt abiecto regno Saul, quem propter superbiam deus proiecit, regnaret Dauid quasi tenerimus ligni vermiculus, humilis in oculis suis, q̄tenus recto ordine supernæ dignationis prior filio suo federet rex pater in pplo dei. Nam vt non dubitemꝝ ita esse, quod, i. illius patris & huius filij vna sedes sit, occurrit autoritas euangelica, cum ad Mariam Gabriel archangelus dicit: Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. ¶ Si ergo sedem illam in cælo positam dilatato sensu in tuamur in qua sedit Dauid, & post eum hic filius eius, statim apparet quæ sint sedilia vigintiquatuor in circuitu eius, vel qui seniores vigintiquatuor, & quomodo in circuitu eius. Nā post filium, cui dominus deus dedit sedem Dauid patris sui, successerunt duodecim iudices, & ante patrem illum, qui primus in illa sede sedit, electione dei, præfuerunt populo dei duo decim iudices. Primus Othoniel, filius Cenez, frater Caleb: secundus Aioth, filius Gera filij Iemini: tertius Sangar, filius Anath: quartus Barac, filius Abinoem de Cedus Neptalim: quintus Gedeon, filius Ioas: sextus Iair Galaadites: septimus Iephth Galaadites: octauꝝ Abeffan de Bethleem, nonus Ahialon Zabulonites: decimus Abdō filius Hellel Pharaonites: vndecimus Samson: duodecimus Samuel. Isti sedem illam, sedē vel regnū Dauid tempore p̄cedentes, quasi ab anteriori parte sedem in cælo positā circūsedent. Alij vero iudices, duodecim videlicet apłs, quibus dictū est, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duo decim tribus Israel, filio Dauid temporaliter succedentes, circum sedem illam quasi à parte posteriori, sedent. Sunt ergo in circuitu sedis sedilia XXIII, & super thronos XXIII, seniores. ¶ Et recte seniores dicti sunt, quia videlicet p maturitatē fidei suę pplm dei iuueniliter lasciuientem coercuerunt. Nam de illis anterioribus scriptum est: Suscitauitq; dominus iudices qui liberarent eos de vastantium manibus: sed nec illos audire voluerunt, fornicantes cum dñs alienis, & adorantes eos. Et subinde: Cumq; dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flebatur mīa, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium

Matth. 27
Iohan. 13
Iohan. 9.
Sap. 3
1. Cor. 3
1. Reg. 19
2. Reg. 23
Luc. 1.
Iudic. 2
Matth. 19
Iudic. 20

XLII. RVPERTI IN APOCALYPSIM CAP. III.

tium. Postq̄ aut̄ mortuus esset iudex, reuertebant, & multa maiora faciebant q̄ fecerant patres eorū, sequētes deos alienos, & seruiētes eis, & adorantes eos. Vere ergo seniores fuerunt & sunt, q̄rum venerabilis senectus nō diuturna, neq; numero annoꝝ, sed canis sensibus interioris hoīs computata, iuuenilis ppli fornicatiōes corrigebat, deumq; vt audiret afflictorum gemitus, sapienti interpellatione ad mīam flecebat, leccirco vestimētis albis, i. iucunditate æterna circumamicti sunt. ¶ Et coronæ aureæ in capitibus eorum, quia videlicet coronæ eius participes sunt, cuius & nomen hæreditauerunt, & officio functi sunt. Dicti sunt enim saluatores: quia populum dei ne periret saluauerunt. Exempli gratia. Et clamauerunt filij Israel ad dominum, qui suscitauit eis saluatorem, Othoniel videlicet filium Cenez. Aureæ coronæ pretiosam significant retributionem glorię sempiternæ. ¶ Porro de iudicibus posterioribus, i. de apostolis Christi, notum est quā vere seniores, i. sapiētes fuerint & sint: & quam vere vestimentis albis circū amicti sunt, & coronas aureas in capitibus acceperūt quia vicerunt mundum, superauerunt diabolū, liberauerūt captiuū mortis populum, & sempiternā vitā per Christi gratiam adquisierunt. Sequitur: L. & de throno procedebāt fulgura, & voces, & tonitrua. ¶ Postq̄ seniores nisi vel sedilia eorum disposita sunt circa thronum, fulgura, & voces, & tonitrua pcedunt, quia postquam apli iudices orbis constituti, officium p̄dicandi acceperunt, fulgura miraculoꝝ, voces p̄dicacionum, & tonitrua comminationum de futuro iudicio atq; gehennalibus malorū p̄cenis dare non desierunt. Hoc est qd̄ Marcus ait: Illi autem profecti p̄dicauerunt vbiq; dño cooperante & sermonem confirmanste, sequentibus signis. Hæc omnia, fulgura, i. voces ac tonitrua, de throno pcedunt ab eo qui sedet super thronū. Neq; enim fulgurare, voces dare, & tonitrua facere a semetipsis habuerunt, sed desursum acceperunt. Etenim omne datum optimum, & omne donū perfectum desursum est, descendens a patre luminum. ¶ Et septem lampades ardentes ante thronum, q̄ sunt septem spūs dei. ¶ Ante thronū septem spūs dei sunt. Ipsi enim illuminant septedictum regnum dei, ecclesiam dei. Illic quidem, i. in illa gloria ecclēstia sic illuminant, vt facie ad faciem videant claritatem dei, hic autem vbi ex parte peregrinatur adhuc in ecclēstia, sic eam illuminant, vt nondum quidem perfecte, sed quasi per speculum & in ænigmate videat, & quod satis sit ad declarandos errores, cognoscat veritatem dei, iuxta promissum dicentis: Cum aut̄ venerit ille spūs veritatis, docebit vos omnem veritatem. Ex quo enim is q̄ hæc in passione sua loquebatur resurrexit, & in cœlū ascendit, ex eo lampadū istarū splendor mūdo latius emicuit. Lucent autem septem lampades istæ ex vno candelabro, septem spiritus isti ex vno eodemq; Christo, & lumen eorū quinquagesimo die post resurrectionem eiꝰ super discipulos eius in linguis igneis apparuit. Prima lampas spiritus sapientiæ est. Secūda spūs intellectus, & deinde per ordinem cæteri spūs, sicut in propheta dispositi legunt, super vnū florem resercentes, hoc loco lampades dicunt iuxta prophetam aliū, super vnū candelabrum lucentes. ¶ Et in conspectu sedis tanq̄ mare vitreū, simile crytallo. ¶ Ad quid mare in conspectu sedis? Ad hoc videlicet, vt q̄ vult ascendere in illam sedem dei, introire in illud regnum dei, ingrediā licet transeat mare, & illuminet splēdido p̄dicatæ lampadæ lumine. Chri nāq; baptismus mare dī, videlicet pro similitudine notissima maris rubri, p̄ qd̄ ppli dei ab Aegyptiaca seruitute liberatus, imolato agno transiit, submerso Pharaone cū curribus & equis vel eq̄tibus suis. Mare ergo in conspectu erat sedis, q̄a baptismi sacramentum in ipsa conditum est positione sedis, dum per mortem Christi pararet regnum dei, q̄ lanceato latere eius, exiuit sanguis & aqua. Ex eo nāq; origo baptismi, mox ab eodem resurgente, data est regula baptizandi. Ait enim: Euntes docete omnes gentes, baptizantes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ibi, scilicet in conspectu sedis, mare, & ibi lampades, quia nimirū vbi Christus passus est, vt foras misso mundi principe, deus regnaret, ibi & extunc baptismus, & ibi peccatorum remissio atq; gratiarum spiritus sancti diuisiones. Erat autem mare hoc vitreum, quia videlicet baptismus purum est ac lucidum, puram ac simplicem exigens confessionem peccatorum, & vt qui accedit, non aliud corde credat, & aliud confiteatur, sicut vitrum non aliud continet intus quā quod foris perspicit, non aliud foris simulat quā quod continet intꝰ. Et si homines latet, quemadmodum latuit Simon ille Magus, spiritum sanctum, cuius lumine mare hoc vitreum translucet, latere non potest. Vnde scriptum est: Sanctus enim spūs disciplinæ effugiet fictum, & non liberabit maledictum a labijs suis, quoniam renū illius testis est deus, & cordis eius scrutator est verus, & linguæ illius auditor. Et ostendens quod nullus eum confessione duplici fallere possit, cum p̄mississet, quoniam spūs domini repleuit orbem terrarum, ita breuiter enuntiauit, & hoc qd̄ continet oīa scientiam habet vocis. Quomodo enim vocem profitentis nesciat, vel vocē dī iudicare non possit, q̄ etiam cordis verus est testis? Igitur qui accedit, fictus accedere caueat, q̄a mare vitreū est, & totū quod illic agitur vel dī, spiritui sancto perspicuum est. Porro vitrū sicut lucidum, ita & fragile est. Nunquid hoc mare vt vitreum, ita & fragile semper erit? Non vtiq;.

Sequitur

COMMENTARIORVM LIBER. III. XLIII.

Sequit enim: Simile crytallo. Ergo mare hic prius quidem vt lucidum, ita est & fragile, sed post vt lucidū, ita & solidum. Deniq; confessores lucidi aq; & spū renati, nunc quidem fragiles sunt corpe mortali, sed post in illa resurrectionis gloria solidi erunt, aīa beatā & corpore incorruptibili. Nam hoc est qd̄ Apl̄s ait: Si autem Christus in vobis est, corpus quidē mortuum est propter peccatum, spūs autem viuit propter peccatum, licet in baptismo sit deletū, pro eo vt diceret, certissime moriturum est propter peccatum, licet in baptismo sit deletū. Nam in anima quidem per baptismum reuiuiscimus a morte qua mortuus est Adam, eodē die quo vetitū comedit, vnde & dicit: Spūs vero viuit propter iustificationem, sed corpore nihilominus morimur, morte quam deus posuit, dicendo homini, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, & emittendo illum ne fumeret etiam de ligno vitæ, & sic in anima mortuus, corpore viueret in æternum, quod esset infelicissimum. Cum ergo spūs viuat propter iustificationem, corpus tñ adhuc mortuū, i. certissime moriturū est propter p̄c̄tū. Ecce tanq̄ mare vitreū, quia baptizati & viuificati fidei lucidi sumus vt vitrū, & mortalitate corporū fragiles sumus vt vitrū. Sequitur autem Apl̄s: Quod si spūs eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in nobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, cōiuuificabit & mortalia corpora nostra propter inhabitatē spū eius in nobis. Ecce quod dixit, simile crytallo. Crytallus nāq; lapis est, ex aqua per glaciem in soliditate lapideam trāsmutata, & corpꝰ Christi pro conditione fragili atq; mortali erat aqua, nūc autem per gloriam resurrectionis solidatum est soliditate æterna. Lucet nūc diuinitas in corpore illo, sicut sol in vitro, perijt mortalitas in corpore illo, sicut aquæ mobilitas vel fluxus a crytallo. Porro ad eiusdem Christi similitudinem, resurrecturos atq; immolandos, i. impassibiles nos fore speramus. Erit ergo mare vitreū quidem, sed simile crytallo. ¶ Et in medio sedis, & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primū, simile leoni: & secundū animal, simile vitulo: & tertū animal, habens faciem quasi hominis: & quartū animal, simile aquilæ volanti. ¶ Hæc animalia facie & nomine iam dudum sanctæ ecclēstie percognita sunt, qd̄ sint figura quatuor euangelistarum. Verum secundū ordinem literæ prius quærendum est, qualiter hæc animalia & in medio sedis & in circuitu sedis esse dicant, cum viginti quatuor seniores q̄ vtiq; numero plures sunt, in circuitu & non etiā in medio sedis esse supradicti sint. Quod vt certius inueniri possit, illud quoq; primum scire oportet, quia iuxta Ezechielem hæc animalia & quatuor sunt, & vnum. Sic enim ille cum in prima visione dixisset, ex medio eorum similitudo quatuor animalium, & cætera. Dicit in visione altera: Ipsum est animal quod videram iuxta fluium Chobar. Cumq; ambularent Cherubin, ibāt pariter & rotæ iuxta ea. Ac deinceps: Ipsum est animal quod vidi subter deum Israel iuxta fluium Chobar. Et intellexi quia Cherubin essent quatuor per quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis sub alis eorum, & similitudo vultuum eorum ipsi vultus quos videram iuxta fluium Chobar. Ipse quoq; paululum aperit quomodo quatuor animalia & vnū animal sit, cum dicit: Quatuor facies vni erant, & quatuor pennæ vni. ¶ Primo itaq; dicimus, quia animal vnum, vnus est Christus, quatuor autē animalia, vel quatuor vnus facies, quatuor sunt principalia Christi sacramenta, quæ Christiano ignorare non liceat, quorum primum est incarnatio: secundum, passio: tertium, resurrectio: quartum, ascensio. Has quippe facies non agnoscere, hæc sacramenta nescire Christiano non licet imo & quotidiana confessione ad illa respicere oportet, sicut in symbolo nobis apostolica traditio proposuit. P̄missio nāq; credo in deum patrem omnipotentē creatore cœli & terræ, & in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum, sequuntur quatuor hæc distincta, sic: Qui cōceptus est de spū sancto, natus ex Maria virgine. Hoc est primum sacramentū vel facies prima. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus, descendit ad inferna: hæc est facies secunda: Tertia die resurrexit a mortuis: hæc est facies tertia. Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis, inde venturus iudicare viuos & mortuos: hæc est facies quarta. ¶ Est autē incarnationis mysteriū facies hominis, q̄a nimirū verꝰ deus vere est incarnatus, & veram ex vtero virginis sine peccato naturam hominis assumpsit. ¶ Passiois vero sacramentū, facies est vituli: quia videlicet vitulus q̄ pro peccato immolabat ex p̄ce pro legis, passionem significabat redemptoris, q̄ immolandꝰ erat pro peccatis nostris. Et animalia quædam animalia offerrebant, agnꝰ, vel ouis, & hirꝰ, columba & tururt: sed eorū præcipuū animal erat vitulꝰ: is maxime, cuiꝰ, q̄a pro peccato erat sacerdotis siue multitudinis, corpus extra castra cremabat. De cuius rei mysterio ait Apl̄s: Propter quod & Iesus vt sanctificaret per semetipsum pplm, extra portam passus est. Exeamus ergo ad eum extra castra, improprium portantes. ¶ Porro victoriosa resurrectio eius, facies leonis est. Hinc em̄ p̄fcus p̄farcha Iacob dixerat: Catulꝰ leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti: resurgens ac cubi isti vt leo, & quasi leona: quis suscitabit eum? ¶ Tandem ascensionis sublimitas, facies est aquilæ, quā prospiciēs beatus Iob, dicit de perfidia Iudaici populi: Semiram ignorauit auis.

Roma. 9

Gene. 7

Roma. 8

Ezech. 1

Ezech. 10

Leuit. 4

Hebræis

Gene. 49

Iob. 28

XLIII. RVPERTI IN APOCALYPSIM CAP. III.

Nunc iam dicendum est, quomodo hæc aialia siue vnus aialis quatuor facies, & in medio se dis, & in circuitu se dis sint. ¶ Mediū sedis, quā supra iam diximus esse regnū dei, ceptum in Dauid, completū autē in Ch̄so, cui dñs deus sedē dedit eiusdē Dauid p̄tis sui plenitudinē temporis intelligimus, in qua Ch̄s iam dicta incarnationis, passionis, resurrectionis & ascensionis suæ mysteria celebrauit. ¶ Porro circuitum eiusdē sedis hinc quatuor volumina euāgelij, inde quoq; accepimus libros Mosi. Nāq; & in illo medio, & in isto circuitu sedis, mirabiliter cernimus apparere facies istas, faciem leonis, faciem vituli, faciem hoīs, & faciem aquilę volantis. Deniq; in Pentateucho Mosi hoc ordine facies istę dispositę sunt. Cęterę in quatuor euāgelioꝝ libris non idem obseruādas est, p̄sertim cum in processu eiusdē dñi prima sit facies hoīs, i. mysterium incarnationis. Notandum vero qđ non solū quatuor verum etiā quinq; facies in hac Apocalypsi conspiciuntur, cum post istas, leonis, hoīs, vituli, atq; aqlę volantis facies, agnus qđ stat in medio, librum aperiens, & solū signacula eius. ¶ Singulę de singulis libris Mosi hoc ordine susceptę comprobant. Primum in Gen̄, faciem leonis habemus, cum Iacob p̄iarcha benedicens loquitur: Catulus leonis Iuda, ad prædam filii mei ascēdit, &c. vt supra. Deinde in Exodo, agnus q̄tradecima die primi mensis ad vesperam in cūctis domibus filioꝝ Israel, in typū eiusdē redēptoris n̄si, immolatus, comeditur. Deñ in Leuitico vitulus pro pctō sacerdotis siue multitudinis immolari, & corp⁹ eius extra castra cremari iubet. Vex̄ quia vnus eiusdemq; dñicę passionis sacramentū per agnū & per vitulum figurat, recte pro duabus vna facies vituli, q̄ maior est tam apud istū q̄ apud prophetā Ezechielem, in numero habet. Tertia ergo facies hoīs de libro Deuteronomij suscipit, cū Moyses ex ore dñi loquit ad p̄p̄m: Prophetā de gente tua, & ex fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dñs deus tuus, vt p̄tisti in monte Oreb, qñ concio congregata est, atq; dixisti: Ultra nō audia vocem dñi dei, & ignē hunc maximū ampli⁹ non videbo, ne moriar. Et ait dñs mihi: Bñ oīa sunt locuti: Prophetā suscitabo eis de medio frat̄ suoz̄ similem tui, &c. His namq; verbis cum dicit, de gente tua, & de fratribus tuis, & addit, sicut me, verus homo promittit Christus, in veritate naturę humanę. Quartam deinde faciē aqlę volantis, in cāntico Deuteronomij p̄scriptam inuenimus, vbi Moyses ita loquitur: Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas & assumpsit eos, atq; portauit in humeris suis. ¶ Et hic quidem Iohannes secundum ordinem illius scripturę veteris, primam ponit faciem leonis, propheta vero Ezechiel secundum ordinem rei gerendę quā p̄uidebat, primam posuit faciem hominis. Nam in Euāgelio Ch̄s prius homo est, per naturam; deinde vitulus, per passionem; deinde leo, per resurrectionem; deinde aquila volans, p̄ ascensionem. ¶ Euāgelistarum vero, prout modus sermonis, qui ab vnoquoq; conscript⁹ est, conducere videtur, alius hominis, alius leonis, alius vituli, alius aqlę volantis habere faciem dī, & tam in ista quām in illa prophetica istorum animalium visione prædicari meretur. Et de Luca quidem & Iohanne omnium vna est sententia, quod ille, s. Lucas, vituli hie autem, s. Iohannes, aqlę volantis facie merito figuretur. De Matthæo autem & Marco diuersa sententia est: Alij, quorum beatus Hieronymus vnus & p̄cipuus est: Matthæum in homine, & Marcum in leone; Alij, quorum beatus Augustinus maximus vel notissim⁹ est, Matthæum in leone, & Marcum suscipientibus in homine. ¶ Lucas namq; tam in principio quām in fine sermonis, circa templum vel sacerdotium versatur. Apud illum sanct⁹ sancto rum qualiter vnctus, id est, de spiritu sancto fuerit conceptus, fideli narratiōe refertur, iteq; ad Iordanem, vbi spiritus sanctus super eundem verum sacerdotem in columbę specie descendit. ¶ Hic Euāgelista tanquam sacerdotem in expiandis peccatis assignans, non descēdendo, sed ascendendo generationes eius enarrat, ascendensq; transit ad Abraham, & peruenit ad deum cui mundati atq; expiati reconciliamur per eiusdem Christi sacerdotiū. Vnde & principium & finem eiusdem quam digessit genealogię adoptiuis patribus, siue filijs præscribit, dicendo in initio: Iesus, vt putabatur, erat filius Ioseph, qui fuit Heli, in fine autē de Adam, q̄ fuit dei, Nam neq; Ioseph Iesum, neq; Heli Ioseph genuit, sed optiuum habuit, neq; deus Adam genuit, sed plasmauit. Nimirum quia sacerdotalem domini personā susceperat texendam, recte sic processit, quia sacerdotis genitura, qua nos Christus regenerat tota adoptiua est, & non ex carne, sed ex spiritu ac pietate descendit. ¶ Apud hunc & p̄uertendo filio prodigo vitulus saginatus occiditur, & fere omnes parabolę clementiam resonant; & pius sacerdos factus in agonia, prolixius cum sudore sanguineo orat, & in fine suo latronem pœnitentem suscipit, hodie, inquiens, mecum eris in paradiso. Itaq; tota serie faciem vituli possidet, sacerdotem & sacrificium nostrū attentius intuens, & post resurrectionem eius scribens, ex ore ipsius oportet in nomine eius prædicari in omnes gentes remissionem peccatorum. Iohannes sublimi intellectu vltra omnem creaturam euolans, & apertis mentis oculis æterni solis insignens radio, dicere vel scribere meruit: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum, & ita

Lucæ. 1.
Gen. 49
Exod. 12
Leu. 4.
Deuter. 18.
Deute. 32
Lucæ. 1.
Lucæ. 3.
Adoptiuū
Luc. 17.
Luc. 22.
Luc. 23.
Luc. 24
Iohan. 1.

COMMENTARIORVM LIBER. III. XLV.

& ita per omnem sermonis sui textum altissime procedēs, diuinitatis Christi tota intentione firmavit testimonium. Apud istum sicut aqla prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas & assumpsit eos, atq; portauit in humeris suis: qñ, sicut hic ait, verbū caro factū est, & habitauit in nobis; & colloquens paruulis ad intelligendam suę vel p̄næ maiestatis gloriam, sublimiter excitauit: qđ nimis est aqlę pullos ad volandū prouocari, monstrauitq; illis opus esse in humeris portari: exēpli gr̄a, dicendo sic: Si ergo videritis filium hoīs ascendente supra vbi erat prius. Et alibi: Et nemo ascendit in cœlum, nisi q̄ descendit de cœlo, filius hoīs qui est in cœlo. Ergo si nemo ascēdit, nisi q̄ descendit: verum est, qđ omnes q̄ illic sunt vel erunt, ipse tanq; aqla portauit in humeris suis. Itaq; in facie aqlę Iohannis eminet, & de isto qđ cōcorditer apud oēs vna sententia est. Porro de Matthæo & Marco diuersa, vt iam dictum est, p̄m est sententia. Nam B. Augustinus iuxta ordinem libri istius, Matthæum dicit in leone intelligi, q̄ regis dignitatis in Ch̄so profapiam narrat: qđ vicit leo de tribu Iuda: Catulus em̄ leonis Iuda, & in q̄ vt rex a rege timet, a Magis adoratur, vbi etiam rex seruis rōnem ponit, rex nuptias filio facit, & ad vltimum rex segregat oues ab hœdis. Verunt̄ plures in ea sententia concordant: qua huic ascribitur facies hoīs. Nec frustra. Nam & si pro quadam similitudine regię maiestatis, de qua sæpius scribit, leonis regis bestiarum faciem recte imitari videtur: considerandum tñ est, quia sæpius hominē q̄ regem scribit, & fere nusquam regē sine homine ponit. Ait enim: Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Non ait tantum regi, sed homini regi. Sed & vbi segregat oues ab hœdis rex, & dicit stantibus a dextris, venite bñdicti patris mei, signā ter exprimitur facies filij hominis. Ait enim: Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suę. Alias autem & in parabolis, vbi de nomine regis taceret, homo scribitur. Exēpli gratia: Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane cōducere operarios. Et: Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos. Præter hæc & in visione prophetica vbi rex iste regnaturus Daniell præmonstratur, venerabiliter facies hominis præscribitur, hoc modo: Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit, & vsq; in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem & regnum, & oīs p̄p̄s, tribus ac lingvę, ipsi seruiant. Itaq; in Matthæo quanquam per similitudinem regię potestatis, facies leonis regis bestiarum recte posita intelligi, nihilominus pro ipso nomine hominis quem & regi coniungit, & sine regis nomine frequentius ponit, congrue satis intelligitur facies hominis, maxime quia sic incipit: Liber gnationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, quia illorum Christus Iesus secundum carnem filius vel semen est. ¶ Marcus iccirco videtur habere faciem leonis, quia qñ cum rugitu terribili, i. prædicatione pœnitentię, suum euāgelium incipit, & in iudicij siue condemnationis comminatione finit. Incipit em̄ a prædicatione Iohannis, dicendo sic: In initium euāgelij Iesu Christi filij dei, sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto angelū meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, parate viam dñi, rectas facite semitas eius. Fuit Iohannes in deserto baptizans & p̄dicans baptismum pœnitentię, &c. In fine hęc dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, q̄ vero non crediderit, condemnabit. Ergo quia tam in principio q̄ in fine terrorē pctōrib⁹ incutit, recte pro intentione sua terrificam habere faciem leonis intelligit, cuius rugitum, i. supremum iudicium nullus impœnitens effugere poterit. Sed & erga discipulos suos ipse dñs plus aliquid de seueritate magistri apud hunc euāgelistam ostēdit. Exēpli gratia: Quid, inquit cogitatis, quia panes non habetis? Nondum cognoscitis neq; intelligitis? Adhuc cæcaturum habetis cor vestrum? Oculos habentes non videtis, & aures habentes non auditis? Itē cum dixisset eis quomodo filius hominis tradetur in manus hominum & occidetur, & occisus tertia die resurget, at illi, inquit, ignorabant verbum, & timebant eum interrogare. Qui cum domi essent, interrogabat eos, Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Et isti quidem quia quatuor prædictas vnus animalis facies, i. quatuor vnus Christi sacramenta scribendo quoq; intuitu sunt, quandam exinde singuli similitudinem insignius ducere meruerunt. ¶ Alij vero quicunq; in ecclesia Christi bene præfunt, cuilibet earundem facierū, quantum tuncq; similes sunt. Nam ille prudenter in exterioribus administrando, homo est, alius cœlestia sublimiter contemplando, aquila est; alius seueritatem magistri digne exercendo, & virga disciplinę bene vtendo, leo est; alius per spiritum mansuetudinis in firmiorib⁹ compatiendo, vitulus est. Qui autem omnium istarum virtutum particeps est, & secundum omnia hæc pro tempore & re semetipsum conformare, & aptare potest, ille vero utilis est in domo dei, & illi cum Apostolo dicere licet: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. ¶ Hęc animalia plena, inquit, oculis ante & retro. In Euāgelio Ch̄s lux mundi, quę q̄ sequitur non ambulat in tenebris, sed habebit lumē vitę, loquitur Iudæis: Et si ego testimonium perhibeo

Deut. 32
Iohan. 1.
Iohan. 2.
Matth. 12
Supra. 1.
Gen. 49
Matth. 26
Matth. 27
Matth. 22
Matth. 27
Matth. 20
Danic. 7
Marc. 1.
Malachi 3
Esa. 40.
Marc. 16.
Marc. 8.
Marc. 9.
1. Cor. 4.
Iohan. 8.

perhibeo de me ipso, vnde est testimonium meum, quia scio vnde venio & quod vado. Vos autem nescitis, vnde venio, aut quod vado. Nimirum istud quod recte poterat dicere illis, & quibusque similibus illorum recte potest dici, vos autem nescitis vnde venitis, aut quod vaditis. Hoc denique homines infideles animalia caeca atque immunda differunt ab hominibus prius animalibus luminosis atque mundis, quod illi nec attendere volunt, isti autem sciunt & diligenter attendunt, vnde veniant aut quo vadant, ac perinde animalia ante & retro oculis plena sunt. Primum de Christo, quod animal & vnum est, & quatuor, ut supra iam dictum est, habet facies, id est quatuor sacramenta principalia, scilicet incarnationem, passionem, resurrectionem, & ascensionem: de quibus vel per quae nobis agnoscendus est. De Christo, inquam, certum tenet catholica fides quia per singula horum ante & retro oculis plenus est, quia per singula horum scit vnde venit & quo vadit. Dum de spiritu sancto concipitur ex utero virginis, scit quia a deo patre exit, & in mundum venit. Nobis namque retro erat vel est, quod a patre exiit, imo quod in principio erat verbum, deus apud deum, & inde huc venit, ante autem, quod in hunc mundum veniens visibilis apparuit, quod verbum caro factum habitavit in nobis. Item dum sicut ovis ad occisionem ducitur, nihilominus ante & retro oculis plenus est, sciens vnde venit & quod vadit. Scit enim quia natus de utero virginis, peccatum neque originale contraxit, neque actuale admisit, sicque de spiritu sancto conceptus novus homo venit & vadit, ad portandas iniquitates omnium nostrum, praevidens, quia iuxta prophetam, si posuerit pro peccato animam suam, videbitur men longaeuum, & voluntas domini in manu eius dirigitur. Item dum resurgit a mortuis, similiter ante & retro oculis plenus est: sciens, quia de extrema vilitate venit, ubi minoratus est ab angelis, imo tanquam vermis & homo conculcari potuit, & quia vadit & ascendit, ut gloria & honore coronatus constituitur super opera manuum patris, & omnia pedibus eius subiecta sunt. Item dum ascendit in caelum feliciter oculis ante & retro plenus est: sciens, quia de iudicio iudicatus ab hominibus venit, & quia ad iudicium omnes homines iudicaturus vadit. In Christo igitur, quatuor animalia ante & retro oculis plena sunt, quia in singulis eorum dicere potest, scio vnde veni & quod vado, ac perinde testimonium meum verum est. Porro tam evangelistis iam dictis, quod cunctis imitatoribus eiusdem Christi magno studio semper cautum est, ut & ipsi pro modulo suo similiter animalia sint ante & retro plena oculis, id est, sciunt vnde veniant & quod vadant. Scire namque vnde veniant, multum valet illis ad profundam humilitatis custodiam, scire autem quo vadant, proficit illis ad fortitudinem suam legitime custodiendam, iuxta illud Psalmistae: Fortitudinem meam ad te custodiam. Vnde enim veniunt, & quo vadunt: De nihilo veniunt, quia de nihilo creati sunt, & hoc oculis retro aspiciunt, vadunt autem ad revelationem gloriae filiorum dei, & istud oculis ante se prospiciunt. Item de peccatis & vitis veniunt, & ad virtutum victorias vadunt. Exemplum gratia: Mattheus de theloneo venit, ubi illum Iesus sedentem vidit, & scribendo evangelium suum librum generationis Christi, vadit ad thronum istum dare gloriam & honorem, & benedictionem cum animalibus caeteris sedenti super thronum, viventi in secula seculorum. Retro plenus est oculis, humiliter conscientia recogitans quis quae qualis fuerit, ante plenus est oculis, cum simplici gratiarum actione recognoscens quid acceperit, & qualis factus sit. Sic & caeteri sancti animalia dei sunt, ante & retro plena oculis sunt, sciendo vnde venerint vel vnde facti sunt, & quod vadant, vel ad quid facti sunt: sciendo etiam quales per meritum fuerint, & quales per gratiam facti sunt: itemque pernitentiam gerendo de malis praeteritis, cavendo de futuris. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas fenas. In vno Christo primum hoc ita considerandum est, quia singula horum quae praedicta sunt, scilicet siue incarnatio, siue passio, siue resurrectio, siue ascensio, singula, in quam horum fenas habent alas, quia singula haec in nouo homine plena & vera operata est antiqua diuinitas, verbi gratia terni sempiterna deitas, quae sex diebus condidit omnia. In eo namque & dum incarnatur siue nascitur, & dum patitur, & dum resurgit, in caelum ascendit, vera & perfecta diuinitas inhabitat, & quae haec omnia siue singula ita fenas habent alas, ut omnem sensum extollentem se aduersus scientiam dei, perfectio scripturae illorum sublimiter euadat, nec teneri aut illaqueari captiosis vanae philosophiae sermunculis formidar. Neque enim per terram repit, sed perfecta veritate caelum tenens, terram despicit. Perfectio enim eius veritatis fenarius alarum numerus sua nobis perfectione innuit. Hic namque numerus perfectorum numerorum primus est, quia videlicet primus constat ex suis partibus. Habet enim mediam parte m. id est tria: secundam, id est duo: tertiam, id est vnum. Haec autem, scilicet tria, duo & vnum sex perficiunt. Sex ergo alas habent singula, id est, perfecta est in singulis salutaris doctrinae veritas. Sed & caeteros quoque, etiam qui studium siue ministerium doctrinae aut scripturae non habent, ut auolare de angustia, & fugere possint a ventura ira, fenas oportet habere alas, id est, sex misericordiae opera, quae is qui sedet super thronum, si a tribus a dextris ita emerant: Esuriui, & dedistis mihi manducare: Sitiui, & dedistis mihi potum: Hospes eram, & collegistis me: Nudus, & cooperuistis me: Infirmus fui, & visitastis me: In carcere eram, & venistis

Iohan. 16.
Esaie. 53
Ibidem.
Psal. 21.
Psal. 2
Psal. 78
Roma. 9.
1. Petri. 5
Matth. 23
2. Cor. 10.
Matth. 27.

venistis ad me. Sequitur: Et in circuitu & intus plena sunt oculis. Per circuitum actiua, per intus, contemplatiua vita recte intelligit. Qui enim actiuae vitae operibus deseruit, per multa circuitu, testante domino cum dicit: Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Qui autem contemplatiuam tenet, meditando in lege domini, intus est, intus quiescit, intus cum Maria sedet ad pedes domini. Igitur animalia haec, & in circuitu, & intus plena sunt oculis, quia praedicatores euangelij siue quique praesati, si legitime praesunt, tam in exteriori actione quam in interna contemplatione cauti sunt & prouidi. Et requiem non habebant die ac nocte, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Ex quo sedes in caelo posita est, & dominus super illam sedet, id est ex quo destructio peccati regno, regnum iustitiae statutum est per passionem Christi, & in ecclesia sua dominus regnauit, requiem, id est non habent haec animalia, ter sanctum dominum conclamantia, qui sanctam trinitatem toto mundo praedicat euangelica doctrina. Huius sanctae trinitatis gloriae vel notitiam principaliter in Christo, praedicant illa septem quatuor sacramenta principalia, scilicet, incarnatio, passio, resurrectio, & ascensio. Hoc ante non fiebat. Nullus enim nomen hoc praedicatione publica reuelabat. Primum animal siue prima facies, scilicet, incarnatio Christi, hanc beatam trinitatem hoc modo personat: Spiritus sanctus superuenit in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Altissimus siue deus, pater est: qui autem concipitur, filius dei est: & qui ad operandum vel creandum de virgine filio siue verbo dei, corpus humanum superuenit atque obumbrat concipienti, spiritus sanctus est. Haec ergo prima facies, id est, incarnatio, ter sanctum personat, sanctam trinitatem praedicat. Secunda facies, id est, passio, nihilominus eandem trinitatem commendat, sicut Ego, inquit, filius, rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis. Item: Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Tertia deinde facies nihilominus hoc ipsum trinitatis nomen astruit, dicente filio, qua die resurgens apparuit discipulis: Sicut misit me pater & ego mitto vos in mundum. Et cum hoc dixisset, insufflauit & dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Et alibi: Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quarta demum facies, scilicet, ascensio honoris praedicat gloriam huius beatae trinitatis, cum iuxta prophetiam dicitur: Dixit dominus domino meo sede a dextris meis, filius ascendit in caelum, & sedet ad dexteram dei patris: hoc praemissum cum ascenderet, ego mittam promissum patris mei in vos, & exinde decimo die promissum illud, videlicet spiritus sanctus aduenit, & apostolorum corda repleuit, simulque cora eorum ad praedicationem latius aperuit. Ab istis quasi quatuor principalibus formis, quatuor euangelistae informati, & illo sancti spiritus igne afflati, quod praedicto die super apostolos venit, sic praedicauerunt & sic scripserunt, ut, sicut iam dictum est, alius hominis, alius vituli, alius leonis, alius imitarentur faciem aquilae volantis. Atque ex tunc tam isti quam caeteri praedicatores euangelij requiem non habuerunt die ac nocte, id est, non cessauerunt in prosperitate, non siluerunt in aduersitate, praedicatione sanctae & indiuiduae trinitatis fidem, quod est tertio dicere: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus omnipotens. Quod autem addunt, in laudis tam speciosae consummationem dicentia haec animalia, qui erat, & qui est, & qui venturus est, victoriosa aduersus omnes praesentes gratulatio est. Non enim deerant aut defuturi erant aduersarij, quod minis & terrribus, cum istis quoque mortuum siue poenarum generibus compescere niterentur conclamationem huius praedicationis. Sed confidant hi sancti praedicatores, quia is quem praedicant, & erat, & est, & venturus est. Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: siue, & post haec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: Timeate eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timeate. Non ergo vel hi qui occidunt timeant, vel hi qui occidunt morientibus insultent, quia is quem praedicamus in trinitate deus verus & vnus, & erat priusquam corpus istud fieret, imo & priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & nunc est, dando confessoribus suis stantibus ante reges & praesides os & sapientiam, cui non possunt resistere & contradicere omnes ipsorum aduersarij, & cum fatigati occidendo desierint occidere, venturus est ut iudicet causam occisionis, & tunc capillus de capite ipsorum non peribit. Et cum daret illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viventi in secula seculorum, procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es domine deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt. Diuinae maiestatis omnipotentiae atque bonitatis dei admiratio nem magnifice haec animalia auxerunt, dando gloriae & honorem & benedictionem eidem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum. Ecce haec est admiratio illa qua longe ante artonitus in spiritu Psalmista dicebat: Domine dominus noster, quod admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Et continuo quid admiraretur aperiens: quoniam inquit, eleuata est magnificentia tua super caelos.

Luc. 10.
Luca. 11.
Iohan. 14.
Iohan. 20.
Matth. 28.
Psal. 109.
Luca. 11.
Acto. 2.
Matth. 10.
Luca. 12.
Psal. 89.
Matth. 23.
Psal. 8.

Quartam

XLVIII. RVPERTI IN APOCALYPSIM CAP. III.

Luc. 22

Quarta istorum animalium faciem, s. ascensionem dñi hoc versiculo per anticipationē de-
clamavit. ¶ Nam postmodum quatuor facies per ordinem breuiter annorauit, dicendo, qd
est homo quod memor es eius, aut filius hominis qm̄ uisitas eum? Hæc enim est facies pri-
ma, facies hominis, s. incarnatio uerbi dei, qua caro factum est, & filius hois. Minuisti eum
paulominus ab angelis. Hæc est secunda facies, facies uitali, s. passio eiusdem domini, in
qua sic minoratus est ab angelis, ut pateretur & moreretur, cum sancti angeli neq; morta-
les neq; passibiles sint. Vnde cum anxium duceret agonē, apparuit illi angelus de cælo con-
fortans eum, quasi maior minorem, i. impassibilis patientem, nō mortalis morientem. Glo-
ria & honore coronasti eum, Hæc est facies tertia, facies leonis, s. resurrectio eiusdē domi-
ni, in qua propter passionem mortis spoliato inferno victor coronat⁹ est gl̄ia immortalita-
tis & honore incorruptionis. Et constituisti eum super opera manuum tuarum: Hæc est fa-
cies quarta, facies aquilę uolantis, s. ascensio eiusdem dñi, q̄ illuc caro ascendit vnde carnē su-
sceptrā diuinitas descendit, & sedet à dextris dei. His dictis iterum pro magnitudine re-
rum reperit in fine admirans & exclamās idipsum quod in exordio dixerat: Domine domi-
nus noster, quā admirabile est nomē tuum in uniuersa terra. Quomodo hæc super omnia
opera domini admirationem fecerunt huic priusquam fierent in spiritu prauidenti, sic uniu-
uersę terrę hæc præ cæteris operibus domini dei cum fierēt, & ex quo facta sunt, maxime
admiranda sunt prædicantibus apostolis, prædicantibus & scribentib⁹ quatuor earundem
facierum animalibus, id est, euangelistis. Cum, inquit, darent illa animalia gloriam & hono-
rem & benedictionem sedenti super thronum uiuenti in secula seculorum. ¶ Ei qui sedet su-
per thronum, gloriam dicitis gratiosis, honorem uero damus factis officiosis. Glorificam⁹
eum, dum bonitatem eius digne & laudabiliter prædicamus; honorificamus eum, dum cor-
da & corpora nostra sancte uiuendo uasa honoris & habitacula munda sancto eius spiritu
præparamus. Verum & sic glorificare & sic honorificare deum, non ex nobis habemus, sed
ex dono ipsius, quem admodum dicit & Apostolus: Habemus thesaurum istum in uasis fi-
cilibus, ut sublimitas sit uirtutis dei in nobis, & non ex nobis. Item: Non quod sufficientes
simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Addimus er-
go tertium, dare, s. benedictionem, i. gratiarum actionem ei qui nos idoneos fecit, ut ipsum
glorificare possimus factis nostris, dicimusq; cum eodem Ap̄to in eadem epistola sic: Benedi-
ctus deus & p̄ dñi nostri Iesu Christi, p̄ miarum, & deus totius consolationis, qui con-
solatur nos in omni tribulatione nostra. ¶ Sic fecerūt animalia hæc, primitias glorię & ho-
noris habentia. Glorificauerunt deum prædicando sapientię & scientię sermone, & ore fa-
cundo: honorificauerunt deum, non suam sed dei uoluntatem faciēdo, carnemq; suam pro
honore dei cum uitijs & concupiscentijs crucifigendo. Benedixerunt deum, totum quod ad
gloriam eius dicere, totum quod ad honore eius facere poterant, non sibi sed illi attribuēdo,
qui sancto sp̄i misso de cælo sic docuit eos simplices & idiotas, ut scirent & possent ad
gloriam eius loqui, sic animauit eatenus infirmos, ut possent ad honorem eius non solum ui-
uere, sed etiam mori. Hæc tria illi dederunt sedenti super thronum, uiuenti in secula seculo-
rum, magnam suę inopię refocillationem, magnam exinde haurientes sanctę spei recreatio-
nem, quod dum glorificantes, honorificantes atq; benedicentes deum, persecutionem pati-
untur & occiduntur, superstitem relinquunt illum sedentem super thronum, q̄ uiuit in secu-
la seculorum, q̄ eo ipso quod superstes est & uiuit in secula seculorum, curare potest post
ipso de mortibus eorum, & requirere sanguinem eorum. ¶ Hæc illis dantibus, procidebāt,
ait, uiginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant uiuentem in secula secu-
lorum. Summa causa totius, pro qua sedens ille & uiuens à nobis adorari dignatur, gratia &
m̄ia est, quam in Christo uel per Ch̄m nobis est operatus. Nam adorari pro bonis tempo-
ralibus non adeo gratum habet, quomodo adorabat illum carnalis ille Israel, q̄ in eo qd̄ di-
cebatur illi, & dabo tibi terram fluentem lac & mel, & in cæteris huiusmodi dictis non nisi
terrenas intelligebant uel attendebant promissiones. Cæterum sancti & perfecti patres, &
Moses, & quotquot erāt tales spiritum dei habētes, propter futuram istam Christi gratiam
deum adorabant, & iccirco adorando siue sacrificando animalia hæc siue facies istas, de qui-
bus loquimur, sicut iam supra dictum est, figurabant. ¶ Cum ergo darent illa animalia glo-
riam & honorem & benedictionem, procidebant uiginti quatuor seniores & adorabant, q̄
uidelicet ubi sacramenta illa sæpēdicta in Christo celebrata, & per euangelicos p̄cones mū-
do prædicata sunt, ex eo in noie eius flectitur omne genu, celestium, terrestrium, & infer-
norum, & inter hæc omnia illi maxime qui pro regno eius laborauerunt, quorum, ut supra
iam dictum est, & in ueteri testamento ante regnum Dauid præcipui sunt duodecim iudi-
ces Israel, & in nouo testamento iam regnante Christo super sedem Dauid, duodecim apo-
stoli iudicaturi duodecim tribus Israel. ¶ Adorantes autē mittebant, inquit, coronas suas an-
te thronum, Qui in regno uel p̄ regno dei laborauerunt, digne in conspectu regnātis, & se-
dentis

21 Cor. 4
21 Cor. 3

25 Cor. 1

Galat. 7

Exod. 12
Deut. 6

Philip. 2

Iudic. 3
Matt. 19

COMMENTARIORVM LIBER III.

XLIX.

dentis coronati sunt. Verū isti considerantes, q̄a non suis meritis, sed gratia præuenientis
& subseq̄ētis misericordię, coronas assecuti sunt, & perpendētes quia is propter quē &
per quē omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat, autor salutis eorū per passionē con-
summatus est, nonne ipsi suā dignitatē paruificauerunt, & totum quod meruerunt cum hu-
mili reuerētia illi attribuerunt? Mittunt ergo ante thronū coronas suas, id est, quicquid uir-
tutis, quicquid habent dignitatis, deo cū gratiã actione offerūt dicentes: Dignus es do-
mine deus noster accipere gloriā & honore & uirtutē, q̄a tu creasti omnia, & propter uo-
luntatē tuā erant & creata sunt. Comparetur dignitas quorumlibet sanctorū uel iustorū,
cōparent dignitates uel merita seniorū dignitati uel operi siue merito huius antiqui die-
rū, dignitates uel merita illorū quid sunt? Illa em̄ creauit omnia, & propter uoluntatē eius
erāt & creata sunt, i. nullius consilio uel merito, sed sola uolūtate eius erant & creata sunt.
¶ Creasti omnia, dixit: & iterū, erant & creata sunt. Non superflue creationis uerbū repe-
tuit, sed duas creaturæ rationalis creationes intelligi uoluit, quaz posterior quidem, sed
uirtuorū illa est, quæ sumus in Christo p̄ spiritū sanctū recreati, de qua Psalmista: Emittes,
inquit, spiritū tuū, & creabunt. Prior autē est illa in Genesi: Et creauit deus hominē ad ima-
ginē suā, ad imaginē dei creauit illū, masculum & feminā creauit eos. De ista creatione
qua per spiritū sanctū recreati sumus, de qua dicit & Apostolus: Ipsius em̄ sumus factura
creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ p̄parauit deus, ut in illis ambulemus: de ista
inquā, creatione primū dixit: q̄a tu creasti omnia, id est, omnes homines, siue omniū crea-
turarū genera, quæ admodū & in Apostolo habemus, quia in ipso cōplacuit omnē pleni-
tudinē habitare, & per eū reconciliari omnia. Porro de priore creatione addidit, & pro-
pter uoluntatē tuā erāt & creata sunt. P̄q̄ erat dixisse erāt, nisi addidisset, & creata sunt,
id est, inuitū existēdi acceperūt propter uoluntatē tuā. ¶ Quis ergo seniorū istorū sapientiā
tantā dignitatē considerās iudicet sese esse dignū? Sic ab oculis eorū respectu dignitatis il-
lius oēs suę dignitates disparēt, quomodo in præsentia solis super terrā omnes stellę te-
guntur & nō parent. Tu ergo, inquit, dñe deus noster, tu solus dignus es accipere gloriā,
honore & uirtutē. Gloriā uidelicet, quia de nihilo à te creata sunt: honore, quia propter
uoluntatē tuā per generationū successiones erant, uirtutē, quia per spiritū tuum secunda
creatione creata sunt. Ergo non nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da gloriā.

Duplex cre-
atio hois.
Psal. 103
Gen. 1

Eph. 2

Coloss. 1

Psal. 113

TERTII LIBRI FINIS.

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN-
NIS APOSTOLI COMMENTARIORVM, LIBER III.



T uidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus
& foris, signatum sigillis septem. ¶ Præcedēti uisione laudem uel
opus spiritus sapientię spectauimus in dispositione throni eius,
nūc in ista quæ sequitur, spiritum intellectus prædicamus, siue præ-
dicari intelligimus in apertione libri & solutione septem signacu-
lorum eius. ¶ Et in illa quidem uisione vnus est thronus siue sedes
& circa illa septem insignia, scilicet ostium apertum in cælo, uox
audita tanquā uox tubę loquentis, iris in circuitu sedis, & senio-
res sedentes super sedilia uiginti quatuor, lampades ardentes ante
thronum, quæ & ipsę in numero septem sunt, & in conspectu se-
dis tanquam mare uitreum, & in medio sedis, & in circuitu eius quatuor animalia plena
oculis ante & retro. ¶ In ista uisione præter id quod agnus uidetur habēs cornua septem
& oculos septem, vnus est liber & signacula eius septem. Hoc dicimus ut in istis sancti se-
ptiformis spiritus reuelationibus, & in cæteris quæ sequuntur septenarij numeri sacramē-
tum ualde commendari non ignoremus. Et uidi, inquit, in dextera sedentis super thro-
num librum. ¶ Vnus iste liber sancta scriptura est: scriptura, inquam, omnis diuinitus in-
spirata, quæ iccirco dicitur & est vnus liber, quia vno spiritu est conscripta & vnus uer-
bi dei thesaurus siue sacrariū est. Liber iste in Esaia quoq; & scienti literas & nescienti in-
referabilis. Cuius tamē etiam illic ita prædicatur apertio: In die illa audient surdi uerba li-
bri. De quo & Ezechiel: Et uidi, inquit, & ecce manus missa ad me in qua erat liber inuolu-
tus, & expandit illū coram me, qui erat scriptus intus & foris, ubi & hoc quod Iohannes
tacuit,

CAP. V.

Liber iste,
sacra scrip-
tura est.
Esaie. 29

Ezech. 2

L. RVPERTI IN APOCALYP. CAP. V.

tacuit, quid videlicet in libro scriptū esset, adiunxit dicēs: Et scriptæ erāt in eo lamētatio- nes, & carmen, & v̄. Cuncta em̄ series & veteris & noui testamēti p̄nitiō pro pec- catis agendā, regnū cœlestē quærendū, & fletus infernales p̄monet esse fugiendos. Li- brū ergo, id est, omnē scripturā, librum magnum & sacrum vidi, inquit, in dextera seden- tis supra thronum. Veraciter in dextera, iuxta illud in Deuteronomio: In dextera eius ignea lex, Sapiētia vero dicit: In sinistra eius diuitiæ & gloria, Ignea lex idipsum q̄d hic liber scilicet & omnis scriptura sancta est, vt iam dictū est. Verbū quippe siue eloquium dñi est de quo & Psalmistā Ignitū, ait, eloquiū tuum vehemētē. Attendamus ergo quia sedens iste super thronū, multū potēs & valde diues est, & distātes atq; diuerfas à dextris atq; à sinistris facultates possidet, à dextris hunc librū, legē igneā: à sinistris diuitias & glo- riam. Quanto melior est dextera q̄ sinistra, tanto felicius bonum est liber iste siue ignea lex q̄ diuitiæ & gloria. Quænam sunt diuitiæ hoc loco, & quæ gloria, nisi diuitiæ terrenæ & mundana gloria? Bene ergo in sinistra eius diuitiæ & gloria, quia bonū q̄d habet huius modi bonū diuitiæ & gloriæ tēporalis tale est, vt nō solis detur electis, imo sapius desit & tardius detur electis q̄ reprobis. Ignea vero lex, scilicet iste liber, tantummodo electos bonū & consolatio est, & ista est pars quæ semper permanet, testante domino, cū dicit in euāgelio: Maria optimā partē elegit, quæ nō auferetur ab ea, Et nōnulli quidē, vt Dauid & Salomon, multū de vtrāq; parte acceperūt, de dextera scilicet librū, de sinistra diuitias & gloriā, quippe qui cū scientia legis dei diuitias quoq; habuerunt & gloriā temporalis regni, & vtrāq; dona fuerunt huius sedentis in throno, sed expedit omni animæ, cui hæc data sunt, vt quod à dextera datū est habeat in iucunditate, quod autē à sinistra, teneat sub se, & moderetur liberali dispensatione, dicatq;: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quod est dicere: Temporalia bona sub mea sunt dispositione, pars autē illa, quæ illis transeuntibus permanet, pars optima, quæ est verbū dei, legere vel audire, & intellectu cōmendare memoriæ, in summa mihi est delectatione. ¶ Scriptū, ait, intus & fo- ris, signatū sigillis septē. Intus & foris scriptus est liber, quia nimis sancta scriptura & hi- storiali siue literali tenore legēda, & spiritali sensu intelligēda est. ¶ Signatus est quoq; si- gillis septē, ita videlicet, vt omnē in se contineat mysteriōz Christi plenitudinē, quæ ni- si ille veniens adimplet, nemo intelligeret, & tanq; signacula firmissima soluere cupiēs, frustra laboraret, quia conuenientia nō essent, quæ cunq; quasi exponēdo dicere conten- deret. Deniq; hi quibus Christus nō venit, vel qui Christum non receperunt, nunc vsq; clausum & signatū versant librū, imo nec signatum esse vident, quia velamen positum est supra cor eoz, & quæ cunq; quasi exponendo fari gestiunt, conuenientia non sunt. Bene autē dictū est, signatum sigillis septem, quia videlicet septem sunt Christi mysteria, circa quæ versatur sancta legalis & prophetica scriptura, scilicet incarnatio, passio, resurrectio ascensio, datū spūs sancti paracleti, vocatio gentium, secundus aduentus Christi ad iudi- candū, de qbus suis in locis ipso donāte dicemus p̄ singula. Ita quippe istis mysterijs san- cta scriptura est signata, vt quicūq; ista nō recipit, nullatenus veritatē eius intelligere p̄- ualeat. L. Et* audiui angelū fortem prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire li- brum & soluere signacula eius? ¶ Angelus iste fortis ita p̄dicans voce magna sanctoz an- tiquoz: anhelans expectatiōē, magnumq; desiderium significat, de quibus in euāgelio dominus: Multi, inquit, prophete & iusti voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Et Apostolus ad Hebræos enumeratis patribus, iuxta fidē, inquit, defuncti sunt om- nes isti, nō acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes & saluantes, & confi- dentes quia peregrini & hospites sunt super terrā. Et infra: Et hi omnes, inquit, testimo- nio fidei probati inuenti nō acceperunt repromissionē, deo pro nobis aliquid melius pro- uidente, vt ne sine nobis consummarentur. Nimirū expectatio & illa à longe illoz salu- tatio atq; cōfessio magnus erat magni desiderij clamor, qualē hic in ista visione significa- ri decuit, magna voce angeli fortis fortiter p̄dicantis. Exempli gratia: Illi de quibus nouis- sime dixit, oēs testimoniō fidei probati nō acceperunt repromissiones. ¶ Legebant quod in vno eoz scriptū est de filij dei incarnatione: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabit nōmē eius Emmanuel. Ac deinceps: Paruulus natus est nobis, filius datus est no- bis. Et factus est principatus sup humerū eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consi- liarius, fortis deus, pater futuri seculi, princeps pacis. Et in alio de diuina eiusdē natiuitate: Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Item de eiusdē passionē: Vere languores nostros & peccata nostra ipse portauit: Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus: Sicut ovis ad occisionē ductus est, & sicut agnus corā tondente se obmutescet, & nō aperiet os suū. Et in alio: Foderūt, inquit, manū meas & pedes meos. ¶ Item de eiusdē resurrectione: Venite & reuertamur ad dominū, quia ipse cepit & sana- bit nos: percutiet & curabit nos. V iustificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos & viuē-

Deute. 33
Prouer. 3

Psal. 118

Melior li-
ber q̄ diui-
tiæ.

Cantic. 2

Luce. 10

2. Cor. 3.

vidi

Heb. 11

De incarna-
tione.
Eia. 7. 9

Psal. 24
Iohan. 13
Psal. 21

Osee, 2

COMMENTARIORVM LIBER III.

LI.

& viuemus in cōspectu eius. Et in psalmo: Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, Et item: Exurrexi & adhuc sum tecū. ¶ Item de eiusdē ascensione: Quomā eleuata est ma- gnificētia tua super cœlos. Et iterū: Ascendit deus in iubilatione, & dñs in voce tubæ. Et alibi: Dixit dñs domino meo sede à dextris meis. ¶ Item de aduentu vel dato spūs sancti: Et erit in nouissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnē carnem, dicit dominus & prophetabunt filij vestri & filie vestre. Et in alio: Effundam super vos aquā mundam & mundabimini ab omnibus inquinamētis vestris: & dabo vobis cor nouū, & spiritū no- uum ponā in medio vestri, siue (vt subinde ait) & spiritū meum ponam in medio vestri. ¶ Item de vocatione gentiū & abiectione Iudæorum: Vocabo nō plebem meam, plebē meā: & non misericordiā cōsecutam, misericordiam cōsecutam. Et in alio: Populus quē nō cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt. ¶ Item de iudicio eiusdē: Dñs ad iudiciū veniet cū senioribus po- puli sui, Et alibi: Dñe exaltet manus tua & non videant: videant, & confundantur ze- lantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Hæc, inquit, legebant & multa his similia: quia oīs fere scripturaz plenitudo circa septē hæc versatur mysteria, & desiderātes atq; suspi- rantes videre illōz adimpletiōē, dicebant: Quis est dignus aperire librū & soluere signa- cula eius? Circūspiciebant animo omne semen Israel, videbāt quotidie nascentes & mo- rientes, perpendebāt viuos & cōmemorabāt mortuos, & nullus omnino tantus erat vel talis apparebat, qui soluere hæc septē signacula, id est, in quo vel per quem implerentur tot & tāta hæc mysteria. Hoc est quod sequitur. L. Et nemo poterat in cœlo neq; in terra, neq; subtus terrā aperire librum, neq; respicere illum. ¶ Erant in cœlo angeli, erant in ter- ra viuētes homines iusti nonnulli, erant subtus terram, scilicet apud inferos in quadā ta- men requie, patriarchæ & prophete, reges quoq; & iusti plurimi mortui, & nemo illorū poterat aut potuerat aperire librū, id est, iam dicta adimplere mysteria scripturaz, neq; respicere illum, id est, nec saltem sperare de semetipso, q̄ tantum tamq; diuinum posset exequi salutis mundi negotium. Sequitur. L. Et ego flebam multū, quia nemo inuētus est dignus aperire librū, neq; videre eum. ¶ Parum erat huic beato Iohanni audisse vocē ma- gnā fortis angeli fortiter prædicantis, quis est dignus aperire librū, & soluere signacula eius, qua voce vel qua prædicatione magnū sanctoz antiquoz desiderium significaba- tur, nisi & vnctio (de qua ipse Iohānes alibi loquitur, & vnctio eius docet vos de omnib*) mentē eius inungeret, vt in ipso excessu præ dulcedine rerū quas viderat fleret, suoq; fle- tu sanctorum illorum desiderium experiretur q̄ flebile fuisset. L. Flebam ergo, inquit, mul- tum. Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris: Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Da- uid, aperire librū & soluere septē signacula eius. ¶ Hæc talis dictio vnus de senioribus nō solū flentem consolatur, verumetiam videntem atq; visurū docilem reddit, vt rerum siue imaginum quas videt cognitor fieri melius possit, præmonitus atq; ad memoriā rerū gestaz adductus in ipso excessu verbis huiusmodi: Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, Leonē nominat ei qui protinus agnū visurus erat. Sequitur enim: Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalū, & in medio senioroz agnū stantem tanquā occisum. Cur hoc? Videlicet quia is qui per mansuetudinē & patientiā in sua passione dignus erat & sicut agnus erat corā tondente se obmutescens non aperuit os suū, ipse consummata ea dem passione, mox tanquā catulus leonis ad prædā ascendens infernum spoliauerat, atq; in sepulchro requiescens & accubans vt leo & quasi læna, ipsam quoq; mortē corporis, & in semetipso & in nobis tertio die magno rugitu, magno cū terræ motu cōtriuerat. Sa- ne multo amplius iste leo tunc rugiet, quando ad iudicandū veniens, tēpestate valida cir- cum tonāte, mortuos oēs ac si dormientes, euigilare faciet. Ait ergo: Ecce leo de tribu Iu- da, id est, homo talis, qualis iuxta propheticā veritatem, quā Iacob patriarcha p̄dixit, naci- ci de tribu Iuda, vicit fortitudine sua principē aduersæ fortitudinis, tātus ac talis vt dign⁹ fuerit ac sit, aperire librū & soluere septē signacula eius. ¶ Quare autem dixit de tribu Iu- da radix Dauid, cū sic dicere potuisset, de tribu Iuda, de stirpe Dauid? Christus em̄, vt de tribu Iuda, ita & de femine Dauid est. Cur ergo vt de tribu Iuda nō ita dixit, de stirpe vel de femine Dauid? Videlicet quia tali dictione rē vel causam nō retigisset vnde leo sit, & vn- de vincere potuerit. Christus nāq; vnde de tribu Iuda est & ex femine Dauid, nō inde de- us est, neq; inde mortē vicit aut resurgere potuit, sed inde homo est, & inde tanq; agnus mori vel occidi potuit. Magnificētus ergo dictū est, vt dici debuit, radix Dauid. Magnifi- cū quippe & mirabile est eius esse radicē, de cuius stirpe descēdit. Nā si ad carnē respicias Christi, sic nō est ille radix Dauid* quomodo non radicē vitis portat, sed vitē radicē. Ita q; secundū diuinitatem dictum est radix Dauid, quia videlicet sicut radix vitem aut pal- mitem, ita patrem suæ carnis Dauid portat Christus secundū suam diuinitatem. ¶ Vnde em̄ Dauid & tota gens illa in scripturis prophetiis vinea dñi dici consuevit, nisi quia per

Psal. 31
Psal. 138.
Psal. 8
Psal. 45
Psal. 109
Iohel. 2
Acto. 2
Ezechi. 36

Osee. 1
Osee. 7.
Roma. 9
Psal. 17
Eia. 3
Eia. 36

1. Iohan. 2

Eia. 13

Gene. 49

quoniam

Esaiæ. 1
Hierem.
Iohan. 17.

Gene. 49
Exod. 12

Infra. 19

Iob. 12

Roma. 6

Zach. 12
Deut. 33
Prover. 33

Iohan. 6.

Thren. 30

Triplices
testes Chri
contra Iu
dæos.
Iohan. 8
Iohan. 3

Matth. 26

Esai. 53

Deut. 12.

fidē venturo inhærebat Christo, qui dicit, ego sum vitis? Deniq; sicut apostoli palmites, sic David vitis huius est palmes, nec aliquis veterū aut nouorū ad vineam domini pertine re potest aut potuit, nisi qui per fidem viti huic inhæret aut inhæsit. Sequitur. L. Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium & seniorū agnū stantem tanquam occisum, habentē cornua septē & oculos septem. ¶ Vnus idemq; Christus qui agnus est innocen ter moriendo, leo quoq; factus est mortem fortiter euincendo. Vtrunq; autē veteris scri pturæ autoritate fundatū est. Nam quē leonem siue catulum leonis Iacob patriarcha præ dixit, eundē per agnū Moses in Aegypto figurauit. Quomodo autē in medio throni stat agnus iste & quatuor animalū & seniorū, nisi quia sicut alibi dicitur, rex regum est, & do minus dominantū. ¶ Nam potestātē eius & sapientiā qua dominatur & imperat, expri mit dicendo, habentē cornua septē, & oculos septem. Septiformis nanq; spiritus in Chri sto vel super Christū requiescens, qui supra septē lampadibus, hic propter eminentiā po testatis & fortitudinis septē cornibus, & propter illuminationē gratiæ vel sapientiæ septē oculis cōparatur. Vnde loquitur Iob: Apud ipsum est fortitudo & sapiētia. Item: Apud ipsum est sapientia & fortitudo. Igitur agnū vidi, inquit, stantē in medio throni, & quatuor animalium & seniorū, id est, Christū sanctum sanctorum regnantem & dominantem in medio omnium sanctorū, cornibus septem & oculis septē, id est, spiritibus septem, quorū omnē in se habet plenitudinē corroborantē & illuminantē omnes, qui per fidē in cir cuitu eius sunt. ¶ Additur quoq; tanquā occisum. Quid est tanquā occisum, nisi aliquan do occisum, nunc autē viuunt. Nam ille quidem resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra nō dominabit, veruntamē signa mortis eius, loca clauorū in manibus eius & pedibus, locus lanceæ in latere eius, quæ suis discipulis post resurrectionē suā ostendit & palpanda præbuit, in memoriā sempiternā reseruantur, sibi ad gloriam, nobis ad gra tiam, inimicis eius ad crudelē cōscientiā, vt videant & cōfundantur iuxta illud propheti cum, videbunt in quē pupugerunt. L. Er venit & accepit de dextera sedentis in throno li brū. ¶ Cum, vt supra iā dictū est, in dextera sedentis, ignea sit lex, quæ est iste liber, in sini stra vero illius diuitiæ & gloria, valde notandū, quia veniēs Christus in hunc mundū per incarnationis mysteriū, nihil diuitiæ aut gloriæ de sinistra, sed tantummodo librum siue igneam legē accepit de dextera. Bonum exemplū cunctis præbens discipulis & credenti bus in se, nihil diuitiæ aut gloriæ voluit aut quæsiuit in hoc mūdo, pauper & egenus iste, imo & cū offerretur ei, sicut legimus in euangelio, quia venturi erāt hi quos saturauerat de quinque panibus & duobus piscibus, vt raperent eū & facerent regē super se, sciens hoc ipse fugit. Tantummodo meditari in lege dñi die ac nocte, tantummodo librum de dexte ra dignatus est accipere, intendens aperire illū, & soluere septē signacula eius. Consequē tur quidē illum, qui exemplo eius pro posse suo librum hunc accipiunt, labores & aduersita tes seculi, sed de isto etiā scriptū est: Saturabit opprobrijs, id ē, opprobria sustinere pro iu stitia dulce illi erit. L. Et cū aperuisset librum, quatuor animalia & vigintiquatuor seniores ceciderunt corā agno, habētēs singuli citharas & phyalas plenas odoramentorū, quæ sunt orationes sanctorū. Et cantabunt canticū nouū, dicentes: Dignus es dñe accipere librum & aperire signacula eius. ¶ Magna res, vehementer summūq; agebatur negotiū cū ve niret agnus ille, & accipiens aperiret librum, bonisq; ac legitimis opus erat testibus ad de fendendū atq; testificandū, q; ipse dignus esset accipere & aperire librum, id est, in quo de berent impleri scripturæ vel cuncta oracula prophetarū. ¶ Quis em̄ illi credidit cum dice ret se à deo patre esse missum ad tale ministeriū? Nam e contra perfidij Iudæi dixerūt: Tu de teipso testimoniū perhibes, testimoniū tuū non est verū. Et multa in hunc modum. Hinc Iohannes Baptista gemebundus clamati: Qui de celo venit super oēs est, & quæ vī dit & audiuit hoc testatur, & testimoniū eius nō accepit. Nemo, inquit, accepit, imo om nes cōtra steterunt, omnes falsum testē clamauerunt, & tanq; magū & seductorē interfe cerunt. Exempli gratiā: Quia dicēti pontifici, adiuro te per deū viuū, vt dicas nobis si tu es Christus filius dei benedicti, veritatē respondit: Et ille vidēs quia testimoniū eius ne mo accepit, tacuit: & sicut agnus coram tondēte se obmutuit, & nō aperuit os suū. Quid multa? Tanq; falsum testē occiderūt illū, sicut iam dictū est, & sic maxime aperuit librum, im pleuit oracula scripturæ. Ergo vt vel occiso nō deesset testimoniū, ecce triplex dignita tis eius testificatio sufficiens & abundās secundū sacræ legis edictū, q; in ore duorū vel triū testū stat omne verbū. ¶ Primus hoc loco testis, est vniversa sanctorū veterū ac nouorū ecclesia, q; hic intelligitur p quatuordecim seniores & quatuor animalia. Ecclesia nanq; vna omnīū electorū, p̄dicat scriptis, p̄dicat miraculis, in illo hoīe Iesu Christo q; crucifixus est, cōpleta esse oīa, & dicit. L. Dignus es dñe accipere librum, & aperire signacula eius, qm̄ occi sus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, et populo, et natiōe et fecisti nos deo nostro regnū et sacerdotes, et regnabūt sup terrā. ¶ Secundus testis, om̄s sanctorū

sanctorū angelorū chorus vel exercitus est, qui incarnandū annunciauerunt, natū cū glo ria in altissimis decantauerūt, tentato in deserto ministrauerūt, agonizantē in passione, vt Lucas testatur, cōfortauerunt, resurgētis gloriā beatis mulieribus apparētēs prolocuti sunt, ascendētis triumphū, & iudicaturi reditū sanctis apostolis intimauerūt. Ait ergo. L. Et vidi & audiui vocē angelorū multorū in circuitu throni & animalū & seniorū, & erat numerus eorū milia miliū voce magna dicentiū: Dignus est agnus qui occisus est, accipe re virtutē & diuinitatē, & sapientiam, & fortitudinē, & honorē, & gloriā, & benedictiō nem. ¶ Tertius testis, omnis creaturæ vniversitas est, q; omnia per ipsum facta sunt, & hoc est maximū atq; cōstantissimū dignitatis eius testimoniū, quia sine dubio nemo dignior il lo per quē omnia facta sunt, & sine quo factū est nihil. Pulchritudo cœli & omnīū quæ in eo sunt, pulchritudo terræ & omnīū quæ in ea sunt, pulchritudo aquarū & omnīū quæ in eis sunt, naturali quodā concentu dignitati eius perhibēt testimoniū, quia, sicut iam dictū est, omnia per ipsum facta sunt, q; videlicet deus pater ipse dixit & facta sunt, ipse manda uit & creata sunt. Hic autē est illius dicentis verbū, illius mandātis mandatū. Ait ergo. L. Et omnē creaturæ quæ in cœlo est, & super terrā, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in ea sunt, omnes audiui dicētes: Sedēti in throno & agno benedictio & honor, & gloria, & potestas in secula seculorū. ¶ Nunc iā diligētius & testū dignitatē atq; reuerentiā, & testi moniorū attendamus fidē atq; constantiam. L. Cum, inquit, aperuisset librum, quatuor ani malia & vigintiquatuor seniores ceciderunt corā agno habentes singuli citharas & phya las plenas odoramentorū, quæ sunt orationes sanctorū. ¶ Ante quā aperuisset agnus librum, antequā per passionē suam adimplet veritatem scripturæ, præter paucissimos, præter tres Magos ab Oriente venientes, & præter illū illuminatū à natiuitate cæcum, fere nul lus inuenitur procidēdo adorasse agnū, Christum dei filium, sed postquā aperuit, postq; obedientiā consummauit, omne genu curuatur cœlestiū, terrestriū & infernorū. Nec ve ro solummodo genu flectit, sed adoratio plena procidēdo perficitur, sicut & in psalmo scri ptū est: Corā illo procident Aethiopes, & adorabunt eum omnes reges. ¶ A postoli quoq; neq; illū adorare, neq; in nomine eius adhuc petere nouerant. Vnde & dicebat illis iā instāte hora suæ passionis: Vsq; modo non petistis quicq; in nomine meo. Ac deinceps: Illo die in noīe meo petetis. Ex quo propter quod humiliavit semetipsum, factus obediēs vsq; ad mortē, mortē autē crucis, deus illum exaltauit, ex eo iam exigitur vt adoremus & procidamus ante eū, & nomine eius petamus, dicētes deo patri, da vel p̄sta hoc vel illud, per dominū nostrū Iesum Christū filium tuum. ¶ Cum ergo aperuisset librum, cum adim plesset omnia quæ de ipso scripta sunt, quatuor animalia & vigintiquatuor seniores corā agno adorātes ceciderūt, q; sancti omnes noui pariter & veteres in cœlo & in terra, qui cunq; adorant patrē, adorant & filiū, adorant deum & hominem Iesum Christū habentes singuli citharas, instrumenta videlicet laudū ineffabiliū, instrumenta non manufacta, sed p̄ctora fidelia, & corpora cū plectro linguae dei personantia laudē. Citharis nanq; vbi ligno chordæ tendunt, corpora propter Christū mortificata recte cōparantur. ¶ Ha bent etiā phyalas, vascula videlicet ore lato patentia, id est, corda non angusta, sed p̄ cha ritatē dilatata. Huiusmodi phyalæ plene sunt odoramentorū, q; sunt, inquit orationes san ctorū. Nimirum & hoc ipsum latitudo oris phylarū, id est, ampla charitas efficit cordiū vt odoramentorū noīe honorent orationes sanctorū. Vnde est illud in psalmo: Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Et in cōsummatione virtutis & orationis suæ pius magister dicit: Ego me obtuli sacrificiū deo in odorē suauitatis. L. Et cantabāt canti cum nouū dicētes: Dignus es domine accipere librum, & aperire signacula eius, quoniā oc cisus es, & redemisti nos in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos deo nostro regnū & sacerdotes, et regnabūt super terrā. ¶ Adorabāt & citha rizabant, spirabant odoramenta orationū, & cantabant canticum nouū, atq; hoc erat & est magnū & ineffabile tripudium. ¶ Nouū, inquit, cantabant canticum, nam & cantores omnes ipsi noui sunt, oēs veterem hominē deposuerūt, & noua in Christo creatura sunt. Tota nimirū cantici materia noua erat, quia nouiter agnus occisus aperuerat librum, & re demerat eos in sanguine suo, quē admodū & ipsi cantantes dicūt: Recte ergo nouū dicun tur cantare canticū. Quod est illud canticū? Dignus es domine accipere librum, & aperi re signacula eius. Dominū dicunt agnū, rex enim est regum, & dominus dominantium. ¶ Cum autē iam dictū sit q; aperuisset librum, quomodo nunc dicunt, dignus es accipe re & aperire librum? Semel em̄ passus & mortuus est, & hoc modo librum semel aperuit, id est, scripturas impleuit. Ergo q; dicunt ei qui iam aperuerat, id est, adimpleuerat, dignus es accipere, idē est ac si dicāt, dignus es et potens sensum legentibus aperire et intelligen tiam scripturæ dare. Nam et hoc et illud vnus idemq; pro sua dignitate effecit. Moriens scripturas adimpleuit, resurgens spiritū sanctū dedit apostolis, qui ad intelligendas scri pturas

Matth. 1
Luc. 1-
Luc. 2
Matth. 4
Luc. 22
Matth. vlt.
Act. 1
Iohan. 1.

Psal. 32, 148

Matth. 2
Iohan. 2
Philip. 2
Psal. 71

Iohan. 16
Philip. 2

Quæ sunt
citharæ san
ctorum.

Psal. 140
Eph. 5.
Heb. 2

Eph. 4

pturas sensum illis aperuit, & signacula libri soluit, id est, soluta & intelligibilia facta esse mytheria scripturarum ostendit. Vnde hæc dñe dignitas tibi? Quoniã occisus es, inquit, & redemisti nos deo in sanguine tuo. Nisi occisus fuisses, nequaquam liber aperiri potuisset. Propterea Petro euaginantu gladium, cum mallet homines occidere q̄ ab hominibus occidi, te verũ agnũ dei, dixisti: Conuerte gladium tuum in locum suum. Non possum roga re patrem meũ, & exhibebit mihi modo plusquã duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebunt scripturã? Quia sic oportet fieri. Quoniam ergo occisus es, in eo ipso aperuisti librũ, & implesti veritatẽ scripturarũ. ¶ Occisus es & redemisti nos deo in sanguine tuo. Notandũ tale canticum in duobus quã sequuntur multitudinis angelorum & omnis creaturã testimonijs nõ esse, quia videlicet neq; angeli, quippe qui nõ perierãt, neq; creatura alia quãcunq; rationalis nõ est, sed sola hominũ ecclesia, quã hic intelligitur per vigintiquatuor seniores & quatuor animalia, in sanguine Christi redempta est. Propterea isti quidẽ dicunt, quoniã occisus es, & redemisti nos, angeli autẽ hoc tantũ, dignus est agnus qui occisus est, & nõ addunt, & redemisti nos. Porro cãterã oes creaturã quã in cœlo, & quã super terram, & quã sub terra, & quã in mari sunt, nihil horũ dicunt, sed tantummodo sedenti super thronũ a quo factã sunt, & agno per quẽ factã sunt, suo modo benedicunt. Soli ergo homines sunt qui primi ante angelos & ante omne creaturam primũ in isto cantico perhibent testimoniũ, dicendo: quã occisus es, & redemisti nos. Cui redemisti nos? Deo, inquit. Vnde redemisti nos? Ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Ex magna vtiq; dispersione congregasti nos, ex magna dissensione adunasti nos. Ex hoc nanq; homines multũ a semetipsis dissentiant, q̄ multaq; tribuũ, dissonanũ linguarũ, dissimiliũ populorũ, & diuersarũ sunt nationum. Porro ex hoc adeo dissentiant, q̄ a diabolo capti diuersorum tenentur irretiti laqueis errorum. Sed tu redemisti nos deo vt faceres nos dei filios, vt sicut in euangelio scriptũ est, filios dei, qui erãt dispersi, congregares in vnũ. Agnus qui in Aegypto in figuram tui occisus est, ex vna tantũ gente populũ illũ in sanguine suo redemit, ita videlicet, vt sanguis eius de limine sumptus, & in superliminari, & super virunq; postem positus domorũ in quibus comedebatur, percussorẽ nõ sineret ingredi & percutere, & occisus Aegyptiorũ primogenitis, hi qui prius tenebantur ab eis nõ solũ dimitterentur, sed etiam compellerentur exire, & diuiso mari rubro, ipsi quidẽ salui pertransirent, persequentes autẽ eos Aegyptij cum curribus & equis suis in medijs fluctibus interirent. Taliter tunc agnus ille populũ illum redemit, imo tunc dominus dominator agne per illius agni immolationẽ figuratiua redemptione illos redemisti. ¶ Nũc autẽ tu per te metipsum ita redemisti nos deo in sanguine tuo, vt sanguis tuus, q̄ pro nobis effusus est, de baptisimi tui sacramẽto sumptus, signo crucis frontibus nostris imprimatur, itemq; de sacro altari sumptus super virunq; postẽ domorum nostrarũ ponatur, dũ & cordis & corporis ore percipit. Hoc factõ percussorẽ diaboli ingredi nõ permittitur, sed primogenitũ, id est, originale peccatũ in nobis deletur, & omnia quã contra nos erãt actualia peccata, nosq; persequẽtũ, in aquis baptisimi absorbẽtur. Ita redemisti nos liberã a malignis spiritibus, & cõgregans de nationibus, & fecisti nos deo nostro regnũ & sacerdotes. ¶ Illud quoq; quod ad hoc redemisti nos, vt faceres deo nostro regnũ & sacerdotes, qui eramus serui peccati & demonũ sacrificatores, in illa vmbra figuratũ est. Redactos in seruitutem Aegyptiorum, & seruientes dijs eorum, filios Israel ad hoc redemisti, vt faceres deo qualecunq; regnũ, & de tribu Leui sacerdotes qualiscunq; sacrificij, sic incipiens & sic mandans Pharaoni: Dimitte populũ meũ vt sacrificet mihi. Factũ est tandẽ in manu forti, & populus ille regnum erat deo, donec malo cõsilio dicerent ad Samuelem: Nequaquã, sed regẽ constituere super nos. Item: Constituere super nos regem vt iudicet nos, sicut & vniuersã habent nationes. Dominus autẽ ad Samuelem: Nõ, inquit, te abiecerũt, sed me, ne regnẽ sup eos. Ergo & in illa figura sicillos de seruitute Aegyptiorum hominũ pariter & deorũ redemisti, vt faceres regnum deo, & de illis sacerdotes dei. Nos secundũ illam figurã fecisti in veritate deo nostro regnum & sacerdotes, vt iam nõ sumus serui peccati, sed regnũ iustitiã, vt nõ regnet peccatũ in nostro mortali corpore imo nec ipm corpus iã mortale sit, cũ mors per gloriã resurrectionis absorpta fuerit. Ecce iam & regnũ hic incipit, & sacerdotes sumus dei, nunc sacrificantes hostiã salutarem corporis & sanguinis tui, tunc autẽ & plene regnaturi, & incessabiles laudũ hostiã sacrificaturi. Vere magna largitas redimẽtis, qui ad hoc redemit seruos peccati, vt nõ seruos faciat vel habeat, sed regnũ & sacerdotes dei. ¶ Constatentur quidẽ omnes redempti, & verum dicunt quã sunt serui eius qui eos redemit, sed ipse q̄ redemit, nõ seruos, sed amicos, nõ sub seruientes, sed cõregnãtes facit, & dicit: Quid multa? Cõditione sui sui serui emptitũ, dõ gnatione illius vocant, & sunt amici, & filij vocãtur, & sunt regnũ, & sacerdotes dei. ¶ Et regnabunt, inquit, super terrã. Quomodo illi iam dicti de ergastulo Aegyptiorũ liberati regna-

Math. 26.

Iohan. 11.
Exod. 12.
Agnus ty-
picus,

Exod. 3.

1. Reg. 8.

Roma. 8.
1. Cor. 15.

Quo sancti
serui sunt
& amici.

regnauerunt super illam repromissionis terram, vnde Chanaanũ & Amorrhãi propter sua peccata eiecti sunt, ita isti regnabunt super veram repromissionis terram, super terram viuẽtium, vnde propter superbiam illi apostatã spũs eiecti sunt. Notãdum vero, q̄ de prima persona transferũt ad tertiam cum præmissõ, & fecisti nos deo nostro regnũ & sacerdotes, adiungũt, & regnabũt super terram. Religiosa valde trãsitio est hæc, declinãs etiam in sono vocis vane gloriãntium similitudinem. Etenim cum veraciter dicere possent, & regnabimus super terrã, magis humiliter dicere placuit, & regnabũt super terram. Itaq; & fecisti nos deo nostro regnum, sit laudatio oim communiter cõstitentium, & regnabũt super terram, dictũ sit singulorũ humili se reuerentia deprimentium. Sed nec illud prætereundum est, q̄ nõ dictum est, & regnabũt in terra, sed regnabunt super terram. Sancti quippe conditione in terra sunt, quã spũs eorum in terreno corpore sunt, sed vita & cõuersatione super terram sunt, & super terram atq; corruptibilia membra sua tenent principatum. Et nũc q̄ dem quã diu corpora mortalia sunt, cum labore & solitudine regunt illa, in futuro autẽ in pace & securitate super illa regnabũt. ¶ Et vidi & audiui vocem angelorum multorũ, in circuitu throni, & animalium, & seniorũ, & erat numerus eorũ milia milium voce magna dicentium: Dignus est agnus q̄ occisus est, accipere diuinitatem, virtutẽ, & sapiã, & fortitudinem, & honorem, & gloriã, & benedictionem. ¶ Primus testis ad quem magis pertinet hoc negotium, s. ois cõsetus electorũ hoim, prædictõ modo suũ edixerat testimoniũ, & inde vidi (ait testis) alterius vocem, & hic erat ois chorus angelorũ stãtium in circuitu throni, & animalium, & seniorũ, videlicet ad magnum spectaculum redemptionis & saluatõis hoim. ¶ Numerus eorum infinitus est. Hoc em̄ satis admiratiue prædicat dicendo, & erat numerus eorum milia milium. Deniq; numerus eorum milia milium, cum nõ dicatur quot milia, manifeste numerum sonat infinitum. Ita in Daniele cum dicitur, milia milium ministrabant ei, & decies millies centena milia assistebant ei, multus quidem numerus est decies millies centena milia, sed tamen finitus, numerus vero milia milium, finitus nõ est. ¶ Ad istorum, s. angelorum omnem multitudinem pertinet huic agno perhibere testimoniũ, quã videlicet et si nõ per ipsum redempti sunt, quã nõ perierant, attamen & per diuinitatẽ eius cõditi sunt, & per sanguinem eius nobis cõciliati sunt, iuxta illud Apostoli: Quia in ipso cõdita sunt vniuersa in cœlo & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dñationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. Et subinde: Quia in ipso complacuit oem plenitudinem habitare, & per eum reconciliari oia in ipso pacificans per sanguinẽ crucis eius, siue quã in cœlis, siue quã in terra sunt. Et alibi: Vt notũ nobis faceret sacramẽtum voluntatis suã scdm beneplacitum eius qd̄ proposuit in eo, in dispensatiõne plenitudinis temporũ. Exponit statim qd̄ sit illud beneplacitũ dei, ita subiungẽdo: Instaurare oia quã in Christo, quã in cœlis & quã in terris sunt in ipso. Hoc em̄ erat beneplacitũ dei, videlicet impleto tpe ordinatiõis suã instaurare in fide Christi, quã in cœlis sunt semiplena, i. numerus angelorũ q̄ diminutus erat, & quã in terris sunt euacuata, s. hoies qui perierant. Igitur quã angeli & in ipso cõditi, & per sanguinem eius hoibus conciliati sunt, & ex hoibus numerus eorum supplet per ipm bene in circuitu throni, & animalium, & seniorum, ecce adfunt ad testificandum, & auditur testimoniũ illorum voce magna, i. magno affectu dicentium: Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, &c. Quia angeli sunt q̄ non perierũt, idcirco non dicunt, dignus est agnus q̄ occisus est, & redemit nos, quomodo pauloante dixerũt homines, quã occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo, sed hoc tantum dicunt, dignus est agnus qui occisus est. ¶ Septem numero insignia testificantes agno ascribunt, virtutem, diuinitatem, sapiã, fortitudinem, honorem, gloriã, benedictionem. Et in isto numero laudum pariter intelligimus vniuersã, quã cũq; sacris cõtinẽtur scripturis eiusdem agni Christi præconia. Sũt em̄ & alia multa hmoi maiestatis & sublimitatis eius noia, regnum, imperium, salus, vita, potestas, & his similia. ¶ Legebãtur hæc sparsim in scripturis. Exempli grã, in Esaia sic: Paruulus em̄ natus est nobis, filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomẽ eius admirabilis, cõsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabit eius imperiũ, & regni eius nõ erit finis. Legebãt hæc Iudã, sed indignum iudicabãt eum, quẽ sicut agnum occiderãt. Indignũ oim et ineptum reputabãt cũctis noibus istis, q̄pe cum ista sint præconia Christi, ipsi autem nolebãt istum filium, vt putabãt Ioseph, filium, vt improperabãt, fabri, Christum vllatenus esse vel dici. Decertãt ecõtra testificãtes angeli: Agnus iste qui occisus est, hic vermis et nõ homo, qui conculcatus, et crucifixus est, hic filius hominis, filius quidem Mariã, sed nõ filius Ioseph, dignus est accipere omnia hæc, dignus est, de quo dicantur et prædicentur omnia ista. ¶ Dignus est accipere virtutem, dignus est esse vel dici rex ille, de quo Psalmista: Domine (ingit) in virtute tua stabis rex. ¶ Dignus est accipere diuinitatem, dignus est hoc noie,

Milia milia
id est, nũerus
infinitus
Danic. 7.

Coloss. 1.

Ephes.

Septẽ laudis
angelicæ
signia.

Esa. 9.

Iohan. 3.
Math. 13
Psal. 21

Psal. 24.

Philipp. 2
Esaia. 2
Hierem. 23

Pfal. 73

Pfal. 44
Pfal. 98
Pfal. 8
Pfal. 20

Gene. 22
Pfal. 71

Pfal. 44

Pfal. 28

Pfal. 46
Pfal. 97

Coloss. 2
1. Cor. 1
Esaia. 29
1. Cor. 1
Job. 7
Pfal. 44

Ibidem.

Philipp. 2

1. Cor. 15

Pfal. 148

quod est super omne nomē, qđ nomē deus est: & hoc accipe de propheta iam dicto, apud quē deus est dictus hoc modo: Er vocabit nomen eius admirabilis, cōsiliarius, deus. ¶ Dignus est accipere sapiam, dignus est: vt is ipse esse credat, de quo Hieremias: Ecce (inquit) dies venient, dicit dñs, & suscitabo Dauid germē iustū, & regnabit rex, & sapiens erit. ¶ Dignus est accipere fortitudinē, vt credat esse is ipse, de quo ibidem Esaia: vbi dixerat, & vocabit nomen eius admirabilis, cōsiliarius, deus: addidit fortis. Et de quo Psalmista: Dñs (inquit) fortis & potens, dñs potens in praelio. ¶ Dignus est accipere honorem, vt is ipse credatur esse, de quo idem Psalmista, ex qbus (inquit) delectauerunt te filia regum in honore tuo. Et alibi: Honor regis iudicium diligit. ¶ Dignus est accipere gloriam simul & honorem (vt iam dictum est) vt is esse non dubitet, de quo itidem Psalmista: Gloria & honore coronasti eū, & constituisti eum sup opa manuum tuarū. Item: Magna est gloria eius in saluari tuo, gloriam & magnū decorē impones super eū. ¶ Dignus est accipere benedictionem, vt is esse cognoscat & credat, de quo ibidem continuo Psalmista dicit: Qm̄ dabis eum in benedictionem in seculum seculi. Item, vt credatur esse illud semen, de quo ad Abrahā deus locutus est: Et in semine tuo benedicent omnes gentes. Et in Dauid: Sit nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius. Et benedicent in ipso omnes tribus terrarū. Item ad ipsum: Speciosus forma prae filijs hoim, diffusa est gra in labijs tuis, propterea benedixit te deus in aeternum. ¶ Accipiat ergo agnus q occisus est, accipiat vt dignus est, virtutem, ad efficiendos dāmones de tēplis vel delubris gentium, & de latebris simulachrorū, vbi colebant, & vbi dabant responsa fallaciae suae, mentiēdo se deos esse, atq; inde proturbet eos dñs virtutum, iuxta illud in Psalmo: Et in virtute brachij tui dispersisti inimicos tuos. ¶ Accipiat diuinitatē, vt dignus est, vt expulsus dijs falsis de cordibus gētiū, ipse solus adoret, q verus deus est, vt fiat item qđ in psalmo scriptum est: Regnabit deus super gentes, & vt decantet iam totus orbis, qm̄ omnes dij gētiū dāmonia, dñs autē celos fecit. ¶ Accipiat sapiam, vt dignus est, quatenus neminem suorum quis seducere possit per philosophiā, & inanem fallaciam secundum traditionem hoim, scđm̄ elementa mundi, & nō secundum ipsum. ¶ Accipiat (inquam) sapiam & fortitudinem, vt quae sunt stulta mūdi eligēs, confundat sapientes: & infirma mūdi eligēs, confundat fortia iuxta illud qđ scriptū est in Iob: Perdā sapiam sapiētum & prudētiam prudētium reproba bo, qđ est accipere sapiam, Fortitudinē autē, iuxta illud in psalmo: Accingere gladio tuo sup foemur tuū potētissime. Specie tua & pulchritudine tua, intēde prospere procede & regna. Propter veritatē, & mansuetudinē, & iustitiā, & deducet te mirabilis dextera tua. Sagittae tuae acutae, populi sub te cadēt in corda inimicorū regis. Ita fiet, vt neq; sapia philosophorū oculis agni, neq; fortitudo regum aut imperatorū, cornibus agni, q occisus est obuiare aut resistere possit, qn̄ habeat deus sapiens & fortis, & audiant, & credant in eum omnes populi. ¶ Accipiat & honorem, vt dignus est, quatenus corda & corpora quae malignorum spirituum, & vitiorū oim fuerant receptacula, fiant ipsius habitacula munda, & templa venerabilia, sintq; vt continuo psalmus dicit, sedes tua deus in seculū seculi, sintq; filiae regū delectatēs te in honore tuo, i. ciuitates quas reges seculi construxerūt, siue ecclesiae quae ab Apostolis propagatae tanq; filiae regum sint sanctae viuētes pro honore tuo. ¶ Accipiat cum honore gloriam, vt dignus sit, vt gentes quae bene viuendo honorant eū, etiā bene loquēdo glorificēt eum, praedicando sanctum sanctorū meliorem angelis, excelsiorem cœlis, idētem ad dexterā maiestatis, atq; ita ois lingua (vt Apostolus ait) confiteatur, qđ dñs Iesus Chřsus in gloria est dei patris. ¶ Accipiat & benedictionem, vt dignus ē, benedicant eum omnes sancti eius, non sibi, sed illi attribuendo id quod sunt, grās agētes deo patri per ipsum. L. Et omnem creaturā quae in caelo est, & quae super terram, & quae sub terra, & q̄ sunt in mari, & quae in ea sunt, oēs audiui, dicētes: Sedenti in throno & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorū. ¶ Creaturae illae, qbus Chřs passio pacis & gloriae contulit commodum, s. cœtus vterq; angelorum & hoim, eiusdem mortis Chřs in sua testificatione titulū posuerunt, isti, s. hoies dicētes agno, dignus es dñe, qm̄ occisus es, & redemisti nos illi videlicet angeli, qui redempti non sunt, qā non perierant, dicentes hoc tantum, dignus est agnus, q occisus est. Porro, creaturae ceterae quae in caelo, & quae sup terrā, & q̄ sub terra, & quae sub caelo, & q̄ in ea sunt, sol, luna, & stellae, aquae quae super caelos sunt, & ceterae omnes, quas in laudando dominum Psalmista excitat, quarum omnium est tertium hoc loco testimonium, vt fiet hoc propositum de dignitate agni verbum, neque de redemptione sui, vt animalia, & vigintiquatuor seniores, neq; saltem de occisione agni, vt omnes angeli, vllam faciunt mentionem, sed tantummodo dicunt: Sedenti in throno & agno benedictio, &c. Neque enim occisus est agnus ob talium creaturarum redemptionem, aut ob vllam earum instauracionem. Tātummodo qđ creata sunt creatori concinunt non quidem rationali aut vocali confessione, sed naturali sui statu

status praesentatione. Et qđ hoim redemptio, atq; angelicorū ordinum instauratio, per solius agni occisionem facta est, sola em̄ filij persona passa est, natura vero vel substantia creaturay oim, dicente patre per verbum, i. per eundem filium condita est, recte & hoies, & angeli sola in illa iam dicta confessione sua occisionem agni praedicant, istae autē creaturae & sedentem in throno, s. patrem, & agnum, i. filium patris laudant. ¶ Prima in eay laude est benedictio. Cur hoc? Videlicet, qđ sunt etiā in his quaedam creaturae quae nō solum pcepto eius in natura sunt, sed etiā bñdictione eius in suę successionis posteritate subsistūt, s. omnis creatura viuens atq; motabilis, quam produxerant aquae in spēs suas, & omne volatile secundum genus suum. Scriptum est em̄: Et vidit deus qđ esset bonum, benedixitq; eis, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, auesq; multiplicent super terram. Recte ergo primam benedictionis vocem emittunt ei, per cuius subsistunt benedictionem. ¶ Dant deinde & honorem, tanq; dño domus magnae, quā condidit ipse tāta & tam speciosa tanq; diffusa pulchritudine. Fabricatori qđ domus honor in eadē domo debet, quem admodū dicit Apostolus: Ampliori em̄ gloriae iste praer Mose dignus habitus est, quāto ampliorē honorē habet domo, q fabricauit illam. Omnis nanq; domus fabricat ab aliquo. Qui autē fabricauit omnia, deus est. Et qđ domus dei sumus nos, sicut subinde idem Apostolus: Chřsus vero (inquit) tanq; filius in domo sua, quae domus sumus nos, verūtamēn & haec mundi fabrica nihilominus quaedam domus dei est, quā tanta creaturarū diuersitas tanq; familia eius inhabitat. ¶ Dant illi & gloriam, videlicet vt etiā pro tali factura gloriae, & dicat: Ego dñs creans celos, & formans terram. Et in Esaia: Quis mensus est pugillo aquas, & celos palma ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terrae, & libravit in ponderē montes, & colles in stateras? Et his similia. ¶ Dant ei & potestatē, cū videlicet cūctis euaneſcētibus mūdi huius potestatibus, solus q̄ sedet in throno, & agnus potestatem creaturae suae obtineat, quē admodū Danieli ostensum est visione clarissima. Et vidit (inquit) qm̄ interfecta esset bestia, perisset corpus eius, & traditū esset igni ad comburendum, altarum quoq; bestiarū ablata esset potestas, & tēpora vitae constituta essent, eis vsq; ad tempus & tempus. Aspiciēbā ergo in visu noctis, & ecce cū nubibus caeli filius hoim veniebat, & vsq; ad antiquū diē puenit, & in cōspectu eius obrulerūt eū, & dedit ei p̄tatem & honorem, & regnū: & omnes populi, tribus & linguae ipsi seruiēr. Potestas eius potestas aeterna quae non auferet, & regnum eius qđ non corrumpet. ¶ Hanc potestatē dat illi etiā creatura quae est sub terra, s. infernali carcere inclusa, veruntū non voluntaria confessioe, sed coacta cōfessione. Nā & ipsi maligni spūs, volētes nolentes, sedentis in throno & agni potestatem confitebunt. L. Et quatuor animalia dicebant: Amen. ¶ Amen, vere siue fideliter interpretat: Amen ergo dicere, est verum testimonium confirmare. Dicunt hic, & faciunt quatuor animalia, i. quatuor euangelia, confirmant, qđ agno quē vt sedenti in throno qđ filio Iesu Chřso quē vt patri deo benedictionem, & honorem, & gloriam, & potestatem, suo modo asserat vel testet omnis creatura. Quartum tamen animal simile aquilę volanti, quod est hic ipse Iohannes, manifestius hic amen dicit, scribendo, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. L. Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuētem in secula seculorum. ¶ Finis vel consummatio testimoniorū oim, adoratio est perseverans in aeternum, cuius videlicet adorationis vigintiquatuor seniores, i. omnes ecclesiae siue ecclesiarū praerati, & iudices, sic digne agunt principatum, sicut testificationis exercuerunt magistratū. L. Et vidi, cum aperuisset agnus vnū de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitruū: Veni, & vide. ¶ Supra compendio dixerat, agnum aperuisse librum, nunc vero eiusdem libri apertionem ordinē digerit per singulorū sigilloꝝ solutionem. Iam autē & nos supra diximus, septem libri signacula, septem esse (quae clausa in scripturis continebantur) eiusdem agni Iesu Chřs mysteria, s. eius incarnationem, passionem, resurrectionem, ascensionem, spūs sancti effusione, gentium, derelicta Iudaea vocationem, iudicium vltimū, & seculi consummationē. ¶ Cum ergo Chřsus Iesus q in forma dei erat, semetipsum exinanauit, formam serui accipiens, & in similitudine hoim factus est: tunc vtiq; agnus vnū de septem sigillis aperuit. Quendam em̄ partem scripturay, quarum omnis intentio circa iam dicta versat mysteria, tunc adimpleuit. Exempli gratia: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanq; sponsus procedens de thalamo suo. Item: Speciosus forma prae filijs hoim, diffusa est gra in labijs tuis. Ac deinceps: Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus deus tuus oleo laetitiae praer confortibus tuis. Et alibi: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Et in Esaia: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabit nomen eius Emmanuel. Haec & cetera huiusmodi tunc adimpleuit Iesus Chřsus, quando formam serui accepit, q erat in forma dei. Oportet autē eum, q talium ditorum sibi signaculum solui, i. intelligentiam cupit aperiri, prius habere meritū fidei, Sequitur

Cur primo dant benedictionem

Gene. 1

Hebr. 3

Esa. 40-45

Daniel. 2

Qualis confessio dignum

CA P. VI.

Philipp. 2

Pfal. 44

Pfal. 96

Esa. 7

Philipp. 2

Sequitur

Anial hoc facies hois est. i. incarnatio nato

Sequitur ergo: Et audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitruum magni. Veni & vide. Nam veni & vide, hoc est, primū crede, & sic demū intellige. Porro, animal hoc vnum de quatuor ipsa est facies hois, i. incarnatio eiusdem Chri filij dei. Princi paliter nanque, vt superius iam dictum est, quatuor animalia, quatuor maxima, sunt Chri sacramenta, quæ nullo Chriano neficire liceat. I. incarnatio, passio, resurrectio, & ascensio: secundarie vero ipsi, q̄ quatuor scripserunt euangelia. Vnum itaq; vel primū ex quatuor animalibus incarnatio Chri est, cuius videlicet incarnationis voces toties audimus, quoties eadem incarnatio nobis in ecclesia prædicat. ¶ Auditur aut̄ vox tanq̄ tonitruum, q̄ videlicet non sicut probrosa vanitas susurrat in angulis, sed palam omni mūdo prædicari amat plenitudo partus virginalis, ita vt merito comparet̄ tonantibus cœlis, iuxta illud Dauidi cum: Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. L. Et videt̄, & ecce equus albus, & q̄ sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret. ¶ Et videt̄, i. intellexit: Et reuera omnis q̄ venit, i. q̄ fideliter credit, ipse intelligit incarnationis Chri mysterium sic esse velut equum, & sedētem super illum, intelligit, non hoīem tantum, aut deum tantum, sed hoīem simul & habitantem in homine deum, hoīem deo vel deum homini in vnitāte personæ coniunctum: Nam quomodo equum & super eum sedētem hoīem, vnum equitem dicimus, sic hominem hunc & inhabitantem deum, vnum confitemur Chri. Attamen deus huic homini multo cōiunctior est, quā equo homo qui illi insidet, q̄ homo ex equo descendit, ab hoīe isto deus, quilibet assumptus, nunquam discedit. Semel tantum caro mortua in sepulchro iacuit, sed ab anima diuinitas nunquam discessit. Resurrexit caro anima resumpta cum virtute diuinitatis, & deinceps tam caro quā anima cum verbo permanet vnus Christus indiuisibilis. ¶ Itaq; equum album & eum q̄ sedebat super eum, vnum intelligimus Christum, & hunc equum illud esse iumentū, de quo in illa parabola, de homine q̄ inciderat in latrones sic dictum est: Et appropians videlicet Samaritanus, alligauit vulnera eius, infundēs oleum & vinum, & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum. Samaritanū, illum sedētem super iumentum suum, vnum intelligimus deum & hoīem Chri. Qui profecto vulneratum hoīem super iumentum suum imposuit, q̄ peccata generis humani ipse in corpore suo pertulit. ¶ Et recte hic equus albus dicit̄, q̄ quod certum tenet fides catholica, hic homo de spū sancto conceptus, sine peccato de virgine est natus. Solus iste est q̄ non in iniquitatibus conceptus est, quem non in peccatis mater sua concepit, in peccatis videlicet præuaricationis Adæ, in quo omnes peccauerunt (vt Apostolus ait) sed non iste, quē (vt iam dictū est) de spū sancto virgo concepit. L. Et q̄ sedebat super illum habebat arcū. ¶ Arcum habebat, ipse em̄ est vir sagittarius, de quo in Iob contra Behemoth dicit̄: Non fugabit eum vir sagittarius, s. de perfidorum cordibus, q̄ nullis futuri iudicij comminationibus adquiescunt vt conuertant. Arcus quippe de longinquo feriens, iudicium significat, qd̄ nondum est, sed in extremū differtur diem. Hunc iudicij arcum ille habebat, q̄ iudicium omne siue potestatem faciendū iudicium pater illi dabat, & illud facturū pœniam prius prædicare, & peccatorum remissionem dare veniebat. L. Et data est illi corona. I. i. sancta in duodecim apostolis ecclesia primitiua. Vnde est illud in psal. Posuisti in capite eius coronam. Nam in capite eius coronam de lapide pretioso posuisti, hoc est, in initio prædicationis eius chorū apostolorum, q̄ vtiq; scdm̄ fidem lapides viuī, lapides sunt pretiosi, tu pater illi dedisti. Vnde dicit̄: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Tui erant, & mihi eos dedisti. L. Et exiuit vincēs vt vinceret. ¶ Exiuit videlicet anno suo incipiente tricesimo baptizatus ad prædicandū, atq; in ipso exitu suo vicit tētatorem diaboli. Statim q̄ppe à spū sancto ductus in desertū, cū ieiunasset q̄draginta diebus & quinginta noctibus, & postea esuriret, in tribus tētationibus (vt legimus) tētatorē vicit, à quo primus homo tētatus & victus fuit. Itaq; exiuit vincēs, ob hoc vt vinceret. i. ob hoc tētationes suas vicit, vt nostras in quibus victi fuimus, tētationes superaret. Vñ & Apostolus: In eo em̄ in quo passus est ipse tētatus, potens est & eis q̄ tentant auxiliari. Itaq; sic exiuit sic nascendo & viuendo peccato caruit, & oīa tentamina vicit, vt ad mala nostra vincenda tota properaret intentione charitatis. L. Et cum aperuisset sigillum secundū, audiui secundū animal, dicens: Veni & vide. ¶ Quādo Chrius Iesus humiliavit semetipsum factus obediēs vsq; ad mortē, mortē autem crucis, magnum vtiq; sigillum libri agnus aperuit, plurimam q̄ppe partē scripturæ eadē sua passione adimpleuit, & intelligibilē fecit. Exempli gr̄a: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Itē: Oblatus ē q̄ ipse voluit, & nō aperuit os suum. Ac deinceps: Tradidit in mortem animam suam, & cū sceleratis reputatus est, & ipse multos peccata tulit, & pro transgressoribus exorauit. Et in psalms: Foderunt manus meas & pedes meos. Itē: Diuiserunt sibi vestimēta mea, & super vestē meam miserūt sortem. Hæc & alia q̄ plurima de prophetis & de psalmis, plurima

Equus iste & fessor eius est ipse Chri deus & ho

Luc. 10

Esaie. 53

Psal. 50 Roma. 7

Iob. 40 Iohan. 7

Psal. 20

Iohan. 17

Matth. 4

Hebr. 2

Philipp. 2

Esaie. 53

Psal. 21

vina atq; magnifica dicta vel decreta sanctæ ac mysticæ legis, sub hoc sc̄do sigillo clausa tenebant, qd̄ tunc agnus iste soluit, quando Chrius Iesus agonizans in patibulum crucis ascendit, & spū tradito, mortuus in sepulchro quieuit. Audiui (inqt) secundum animal, dicens, veni & vide. Secundum animal, i. facies vituli, ipsa est passio dñi, cuius vocē toties audimus, quoties ipsa nobis annuntiat, maxime autem quando baptizamur, & quando sacramentum corporis & sanguinis eius celebramus aut percipimus. Quicunq; em̄ baptizati sumus in Chro Iesu (ait Apostolus) in morte ipsius baptizati sumus, & quotiescunq; manducamus panem hunc, & calicem bibimus, mortem dñi annuntiamus. Venimus & videmus, i. credimus & intelligimus. L. Et exiuit alius equus rufus, & q̄ sedebat super eum, datū est ei, vt fumeret pacem de terra. ¶ Equus rufus ciuitatis diaboli, ciuitatis Babylonie est populus sanguinolentus, & fessor atq; agitator eius diabolus est. ¶ Apud Zachariam q̄ dem legimus equū dñi roseum, sed equus ille nō alius est, q̄ is q̄ supra visus ē equus albus. Ille nanq; & propria munditia albus est, & proprio sanguine est roseus, propter quod in Canticis dicit̄: Dilectus meus candidus & rubicundus, hic aut̄ sanguine alieno, sanguine sanctorum, quem effudit, rufus est. Hic equus exiuit, in iam dicta passione dñi, iam dudū rufus omni sanguine iustus, à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguine Zachariæ filij Barachiæ & tunc exiuit, vt implet mensurā homicidiorū suorū, iunctis sibi gentilibus & Pontio Pilato ad occidendū dñm. Diabolus em̄ sedebat super eum. ¶ Et datum est ei, vt fumeret pacem de terra, vt auferet pacem de subdita sibi generatione terrena, ita vt inuicem interficiant. Hoc illi datum, i. permittum est suadenti Iudæis, quorum vtiq; fessor erat, & quos agitabat, quatenus sediciosum Barabbam sibi admitti, Iesum vero postulare crucifigi. Hoc nanq; agendo pacem de terra sumpsit, i. absumpsit. Nunq̄ em̄ extunc pax fuit genti illi, iusto videlicet iudicio, vt q̄ peremerant principem pacis, seditiones hæreditaret Barabbæ, quem sibi petierant dimitti. Et ideo pacem fumere de terra, datū est ei, vt inuicē interficiant. ¶ quod q̄ verum sit, plenius videt atq; miratur, quisq; illud tam mirabile, q̄ miserabile Hierosolymorum excidium sub Tito & Vespasiano factum legit, cuius videlicet excidij nos adhuc in solutione sexti sigilli meminisse oportebit. L. Et datus est ei gladius magnus. ¶ Gladius magnus, magna & longa persecutio intelligit, quem videlicet persecutionis gladium eques ille malignus à Chro vsq; ad nouissimos electos eius tanquam à capite magni corporis vsq; ad pedes eius ducere permittit. Vex de hoc plenius suo loco dicendū erit, vbi de sanguine sanctorū ebria demonstrat̄ Babylon meretrix. L. Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni & vide. ¶ Qua die resurrexit Chrius Iesus à mortuis, & stans in medio discipulorū suorū, dixit eis, pax vobis, accipite spū sanctum, quorū remisistis peccata, remittunt̄ eis: nimirum agnus tertium libri sigillum aperuit, q̄ magna scripturarum præconia, quæ de ipso erant, adimpleuit. Exempli gr̄a: Catulus leonis Iuda, ad prædam filij mi, ascendisti. Re q̄ scens accubisti, vt leo, & quasi læna, quis fuscitabit eum? Et illud in Olee: Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Et in psalms: Facite ei q̄ ascendit super occasum, dñs nomen illi. Item: Exurrexi & adhuc sum tecum. Hæc & his similia dum adimpleuit, & intelligibilia fecit Chrius resurgendo ex mortuis, tunc (vt iam dictum est) agnus tertium sigillum aperuit. Porro, tertium animal, siue vnus animalis tertia facies, ipsa resurrectio est, cuius vocem toties audimus: dicens: veni & vide, quoties eiusdem resurrectionis gloria prædicatur nobis ore gratulantis ecclesiæ. L. Et ecce equus niger, & q̄ sedebat super illum, habebat stateram in manu sua. ¶ Equus niger, falorum fratrum caterua est, quales prior dñs contribules suos Iudæos perpeffus est, vnum se patrem habere deum gloriantes. Equus iste niger cū fessor suo diabolo tunc apparuit, stateram habens in manu sua, quando primū hæc ipsa resurrectio Iesu Chri falsis fratribus illis est nuntiata. Sic em̄ Matthæus narrat: Ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia que facta fuerant. Et congregati cum senioribus consilio accepto pecuniam copiosam dederūt militibus, dicentes: Dicite, q̄ discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt cum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos vsq; in hodiernum diem. Itaq; q̄ supra niger sedebat equum, stateram habebat in manu sua, q̄ diabolus mendax, falsos & mendaces agitans, egit vt ad negandam, & dissimulandam Chri resurrectionem, mendaciū compararent appensa pecunia. Non tunc data est illi statera, sed habebat (inqt) stateram in manu sua, iam em̄ sibi fecerat, quādo Iudas falsorū fratrum vnus vel notissimus, pecuniā ab eis ob traditionē sanguinis innocētis, s. triginta argenteos acceperat. Vnde & dicit̄ huic: Bilibris tritici denario, & tres bilibres ordi denario, & vinum ne læseris. ¶ Computemus libras quantæ contingant triginta argētis siue denarijs, videlicet ita vt octo libræ binis semp supputent denarijs iuxta

Roma. 6 1. Cor. 11

Zach. 1

Cantic. 4

Matth. 25

Matth. 27

Iohan. 20

Gen. 49

Osee. 13

Psal. 67

Psal. 13

Matth. 26

rijs iuxta præsentem traditionē qua dicit, bilibris tritici denario, & tres bilibres orde dei denario, & sunt insimul libræ cētum viginti. Tot aut erant in initio credētes, quos ille venditione sua redemptos, Chrus in hoc mundo superstitēs reliquit, sicut in Actibus Apostolorum Lucas dicit: Erat aut turba hoīm simul fere centum viginti. Dicatur ergo huic, frateram in manu sua habenti: Bilibris tritici denario, & tres bilibres orde denario, & vinum & oleum ne læseris. Quod est dicere: Et si multitudinem Iudæorū infidelium lædis, diuulgato mēdacio, quod pecunia copiosa coemisti, ne tñ vsq; quaq; glorieris, q̄a nequa q̄ eos q̄ ad me ptinet, lædere concedit tibi, quos venditus ego redemi, quorū licet nunc numerus paruus sit, omēs tñ idem numerus significat, q̄ per verbum eorū sunt credituri fidemq; habituri sanctæ trinitatis. ¶ Nam iuxta præfatum numerum triginta argenteorū, cum bilibris tritici denario, & tres bilibres orde vā neunt denario, sunt simul tritici libræ triginta, orde vero libræ ter triginta, i. nonaginta, & in oibus his numerus ternarius fidem sanctæ trinitatis exprimes, lære coruscet. Simul vero triginta & nonaginta cētum viginti faciunt, q̄ numerus (vt iam dictum est) initio credentiū fuit. Et imparis q̄dem meriti fuerunt, quemadmodū tritici & ordeum in cōmodis agricolæ non eiusdē momenti sunt, veruntamen oēs de vno grano frumenti, quod cecidit in terram, & mortuum fuit fructificando succreuerunt, & eandē (vt iam dictū est) trinitatis fidem tenuerūt, & prædicauerūt. Quicquid fiat, quicquid facias de fratribus illis pro sua falsitate nigris, istos lædere, istos in errore vel mendaciū abducere nō concedit tibi. ¶ Vinū quoq; & oleum vt lædere possis, non tibi concedit. Quod vinum & quod oleum? Profecto geminum sancti spūs datum. Primum quippe sancti spūs datum recte dicitur oleum, q̄a sic primū datus est, vt esset remissio peccatorum, dicit̄ ipso q̄ dedit ip̄a die qua resurrexit a mortuis: Accipite spm̄ sanctum, quorum remiseritis peccata, remittunt̄ eis. Secundum vero datum recte dicit vinum, q̄a nimium secundo sic datus est spūs sanctus, vt esset fortitudo credentium, vt credentes faceret verbosos & constantes ad prædicandum, ita vt dicerent aliqui, q̄a multi o pleni sunt isti. Igitur d̄ niger agitator equi nigri, q̄ frateram in manu baiulas, negociare quātum vis, & appensa pecunia copiosa effice, vt publice dicatur, q̄a discipuli eius nocte venerūt, & furati sunt eum nobis dormientibus, dummodo efficere nō possis, q̄n in veritate p̄maneat isti cētum viginti, geminū accipientes donum spūs sancti, vnde fiat vt nō euacuet̄ propositum dei, vt nō obscuret, vel abscondat gloria resurgētis Chri. ¶ Et cum aperuisset sigillum quartum, audiuit vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide. ¶ Quā Chrus astantibus Apostolis ascendit in cœlū, & sedet a dextris dei, vt Marcus ait, & sicut Lucas quoq; testat, videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum, tunc utiq; quartum libri sigillum agnus aperuit, partem em̄ scripturæ, q̄bus istud sacramētum quartum cōtinebat, adimpleuit. Exempli gr̄a: Ascendit deus in iubilatione, & dñs in voce tubæ. In iubilatione videlicet eorundem apostolorum, q̄bus videntibus eleuatus est, nam ip̄i adorantes, inq̄ Lucas, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: in voce autē tubæ. i. cum testificatione pronuntiationis angelicæ, qua dicit̄: sic veniet, subaudit, ad iudicandum, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Item: Dixit dñs dño meo, sede a dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et alibi: Ascendi sti in altum, cœpisti captiuitatem, siue, vt alia editio habet, ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē. Hæc & his filia dum adimpleuit, dum idem, q̄ descenderat ipse sup oēs cœlos ascēdit, tūc (vt iam dictū est) quartū libri sigillū agnus aperuit. ¶ Sed aduersus hūc sedentem ad illam dexteram maiestatis in excelsis, sicut inuidia diaboli per hæreticorum blasphemantium ora rabida, derogans in cœlo regnanti, cui per linguas manusq; Iudæorum atq; Gentilium, contumelias irrogauerat in terra patienti. Audis vox quarti animalis dicentis, veni & vide. Illi aut nolunt venire & videre, sed econtra, stare & inuidere. Toties nanq; hoc aial audis, quoties eadem ascensio Chri, siue confessus eius ad dexteram patris ore consentis ecclesiæ prædicat. Sed inuidet hæreticus Arius, dicens, q̄a minor est, patre filius. Sequitur ergo: Ecce equus pallidus, & q̄ sedebat desuper nomen illi Mors, & infernus sequebat̄ eum. ¶ Deniq; pallidus equus hæreticorum est furor liuidus & inuidus, quorū infania tanta est, vt eos audiens recte pro Chro glorificato illud sapiētis dicas, gloriam semper sequitur inuidia. Vident q̄dem, sed inuidēt, iuxta illud, peccator videbit, & ira scetur. Vident q̄a q̄ sedet ad dexteram patris, filius dei d̄, & est deus, eidem patri cœparatus, & cōsempiternus. Legunt em̄ & audiunt scripturas, q̄bus hoc adstruit, & dicere nō audent, q̄a mentiunt̄. ¶ Aequalitati tamen derogant, quis deum fateant. Quare? Quia q̄ deus est, inquit, hoc ei pater donauit, quemadmodum Apostolus dicit: Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Non quærunr, cui donauit, vtrum homini, an deo. Quando enim donauerit, euidenter apparet: Humiliauit semetipsum (inquit) vsque ad mortem, mortem

Acto. 11

Iohan. 12

Vinum & oleum doctina spiritus sancti Iohan. 20

Acto. 2 Math. 28

Marc. vlti. Acto. 1 Plalm. 46

Acto. 1

Plalm. 109

Plalm. 67

Iohan. 3

Psal. 111

Phillip. 2.

mortem autē crucis. Propter quod & deus illū exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, quia factus est obediens vsq; ad mortē, mortem autē crucis. Nunquid antequā hoc fieret, non erat altus dei filius, dei verbū, deus apud deum, sed posteaquam propter hoc exaltatus est, quia factus est obediens vsq; ad mortē crucis, tunc cœpit altus esse dei filius vnicus dei deus, tūc cœpit habere nomen q̄d est super omne nomen? Quis hoc insipientissimus diceret? Hoc ergo illi donatū est, vt homini, secundū quē filius factus est obediens vsq; ad mortē crucis, q̄d iam habebat idē ipse dei filius deus, deo natus & qualis. Verū de his a catholicis patribus contra illū pallidum diaboli equum sufficienter disputatū est. ¶ Recte ergo de equo illo dicitur. ¶ Et qui sedebat desuper nomen illi mors & infernus sequebatur eū. ¶ Quia videlicet inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū. Ipse quoq; diabolus & ministri eius mors & infernus dicti sunt, eo q̄ multis mortis causa & infernos sint. ¶ Poteſt & simpliciter accipi, q̄ hic spiritaliter mortuos, ibi p̄cena sequat̄ æterna. ¶ Et data est ei potestas sup quatuor partes terræ interficere gladio fame & morte, & bestijs terræ. ¶ Ecce Arius vesania de Alexandria nascēs, ad Gallicū vsq; peruenit Oceanū, non fame tantū verbi dei, sed & gladio corporali bestialiter p̄ios insequens. ¶ Amplius aut ad sensum & hoc proficit, vt quatuor partes terræ ip̄as intelligamus, quas & hic p̄sens scriptura numerat, dicens: interficere gladio, fame, morte & bestijs terræ, & in propheta Ezechiele sua quatuor iudicia pessima dñs ipse nuncupat. Quod & si quatuor, inquit, iudicia mea pessima, gladiū & famē, & bestijs malas, & pestilentia, misero in Hierusalē, vt interficiam de ea hominē & pecus, tamen relinquet̄ in ea saluatio eductiū filios & filias. ¶ Istæ sunt nanq; partes terræ, id est, portiones mentis terrenæ. Solet em̄ pars pro portione poni vsu sacra scripturæ, alijs singulariter, alijs pluraliter. Singulariter, vt illicignis, sulphur, spūs procellarū, pars calicis eorū. Pluraliter vero, vt illic traditur in manus gladii, partes vulpiū erūt. Itaq; super quatuor partes terræ, id est, sup quatuor iudicia illa pessima, q̄ sunt portiones siue retributiones mētis terrenæ, data est huic equo pallido. i. furori hæretico potestas, vt gladio, fame, morte, & bestijs terræ interficiat. ¶ Norandū vero q̄ de quatuor iudicijs istis pessimis, vnū tantummodo hic nosse cominratū est, scilicet pestilentia, pro quo nomine speciali generale nomen quod est mors positū est. Et recte, q̄a videlicet furor humanus eō nunq; pertinget, vt super pestilentia, i. creandi pestilentia potestate habeat, quomodo dñs deus, cuius in persona dicit̄ propheta: Ego dñs faciens pacē & creans malū, id est, afflictionē, cuius quatuor partes sunt ista quatuor iudicia pessima, gladius, fames, pestilentia, & malæ bestia. Sed nec famē creandi potestate habet, nisi q̄ panē auferendo fame quempia necare potest. Quod cū facit, nihilominus tamen verū est quod scriptura dicit, non interficiet dominus fame animā iusti. Aliud nanq; est q̄ persecutor concluso iusto panē subtrahit, quod sæpe factum est: aliud, q̄ iusto bene seruanti, verbi gratia, bene euāgelizanti panis deest, eumq; interficit fames, deo nusquā porrigēte vnde reficiatur, quod nunquā accidisse scriptura vlla refert. Nihilominus malas bestias creare furor hæreticus nō potest, sed tantū bestijs obicere, atq; ita interficere fidelis animæ corpus potest. Gladiū materiale vel quodcunq; instrumentū mortis ferreum formare, & in eo interficere potest, ipsam aut materiam creare nō potest. Sola ex illis quatuor pestilentia est, quā solus deus & creare, & in ea interficere potest, atq; idcirco recte pro pestilentia nomen, vt iam dictū est, generale, scilicet mors, hic positū est, multos continens vel significans mortū modos, quicunq; esse vel excogitari possunt, præter gladiū, famis, & malæ bestiarum mortes. ¶ Et cū aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare animas interfectorū propter verbū dei, & propter testimōniū quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsq; quo dñe, sanctus & verus, non iudicas & vindicas sanguinē nostrū de his qui habitant in terra? ¶ Quando is qui ascendens in altū, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, mittendo apostolis spiritū sanctū, spiritū veritatis, qui illos induceret in omnē veritatem, tunc profecto agnus quintū libri sigillū aperuit. Quædā em̄ non parua scripturæ præconia quæ de ipso erant, tunc adimpleuit. Exempli gratia: Et erit in die illa, dicit dñs, effundā super domū Dauid, & super habitatores Hierusalē spiritū gratiæ & precū. Item: Et erit post hæc, effundam de spiritu meo super omnē carnē, & prophetabunt filij vestri, & filia vestra. Senes vestri somnia somnabūt, & iuuenes vestri visiones videbunt, &c. Hæc nanq; & similia doctōrū eatenus clausum mysteriū, ita tunc apertū est, vt Petrus diceret: Viri Iudæi & qui habitatis Hierusalē vniuersi, hoc vobis notū sit, & auribus percipite verba mea. Non em̄, sicut vos æstimatis, hi ebrj sunt, cū sit hora diei tertia, sed hoc est q̄d dictū est per prophetā Iohel: Et erit in noissimis diebus, dicit dñs, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & cætera vsq; ad id quod ait, & erit omnis qui inuocauerit nomen dñi, saluus erit. ¶ Aperto autem sigillo hoc, vidi, inquit, subtus altare animas interfectorū propter verbū dei, & propter testimōnium

Sapient. 2

Quatuor iudicia dei pessima. Ezech. 14

Pars aliquā pro portione. Plalm. 107 Plalm. 62

Mors, hic pro pestilentia ponitur

Esaia. 48

Prover. 10

Zacha. 12 Iohel. 2

Acto. 2

Animæ interfectorū

monium quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Viquequo dñe sanctus & clamantes pro vindicta. verus, non iudicas & vindicas sanguinē nostrū de his qui habitant in terra? Anima ista siue interfecit isti iudiciū & vindictā repositos sanguinis sui, omnes illi sunt quos occiderunt homicidæ sectatores Cain, quos clamantes oportebat exaudiri, sicut p̄dixerat dñs pessimæ generationi illi: Ecce, inquit, ego mittā ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidatis & crucifigatis, & ex illis flagellabitis in synagogis vestris, & persequimini de ciuitate in ciuitatē, vt veniat super vos omnis sanguis iustus q̄ effusus est sup̄ terrā à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiz, quē occidistis inter templū & altare. Omnes istas animas, oēs istos interfectos vidi, inquit, clamantes, scilicet vt venirent hæc omnia super generationē istā. Quare? Quia videlicet implebant mensurā patrū suorū, prophetas illos, sapientes illos & scribas, quos illo die spūs sanctus impleuerat, occidendo, crucifigēdo, flagellādo in synagogis suis, & persequendo de ciuitate in ciuitatē.

subtus ¶ Quare autē * sub altare dei clamare vel interfecti esse vidētur? Videlicet quia primus eorū Abel propter sacrificiū deo placitū ab inuidente fratre occisus est, & omnes qui à sanguine illius iusti vsq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiz quē occiderūt inter templū & altare, interfecti sunt, propter eandē fidē siue verbum atq; testimoniū passi sunt, & ita sub testamēto dei tanq; sub ara reconditi clamāt voce magna, sicut de illo primo dictū est. Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Magna autē vox siue magnus clamor, magnū est desiderii eorū, quæ dominū facere velle norūt. Nec em̄ fas est credere, animas illas cōtra dei nutū quicq; cupere, cū eorū desideria ex ipsius pendeāt voluntate. Clamantes ergo & iudiciū & vindictā requirētes, recte, vt fieri solet, in cunctis solennibus orationibus siue postulationibus à laude incipiūt, appellādo sanctum & verū. Et pulchre nimis cōpellatur nominibus istis, vt per ipsa cōmoueat, q̄a debitor est sanctus in suis factis, de factis aliorū facere veritate iudicij. Dicēdo autē de his qui habitāt in terra, grauitate Indai ci criminis exprimit summā, Iudæi namq; quia toti habitabāt in terra, quia terræ inhærebant, quia cœlestia nō quærētes tantūmodo terrena depreffis animis intuebant & cupiebant, idcirco sanctos interfecerūt propter verbū dei, & propter testimoniū quod cœlesti regno dei perhibebant, non probantes, imo redarguentes illorū cupiditate terrenam. Ipsum quoq; dominū propter eiūsdē terrenæ habitationis causam fictā interfecerūt. Dixerunt em̄: Si dimittimus eū sic, venient Romani & tollent nostrū & locum & gentē. Vnde culpās eos spūs sanctus per Psalmistā, & in iracundia, inquit, terræ loquētes, dolos cogitabant. Taliū pater atq; exemplū fuit ille Cain, qui primus sanguinē iustum fudit, primusq; ciuitatē edificans atq; dedicās ex noīe filij sui, vagus à deo & profugus habitabat in terra. Quod em̄ iudiciū vel qualis est vindicta, quā istæ animæ magna voce clamantes exposcere visæ sunt, nisi vt secundū exēplū illius Cain, Iudæi à facie dei eieciti atq; absconditi, vagi & profugi, sicut pater hodie, essent super terrā? Dixerat em̄ ipse Chrs̄ in psalmo Deus ostēdit mihi sup̄ inimicos meos, ne occidas eos ne quādo obliuiscātur populi mei. Sed quid? Disperge illos in virtute tua, inquit. Valet em̄ populis ad retinēdā * memoriā Chrs̄ti id quod Iudæi nō omnino occisi, sed cū libris suis eundē Chrs̄ti testificantibus per omnes gentes dispersi sunt. Hoc itaq; voce magna clamabant ad illū iudicē siue vindicem sanctū & vērū, vt eos de terra & ciuitate illa iā eijceret & cadere in ore gladij atq; caprinos duci faceret in oēs gentes. Sicut tūc illis ipse terribili præfigurauit signo, quando fecit quasi flagellū de funiculis, & oēs eiecit de tēplo, dicens illis post hæc inter cæteratece relinquatur vobis domus vestra deserta. Longū quippe de funiculis flagellū, longū significauit, quo cōstricti erāt, funiculū peccatorū, à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ, inquit, filij Barachiz, quē occidistis inter templū & altare. De quo cū fuerit filius Ioiadæ, quærit, quare Barachiz dicat filius & nō Ioiadæ. Barachias, in lingua nostra benedictus dñi dicitur, & sacerdotis Ioiadæ iustitia Hebræo noīe demonstrat. Sed iteque quæritur, cur vsq; ad illū Zachariam vel illius Zachariæ sanguinē dixerit aut dicere debuerit: Sanguis nāq; illius Zachariæ nō finis, sed fere principij fuit sanguinis iusti, quē illa Hierusalē fudit, vel qui in ea vel in circuitu eius fusus est. Illū Zachariā lapidauerūt ad imperiū regis Ioias, cæteros autē nō paucos deinde reges & principes Iudæ interfecerūt, p̄cipue Manasses, de quo scriptura refert, quia suū quoq; filij traduxit per ignem & sanguinē innoxium fudit multū nimis, donec impleveret Hierusalē vsq; ad os. Verū vt de illis & sequentibus taceam, & ad euangelica tēpora, quādo hæc dicebātur, perueniā, sanguis sanctorū innocentū, sanguis sancti Iohannis Baptistæ, sanguis ipsius domini, de quo dixerunt, sanguis eius super nos & super filios nostros, sanguis istorū prophetarū, & sapientū, & scribarū, de quibus dicebat, ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidatis & crucifigatis, et cætera: nōne maxime debuerat venire sup̄ eos. Cōsūderemus ergo quod ait vsq; ad sanguinē Zachariæ filij Barachiz, quē occidistis inter templū

plum & altare, ne forte euangelica prophetia sit de Iacobo iusto fratre ipsius dñi. Nam præter nomē Zachariæ cætera cūcta cōueniunt huic. Potest autē propter similitudinē causæ vel mortis suæ rechristime Zacharias dici, quomodo itē propter similitudinē causæ idem dñs noster Iohannē Baptistā Heliā nuncupauit. Hoc admissio nihil est qd̄ repugnet, nā & filius Barachiz vicinias dicitur iste q̄ ille, qui fuit filius Ioiadæ. ¶ Barachias nāq; benedictus dñi interpretatur. Iste autē & huius Iacobi & cæterorū apostolorū pater Chrs̄tus dñs in hoc eodē euangelij loco benedictū dñi sese nuncupari voluit, dicens eis: Dico em̄ vobis, nō me videbitis amodo donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine dñi. Hoc sine dubio nō sine autoritate scripturæ vult aut voluit, de qua & paulo ante pueri assumpserāt vt dicerēt: O sanna filio David, benedictus q̄ venit in nomine dñi. Versus namq; est psalmi centesimi septimidecimi. ¶ Et vide quāta secūdū locū quoq; similitudo mortis, & illius quē primū ex prophetis illa ciuitas occidit, & huius post quē nullum eadem ciuitati occidere licuit, vt merito vterq; vno Zachariæ noīe cōsignificati, debeat intelligi. De illo sic est scriptū: Spūs itaq; dñi induit Zachariā filij Ioiadæ sacerdotē, & stetit in cōspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit dñs: Quare transgredimini præceptū dñi, quod vobis nō proderit, sed dereliquistis dñm vt derelinquat vos? Qui cōgregati aduersus eū miserunt lapides iuxta regis imperiū in atrijs domus dñi. ¶ De isto autē ita refert Iosephus: Ananus, inquit, pontifex adolescēs Anani filius de genere sacerdotali, accepta occasione cōciliū congregauit, & cōpellens publice Iacobū vt Chrs̄tū dei filij denegaret, cōtra dicentē lapidari iussit. Qui cū præciturus de pinna tēpli cōfractis cruribus adhuc semianimis tollēs manūs ad cœlū diceret, dñe ignosce eis, qd̄ em̄ faciūt nesciunt, fullonis fuste quo vda vestimenta extorqueri solēt, in cerebro percussus, interiit. Tradit idē Iosephus, tantā eū sanctitatis fuisse & celebritatis in populo, vt propter eius necē creditū sit subuersam Hierosolymā. ¶ Sufficiens ergo similitudo est, vt recte sic iste dicat Zacharias, quomodo Iohānes dicitur Heliās vterq; etiā secundū nomen Zachariæ, qd̄ interpretatur memor dñi, in ipso mortis articulo memor fuit domini, nisi q̄ ille secundū austeritatem legis cum moreretur ait, videat deus & requirat, iste autē secundū dulcedinē euangelij: dñe, inquit, ignosce eis, quod em̄ faciunt nesciunt. Iustus quidē vterq; etiā in his verbis extremis, sed differenter, videlicet pro ratione vel qualitate vtriusq; tēporis legalis & euangelici. Quod si cui forte hæc displicēt, dicat ipse si potest, cū in diuersis diuersa legātur, vt beatus Hieronymus ait, quis Zacharias ille sit, cuius & pater proprie Barachias dictus fuerit, & ipse inter templū & altare occisus sit, & in eo sanguis iustus, q̄ super Iudæos venit, terminari debuerit. Nos iā sequētia videamus. L. Et data sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictū est illis vt requiescerent, tēpus adhuc modicū, donec impleantur conferui eorū, & fratres eorū qui interficiendi sunt sicut & illi. ¶ Stolæ interfectis illis siue animabus interfectorū, quia indigebāt, datae sunt: nudi quippe fuerāt, nuditate quā omnibus posteris suis primi parētes nostri reliquerant, de quibus scriptū est: Cūq; cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. ¶ Sed nunquid verbū dei & testimoniū quod habebant, propter quod & interfecti fuerant, stola illis siue amictus nō erat? Si verbū, aut nomen siue cultus dei, vestis aut stola animæ nō esset, nequaquā scriptura diceret: Videns ergo Moses populum q̄ nudatus esset, spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam fordis, & inter hostes nudū constituerat. Cum ergo cultus dei, verbū dei, stola sit animæ, iste autem animæ propter verbū dei & propter testimoniū quod habebant fuerint passæ, quid est, q̄ quasi adhuc nudæ essent, datae dicuntur eis singulæ stolæ albæ. ¶ Sed notandum q̄ non dictum sit tantummodo, datae sunt illis stolæ, sed stolæ albæ: Nam stolæ quidem habebant, id est, illam propter quam interfecti fuerant verbi dei siue testimoniū iustitiam, sed illæ stolæ nondū albæ erant. Nisi lauarentur in sanguine Chrs̄ti, candidæ esse non poterant. ¶ Testatur vnus ex illis Elias, qui sine dubio verbum dei, & testimoniū habuit propter quod & interfectus fuit, nam ferratum quoq; illum à Manasse autumant Iudæi. Facti sumus vt immūdi omnes nos, quasi pannus mēstruatur oēs iustitiæ nostræ. Et David: Asperges me, inquit, hyssopo & mīdabor: lauabis me, & super niuē dealabor. Et Zacharias: In die illa erit fons patens domui David, & habitantibus Hierusalē, in ablutione peccatoris & mēstruaturæ. Nihil immundius mēstruaturæ, quæ quicquid attigerit, secundum legē immundū facit. Et huic comparadæ erant omnes, vt ipsi testantur, ipsoꝝ iustitiæ videlicet, nisi eius, in quē credebant & quē expectabant, abluerentur Chrs̄ti sanguine. Ergo stolæ quidem iam habebant, sed stolæ ipsæ albæ nondum fuerant. ¶ Proinde quod dictum est & datae sunt illis singulæ stolæ albæ, sic intelligendū est ac si diceretur, & datum est illis, vt stolæ eorū essent albæ, quanquam & ipsæ stolæ, id est, qualescunq; eorum iustitiæ non ab ipsis essent, sed à deo fuissent datae. Et idcirco cū legimus hic, & datae sunt illis singulæ stolæ albæ, vt intelligamus id esse ac si diceretur, & stolæ illorū factæ sunt albæ, simul memi-

Matth. 18

Matth. 15

2. Para. 24

Iosephus de morte Iacob bi li. 20. antiquit, ca. 7

Iacobus dicit Zacharias, sicut Iohannes Helias.

Gene. 3

Esaie. 64

Psal. 70. Zachar. 13

Infra. 7.

Roma. 6

Gene. 4

Heb. 11
Plal. 78.

Infra. 14

Gene. 3

Ibidem

Sexti sigilli
vocatione gentium.

Actoz. 13

Lucz. 11

Mal. 41

nisse debemus, quod postmodum de his & conferuis eorum scriptum est: Hi sunt qui venerunt ex tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Inter hæc animaduertere perpulchrū est, quia illis quidē iam mortuis stolæ illoꝝ dealbatæ sunt in sanguine agni, qua hora idē agnus suū in cruce sanguine fudit, istis autē conferuis & fratribus eoz, qui post illam passionem Christi, vel post aduentū spiritus sancti, ad eandē fidē ingrediuntur, adhuc viuētibz stolæ suæ candidantur, quando in eodem Christo Iesu siue in morte Iesu Christi baptizantur. Si autē post hoc etiā proprium pro eodē Christo sanguine fundunt, quod fecerunt, & adhuc plurimi sub nouissima persecutione Antichristi facturi sunt, multo amplius candēt dealbatæ stolæ ipsoꝝ. Illud quoq; sciendū, quia non idcirco datæ sunt illis stolæ albæ, quia clamabant, sanguinis sui iudiciū reposcentes & vindictā, sed quia interfecti fuerūt propter verbū dei, & propter testimonium quod habebant. Nā ubi Christus passus est, tunc, vt iam dictū est, dealbatæ sunt stolæ eoz in sanguine eiusdē Christi. Clamor autē ille iam dudū audiri ceperat, ex quo occisus est primus ille Abel, dicēte deo: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Itē quod dictū est eis, vt requiescerent tēpus adhuc modicum, non idcirco dictū est, vt cessauit clamare, non em̄ clamare cessant aut cessabit vtz; in fine m̄ culi sanguis eorum, quippe cū de iam dicto Abel dicat Apostolus, quia per fidem suā defunctus adhuc loquitur. Quamdiu in ecclesia clamās dicet: Vindicā domine sanguinem seruoꝝ tuorum qui effusus est, siue vltio sanguinis seruoꝝ tuoꝝ qui effusus est, introeant in conspectu tuo gemitus compeditoꝝ, quamdiu, in quā, terra, quæ est ecclesia clamabit, & hæc vel his similia dicet: non sic requiescēt vt clamare cessent, Quod ergo dictū est illis, vt requiescerent tēpus adhuc modicū, intelligendū est vel subaudiendū, non ab illo clamore reposcente via dictā sanguinis sui, sed à laboribus suis, sicut in hoc eodē libro legimus: Amodo iam dicat spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Quod cū ita sit, cur ita dictū est, vt requiescerent tēpus adhuc modicū? Nunquid requies eorum durabit ad tempus modicum? Non vtz; sed idcirco sic dictū est, quia post tempus modicū, cum impleti fuerint conferui eoz, & fratres eoz, qui occidendi sunt quemadmodū & ipsi, tunc fiet aliud quid magnum, vt copiosum suæ requiescentis capiant augmentū. Resurgēt em̄, & quibus nūc datæ sunt singulæ stolæ albæ, tunc dabunt geminæ, vt sint beati tā immortalī beatitudine animæ q̄ beata corporis immortalitate. Scimus em̄ quia peccante Adā in quo oēs peccauerūt, oēs nihilominus in eo duplici stola, scilicet corporis & animæ felicitate spoliati sunt. De prima, q̄ est animæ, sic scriptū est, Cūq; cognouissent se esse nudos, cōsuerūt folia ficus & fecerūt sibi perizomata. Talis amictus nimis animæ nuditas erat, quia videlicet tota cōfusio carnis, deintus, vbi perierat aīæ pulchritudo, procedebat. Altera nuditas est corporis mortalitas de qua cū dixit deus, quia puluis es & in puluere reuerteris. Fecit q̄q; vt ait scriptura, dñs deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas. Sic em̄ tunicati vere nudi erāt, & naturali, quam prius sine amictu nō erubescēbat, corpore suo, q̄ plasmauerat deus, spoliati pulchritudine, sinūq; in ipsis tunicis gestātes nuditatis & miseræ suę, videlicet q̄ corpora eoz mortalia sic veterascere & deficere deberēt, sicut veterascūt tunicæ pelliceæ. Igitur q̄ in primo parēte duplicē stolā, id est, aīæ & corporis felicitatē perdidērāt, nūc interim singulas habeāt stolas, id est, felices tantūmodo sint in anima, & sic requiescāt donec accipiant, q̄ futūꝝ est post tēpus modicū, stolā alterā, id est, immortalū quoq; corpore gloriā. Et vidi cū aperuisset sigillū sextū, & ecce terræ motus factus est magnus, & sol factus est niger tanq̄ sacculus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, &c. Terræ motū istū, & solis nigredinē, atq; lunæ sanguineū ruborē, stellaz casum, & cætera maloꝝ prodigia, quæ hic scripta sunt, pleriq; ad nouissimā persecutionē & ad Antichristi tēpora referunt. Nos autē proposito tenemur, & scripturaz lucernā libriq; referati claritatē, qua possumus, via sequi conamur. Cœptū ergo sequamur ordinē. Quando repellentibus Iudæis verbū dei & indignos se vitæ æternæ iudiciū, apostoli ad gentes cōuersi sunt, ac deinde circumdata est ab exercitu Romano Hierusalē, & ceciderūt in ore gladii, & captiui ducti sunt in omnes gentes, tūc vtz; sextū agnus libri sigillū aperuit, quia videlicet multa quæ de hoc scripta erāt, tunc adimpleta sunt. Vnde & in euāgelio ipse dominus, quia dies, inquit, vltionis hi sunt, vt impleant omnia quæ scripta sunt. Exepli gratia: Ecce, inquit Esaias, respice, populus tuus omnes nos, ciuitas sancti tui facta est deserta Sion. Deserta facta est Hierusalē, desolata domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustione ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Nunquid super his continebis te domine, tacebis & affliges nos vehementer? Et respondit dominus: Quæsierunt me qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non quæsierūt me. Et dixit: Ecce ego ad gentem quæ non inuocabat nomen tuum, exponēs causam cur eisdē scilicet Iudæis derelicta domo sua deserta sese ad gentes conuertat, expādj, inquit,

manus meas tota die ad populū incredulū qui graditur in via nō bona post cogitationes suas. Multa sunt valdeq; sonora & ad intelligendū aperta quæ sub isto sigillo cōtinebatur, id est, quæ Iudæoz desertionē atq; gentium vocationem claris vocibus legis & prophetarū atq; psalmoz futurā testificabantur. Nunc iam eiusdē sigilli sexti referatū locū spaciosum perablemus. Cum, inquit, aperuisset sigillum sextum, ecce terræ motus factus est magnus. Et est sensus: Vt impleretur id quod de Iudæoz dispersione atq; gentiū cōuocatione sacris literis continebat, mora est terra, cōmorus est orbis Romanus, Vespasiano & Tiro arma vndiq; cōtrahentibus, & Hierusalē exercitu suo circūdantibus. Tūc sol, inquit, factus est niger tanq̄ sacculus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ cœli ceciderūt super terrā sicut ficus mittit grossos suos, cum à vento magno mouetur. Hierusalē illa, terrena æstimatione sua, erat sicut sol & erat sicut luna, quippe cū fuisset sedes David, in qua ille homo regnādo tēporaliter federat. Legebant em̄ id q̄ ipse David in palmo canebar ex dē persona; Semel iurauit in sancto meo si David, mentiar, semē eius in æternū manebit, & thronus eius sicut sol in cōspectu meo, & sicut luna perfecta in æternū, & testis in cœlo fidelis, At ille nō de sede manufacta, nō de lapideo, aut, vt multū auro throno, qualē sibi rex sp̄otens facere poterat, hoc dicebat, q̄ tanquam sol in conspectu dei manere deberet, aut sicut luna perfecta, sed de hoibus sanctis, q̄ reuera sedes Christi sunt & ciuitas, qui in futuro quantū ad animā erunt sicut sol, & quantū ad corpus sicut luna perfecta, q̄ vtz; tūc plus emittit luminis quādo perfecta est & plena. Ergo vtz; quidem scriptura dicebat, q̄ sedes David, id est, manu fortis Christi sic foret sicut sol, & sicut luna perfecta. Sed illa ciuitas, illa satanæ synagoga falsebatur p̄sumptione sua, reputans q̄ esset sol mundi, & orbis terrarum luna pro generis Davidici & templi augustissimi Salomonis longe peruulgata gloria. Talis sol tunc factus est niger tanq̄ sacculus cilicinus, & talis luna tota facta est sicut sanguis, quādo ciuitatis illius intolerabilis superbia duraq; rebellio gentiū cunctaz victores Romanos aduersus seipsam cōcitauit. Legamus Iosephū miserabilē excidij illius tragœdiā referentē, quæ pro sua magnitudine legentibus semper noua est. Quo abiit illa quasi solaris pulchritudo. Niger factus est ille sol, & purpurea splēdoris eius superbia versa est in ciliciū. Imo, vt Hieremias quoq; p̄dixerat, denigrata est super carbones facies eoz, & nō sunt cogniti in plateis, adhæsit cutis eoz ossibus, aruit & facta est quasi lignū. Et erit, inquit Esaias, pro suaui odore, scetoz; & pro zona, funiculus; & pro crispate crine, caluitiū; & pro fascia pectorali, ciliciū. Non partim, sed, vt ait, tota facta est luna illa sicut sanguis: foris obsidione, intus seditione, foris & intus ferro & igne, amplius aut intus ferro vel sanguine, pauore & fame. Nā foris vastabat eos gladius, & intus paor: inuenē simul ac virginē, lactentē cū homine sene, & cōfumbatur fame. Manus muliez miserificordij, inquit Hieremias, cōxerūt filios suos: facti sunt cibus eoz in contritionē filiz populi mei. Quare? Propter peccata, inquit, prophetaz eius, & iniquitates sacerdotū eius, qui effuderunt in medio eius, sanguinē iustorum. Milia interfectoz; vix quisq; dinumerare potuit. Sol ergo factus est niger sicut sacculus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, ita recte talis denigratio siue decoloratio p̄signari debuerat tenebris illis, q̄ factæ sunt sup vniuersam terrā, quādo sol verus Christus scelere ipsoꝝ extinguebat in patibulo crucis. Neq; em̄ tantūmodo foris ita denigrati, verum etiā, quod grauius est, intus in corde sunt excæcati. Persequēbat quippe lunā illam iusta sententia, vt fieret tota sicut sanguis, suomet iudicio, cū dicerent illi, sanguis eius super nos & super filios nostros. Et stellæ cœli, inquit, ceciderūt super terrā. Stellis quoq; sua æstimatione Iudæi populares cōparabiles erant, præsertim cū audirent dicentē Moſen: Dixitq; vobis illo tempore, non possum solus sustinere vos, quia dñs deus noster multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli plurimi. Dominus deus patrum vestroz; addat ad hunc numerū multa milia. Ex hoc quoq; Moſes nō humana lenitate, sed pro diuina dixit autoritate, quippe q̄ dominū nouerat & scripserat dixisse ad Abrahā: Suspice cœlum & numera stellas si potes. Et rursum: Sic, inquit, erit semen tuū. Et quidē secundum hanc autoritatem semen Abrahæ stellis cœli cōparabile erat, veruntamen nō omnino vel vtz; q; sed pro parte electoz; id est, eoz qui nō tantum carnis, sed promissionis sunt filij. Etenim nō qui filij carnis, inquit Apostolus, hi filij dei, sed q̄ filij sunt promissionis, æstimant in semine. At illi nō promissionis, sed tantū carnis filij erāt. Quod etiam improperebat illis prophetica veritas, dicēdo, qui existis de aquis Iudæ. Ceciderūt ergo qui videbātur sibi esse stellæ cœli: ceciderunt, in quā, nō vt veræ stellæ cœli, sed sicut grossi immaturi fructus fici, magno vento mouente agitati, id est, sp̄itū diabólico multū exagitati. Congrua sane similitudo ab arbore fici & grossis eius caducis, quia videlicet illi quoq; qui tunc tēporis in Christū crediderant ex Iudæis, & erāt quasi primi fructus crucis Christi, exciderunt magno vento mouēte, vtz; inuidiaz, scilicet odientes gentiū salutē, & contra fidem euangelij suam æmulantes pleriq;

De dispersione Iudæoz & vocatione gentium.

Thren. 4

Esa. 3

Deute. 32

Thren. 4

Lucz. 23

Matth. 27

Deut. 16

Gene. 17

Roma 9
Esaia. 48

Acto. 17. 21

Coelum recessit. i. scie-
tia legis

Verba christi huic te-
xtui cofor-
mia.

Luc. 21
Luc. 23

Psal. 2
Acto. 4

Iohan. 7

Math. 24

Deute. 32

circumcisione, sicut & Actus apostolici testantur. Itaque sponte excidetes a gratia Christi, recte ceciderunt etiam in ore gladii fere omnes Iudaei & qui supererunt, captiui in omnes gentes ducti sunt, non stellas, ut iam dictum est, sed pulueri quem proiecit ventus a facie terrae comparabiles. Et caelum recessit sicut liber inuolutus. Caelum in quo sibi quasi stellae luce re videbantur, scientia legis erat in qua cum despectu gentium omnium quasi alti & nitiduli Iudaei gloriabantur. Sed auferetur a vobis, inquit deus, regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Caelum ergo recessit, quia videlicet sensus illorum coangustati sunt, & disparuit ab illis, imo non data est illis, propter inopiam cordis, spiritalis sacrae legis intelligentia. Quo modo recessit? Sicut liber inuolutus, inquit, Pulchre satis innuit quid per caelum recedens intelligi voluerit, quod recessum illud libro inuoluto similitudine. Quid namque est dicere, quia caelum sicut liber inuolutus recessit, nisi ac si diceret, quia inuoluta & clausa illis est omnis scriptura diuina & caelestis? Et illis quidem a quibus recessit hoc caelum, hic caelestis liber inuolutus, imo & signatus est, nobis autem ad quos venit recedendo ab illis, reuerteretur & apertus est. Nam hoc est quod nunc in manibus habemus tractantes, quia librum de dextra sedentis in throno signatum accepit agnus, & soluit septem signacula eius, videlicet nobis aperientis qui fidem eius habemus, confidentes quia dignus est eundem accipere librum, & solvere septem signacula eius. Et omnes mons & insulae de locis suis motae sunt. Et reges terrae, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnes seruus, & liber, absconderunt se in speluncis & petris montium. Et dicunt montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Quonia venit dies magnus irae ipsorum, & quis poterit stare? Quid aliud dominus noster dicebat conuersus ad mulieres quae plangebant & lamantabantur eum, quod traditus esset a praeside voluntati Iudaeorum, & duceretur ad crucifigendum? Filiae, inquit, Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, quonia ecce venient dies in quibus dicent: Beatae steriles & ventres qui non genuerunt, & vbera quae non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos. Dies namque venturae a Romanis obsidionis & captiuitatis significat, de quibus superius inter alia discipulis ait: Tunc qui in Iudaea sunt fugient in montes, &c. Tunc, inquit, incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos. Denique & Iosephus refert, insistere sibi Romanis Iudaeos certatim caernas montium, & collium petisse speluncas, ita ut se metipsum testetur munitione quodam destruxit vrbis Ieropatae in spelaeo cum quadraginta comitibus proditum inuentum, atque ab hostibus captum. Montes ergo qui sunt, & insulae quae de locis suis motae sunt, manifestioribus exprimit vocabulis dicendo, & reges terrae & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnes seruus & liber absconderunt se in speluncis, & petris montium. Reges namque isti & principes ipsi sunt, de quibus & in psalmo scriptum est: Astiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum & aduersus Christum eius. Hoc denique vericulo praemisso in Actibus apostolorum, conuenerunt enim, inquit, vere in ciuitate ista aduersus puerum sanctum tuum Iesum quem vnixisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, facere quae manus tua & consilium decreuerunt fieri. Montes isti propter superbiam, insulae autem recte dicuntur propter profundam avaritiam. Non quidem in propria persona illi Herodes & Pontius Pilatus ad illud obsidionis malum peruenerunt, sed prius suum singuli receperunt iudicium, verum quotquot tunc temporis inuenti sunt potentes aut principes, pharisaei atque pontifices, eo modo quo iam dictum est, de locis suis moti sunt, eicientes illos domino Iesu de templo suo & de loco suo flagello iracundiae suae, cadentes in ore gladii, ruente pariter illo suo templo & ciuitate super oculos ipsorum in combustione ignis, & ipsi qui supererant captiui in omnes gentes abducti. Interea frustra dicebant montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Frustra, inquit, abscondebant in montibus & in caernis petrarum, frustra nihilominus spem habebant in Abraham, Isaac & Iacob, Mose quoque & caeteris patribus atque prophetis, montibus utique magnis, & viuentibus petris. Nam illi non eos tunc protegebant, imo magis accusabant. Manifeste quippe illis dominus de Mose dicit: Est qui vos accuset Moses, in quo speratis. Et hoc dixisse sine dubio illis competit, abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Nescire enim non poterant in conscientia truci quin agnus quem occiderant iterum viueret, & potenter irasceretur eis. Quonia, inquit, venit dies magnus irae ipsorum, & quis poterit stare? Dies irae ipsorum, scilicet sedentis super thronum & agni, patris & filii, & domini & Christi eius, aduersus quem astiterunt & conuenerunt principes isti iam venit, & adhuc veniet: quia videlicet initia dolorum sunt omnia haec in finis aut eorumdem dolorum, finis in consummabilis & consummatio infinita erit in gehena. Sic enim de his in cantico Deuteronomii deus ipse proclamatur: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima. Et quis poterit stare? Vere nullus poterit stare, nullus poterit resistere. Bene autem illi erit quicumque pro eo quod non stetit aut resistit, tunc poterit iram fugere. Simile quid

quid in eodem Hierosolymorum excidio iuxta scriptam factum est: Appropinquante namque bello Romano & exterminio Iudaicae gentis, oraculo admoniti omnes, qui erant in prouincia, Christiani, longius discesserunt, ut ecclesiastica narrat historia, & trans Iordanem sedentes manebant ad tempus in ciuitate Pella, sub tutela Agrippae regis Iudaeorum, cuius in Actibus apostolorum mentio est, & cum ea quae sibi obtemperare volebat parte Iudeorum, semper Romanorum imperio subditus agebat. Post haec vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terrae, tenentes quatuor ventos terrae, ne straret super terram, neque super mare, neque super vllam arborē. Quo ergo iret, quo recederet caelum, de quo supra dixit, & caelum recessit sicut liber inuolutus? Illud quippe caelum, id est doctrina vel scientia caelestis a Iudaeis recessit, dicentibus apostolis, & ipsi iuxta Psalmistam, sunt caeli qui enarrant gloriam dei, siue firmamentum opera eius annuntias: Vobis quidem primum oportebat loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis aeternae vitae, ecce conuertimur ad gentes. Quo iret caelum illud, & quomodo conuerteret ad gentes? Quatuor namque angeli stantes super quatuor angulos terrae, tenebant (inquit) quatuor ventos, id est omnia regna mundi prohibebant veritatis praedicationem. Venti quippe hoc loco in bonam partem accipiuntur, & apostolos Christi siue vniuersos significant praedicatores euangelii. Vnde & Psalmista dicit in laudibus nominis dei: Educens nubes ab extremis terrae, fulgura in pluuiam fecit, quod producit ventos de thesauris suis. Et est sensus: Illos qui nunc sunt caelum, de quo dixi, omnia quaecumque voluit dominus, fecit in caelo & in terra, id est, in perfectioribus & in minoribus sanctis, illos (inquam) apostolos siue apostolicos viros educens & eleuans ab extremis terrae, id est ab ea vilitate in qua erant inter terrenos, & secundum possessionem temporalium, & secundum scientiam, tantum secularia appetentes, fecit esse nubes, officium nubium eis iniunxit, ut pluerent abundantia praedicationis, & fulgurarent clarissima atque terribili comminatione iudicii dei, atque eosdem sic sublimauit, sic excedit secundum agilitatem intellectus, quanto sublimiter producti volant venti, & hoc totum de thesauris suis, de donis suis, de occultis iudicijs & consilijs suis. Ergo venti isti idem sunt qui & nubes, scilicet & expediti, scientes & facundi praedicatores euangelii. Porro, quatuor angeli stantes super quatuor angulos terrae vniuersa regna sunt, quorum quatuor ista principalia haec suere, Babylonicum, Persicum, Macedonicum, atque Romanum. Quatuor ista, imo vniuersa terrarum regna, ventos praedictos tenebant, id est tenere volebant, ne flarent super terram, neque super mare, neque super vllam arborē, id est, ne praedicaretur fides Christi in vllis prouincijs, in aliquibus insulis, in vlla qualitate aut conditione hominum. Hoc prohibendo tenebant ventos istos, Nec vero leuiter aut parua intentione tenebant, sed legibus ac proscriptioibus publicis, & cunctis poenarum generibus aduersus veritatis praedicationem propositis. Sed attende quod sequitur: Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datus est nocere terrae & mari, dicens: Nolite nocere terrae & mari, neque arboribus, quoad usque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Alter iste angelus, ille est magnus consilijs angelus, qui iam dictis apostolis suis, dicit: Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Iste ascendit ab ortu solis, videlicet illuminare his qui sedebant in tenebris & in umbra mortis, ascendens ab inferis, resurgens ex mortuis, quae resurrectio vere nobis ortus est solis, & ascendendo dicens illis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Hunc talem (inquit) vidi habentem signum dei viui, id est palam facientem ex verbis & operibus suis, quod sit deus viuus, filius dei viui, quod & Petrus videns & agnoscens, dixerat illi: Tu es Christus filius dei viui. Vere deus viuus & filius dei viui, qui mortuus quoque secundum carnem detineri a morte non potuit, sed resurrexit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat illum detineri ab eo. Ab hoc signo debere illum cognosci, Apostolus quoque insinuat, cum dicit: Qui praedestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. Nam quod vere filius sit dei viui, ex eo maxime claruit, quod resurrexit a mortuis. Hoc signum habes voce magna clamauit quatuor angelis: Clamauit (inquam) & clamantibus apostolis suis coclamauit, ita ut in omnem terram exiret sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Clamorem quippe vel sermonem eorum cooperando firmavit, sequentibus signis. Audierunt illi angeli quibus datum est nocere terrae & mari, id est, senserunt virtutem insuperabilem euangelicae praedicationis in vniuersa regna mundi, quae potentatu suo praefocabat omnia, nec vllum sinebat respirare pro libitu sui iuris. Nolite (inquit) nocere terrae, neque mari, neque arboribus, quoad usque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Hoc dicere illis, est mala voluntate eorum impedire, ut quantumcumque insaniant vel noceant, atque tyrannizent, persequendo, proscribendo, occidendo, dei tamen propositum impedire vel auertere non valent, quo minus eos, quos praesciuit, & praedestinavit conformes fieri imaginis eiusdem filii, vocet, iustificet, & magnificet. Signum vocatiois atque iustificatiois, meritumque & spes futurae magnificationis est signari seruos eiusdem dei in frontibus.

CAP. VII

Caeli Apst
dicuntur
Psal. 28
Acto. 15

Venti & nubes
helic apst
dicuntur
Psal. 134
Ibidem.

Alter iste an-
gelus, Christi
us est
Math. 28
Luc. 1
Marc. 16,

Math. 16
Acto. 26

Roma 1

Psal. 18
Marc. 16,

Roma. 8

frontibus eorum signo crucis, quod olim fuit opprobrium & poena damnatorum, nunc autem decus & salus iustorum. Nolite nocere, nolite impedire, o angeli potentes, o regna potentia quatuor angulos siue partes terrae obtinentia, sed eosque inefficax potentatus vester, & vanus sit furor vester, eosque friuolae vestrae leges & inanes sint sanctiones, vniuersa mortium genera distantes, ut nihilominus signemus seruos dei nostri vexillo victoriosae crucis, non tamen in abscondito cordium, sed etiam in aperto, in frontibus eorum. Seruos dei nostri, dixit angelus iste, cum sit deus, & habeat signum, id est proprietatem dei viuus, deum omnium deum suum esse profitens, quemadmodum dicit & in euangelio apostolis suis: Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, deum meum & deum vestrum, Et hic dei nostri, & illic deum meum dicit, videlicet pro humilitate assumpti hominis. Et audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorum Israel. Seruos dei quicumque signantur in frontibus suis reuelata iustitia dei in euangelio eius per magnam vocem huius clamantis angeli, quauis distinctio non sit, siue acceptio personarum, utrum Iudaei sint, an Graeci, primum tamen locum obtinent Iudaei, dicente Apostolo: Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum. Iudaeo primum, & Graeco. E contra illorum, qui istud signum dei viuus, non recipiunt primi in damnationem Iudaei sunt, dicente ipso in eodem loco: Ira & indignatio, tribulatio & angustia in oem animam hominis operantis malum, Iudaei primum, & Graeci. Recte ergo & hic primo loco numerantur, qui signati sunt Iudaei ex omni tribu filiorum Israel, & deinde, post haec vidi (inquit) turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: quas omnes Apostolus sub vno Graeci vocabulo vult intelligi. Porro, numeri huius centum quadraginta quatuor milium generationem siue compositionem, si rite perspicis, pulchrum tibi atque praclarum ex eo mysterium elucescit, Dicamus ergo aliquid quod forte simplicioribus minus planum sit aut intelligibile, sed causa praesens ita postulat, arithmetice vero, quae maxime rationes nouerunt abaci, rationabile atque iucundum continuo apparebit. Duodenarius quod numerus erat primorum filiorum Israel, ita disponitur, ut in deceno vnitas, in singulari vero limite binarius constituitur. Ut autem isti duodecim primogeniti in totidem, id est duodecim milia succrescant, vnitas illa decena vnum & alterum limitem trahit, & in tertio constituit, & decem milia sunt. Item binarius singularis, quod conuersus eidem decenae vnitati duodecim perficiebat, vnum & alterum limitem trahit, & in tertio constituit, & duo milia sunt. Quae vix duo milia decem milibus iam dictis in secundo ab eius limite constitutis connumerantur, & duodecim sunt. Ita quod duodecim tantum erant filii Israel, iam in duodecim milia multiplicati, rursus duodecies multiplicatur, & sunt centum quadraginta quatuor milia. Qui videlicet numerus ita disponitur, ut tribus limitibus distinguatur. Nam in centeno milleno vnitas, in deceno milleno quaternarius, in milleno item quaternarius collocatur. Nota diligenter. Duodecim primi vel singulares, ut duodecim milia sunt, tres limites ascendunt, & eadem duodecim milia duodecies secundum eundem numerum filiorum Israel ducta, centum quadraginta quatuor milia faciunt, numerum videlicet tribus (ut iam dictum est) limitibus distributum. Quid ergo sanctam huius reuelationis gratiam intendere arbitramur, nisi id quod omnis legalis, prophetica, euangelica, atque apostolica veritas testatur, nulli valere ad salutem quod sit Israel aut Abraham filius per carnem, nisi sit etiam filius eiusdem per eam, quae non minus, quam trium nominum confessione perficitur, fidem? Fidei namque confessio nunc reuelatae gratiae tempore manifestas necessario exprimit personas patris, & filii, & spiritus sancti. Dudum autem in illa umbra Moisaicae legis arcana professione significabatur totidem nominum paternorum in illo populo dei, deum Abraham, deum Isaac, deum Iacob palam constitutibus atque inuocantibus vniuersis. Et nunc quidem in frontibus suis signatur serui dei signaculo crucis & sanguinis Christi, in confessione nominis vnus dei patris, & filii, & spiritus sancti, tunc autem signabatur postes domorum suarum sub iam dictis nominibus Abraham, Isaac, & Iacob vnum deum constitutes eiusdem dei autoritate praedicti. Dixerat enim Moyses: Haec dices filiis Israel: Dominus deus patrum vestrorum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in aeternum, & hoc memoriale meum in generatione & generatione. Quid ergo (inquam) in his taliter multiplicatis, taliterque dispositis intelligimus numeris, nisi ac si dicerent serui dei nostri, signati nostri ex Iudeis sunt hi, qui non tantum secundum carnem, sed & secundum fidem filii sunt Israel aut Abraham fidelis patris sui? Non enim (inquit) Apostolus) omnes, qui ex Israel hi Israelitae, neque quae semen sunt Abraham, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filii carnis, hi filii dei: sed qui filii sunt promissionis, & stimantur in semine. Itaque hoc numero finito, innumerabilis significatur ecclesiae totius multitudo, quae de patriarchis, vel pro sapia carnis, vel fidei imitatione progenita est. Porro, & in ordine isto nominum duodecim filiorum Israel, mysterica non deest, quae videlicet non secundum ordinem suae generationis, quo secundum carnem geniti vel nati sunt, hic dispositi inueniunt, quod vti quod non per ignorantiam accidit, sed certi causa mysterij. Hoc ergo eodem sensu & eiusdem generis ante nos verbis tra-

bis tractatum est, hic perscribere non pigeat. Ex tribu Iuda, duodecim milia signati, &c. J. Conueniunt & a Iuda inchoat, ex qua tribu ortus est dominus noster, & Dan praetermisit, ex qua dicitur Antichristus esse nascendus, sicut scriptum est: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, ut cadat ascensor eius retro, quae non ordinem terrae generationis, sed iuxta interpretationem nominum virtutes ecclesiae decreuit exponere. Quae a confessione & laude praesenti ad dexteram vitae festinat aeternae. Hoc enim nomen Iuda quod primum, & Benjamin, quod vltimus ponit, sonat. Primum ergo Iudas quod confessio siue laudatio interpretatur, ponitur: quae ante initia confessionis, culmen bonorum operum nullus apprehendit, & nisi per confessionem renouemus actibus malis, non informamur rectis. Secundus Ruben, quod interpretatur videns filium. In filiis opera designari testatur Psalmista, quod in beati viri benedictionibus inter caetera dicit: Filii tui sicut nouellae oliuae. Et infra: Et videas filios filiorum tuorum. Non enim quod timet dominum, nisi genuerit filios, nepotesque susceperit, non potest esse beatus, cum virgines fideles potior merces expectet, sed in filiis opera, in filiis vero filiorum fructus operum, id est mercedem designat aeternam. Post Iudam vero Ruben, id est post exordia diuinae confessionis & laudis perfectio sequitur actionis. Sed quae per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei, post Ruben sequitur Gad, quod tentatio vel accinctus interpretatur. Post inchoationem enim boni operis, maioribus necesse est hominem tentationibus probari, atque ad bella grauiora succingi, ut fidei illius fortitudo comprobetur, dicente Salomone: Fili, accedens ad seruitutem dei, sita in timore, & praepara animam tuam ad tentationem. Item, Psalmista: Praecinxisti me (inquit) virtute ad bellum. Et quoniam beatificamus eos qui sustinuerunt sufferentiam, ideo post Gad Aser, id est beatus ponit, congruo satis ordine. Beatus enim vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Quia vero huius beatitudinis fida promissione securi non angustantur, sed spe gaudentes, in tribulatione patientes, cum Psalmographo decantant: In tribulatione dilatasti me. Et item: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum, & cum matre beati Samuelis exultantes dicit, dilatum est os meum super inimicos meos, quae laetata sum in salutari tuo, propterea Nephtholim succedit, quod est latitudo. Sed & ipsum Manasse sequitur, quod interpretatur oblitus siue necessitas. Cuius nominis mysterio monemur, ut tentationum praesentium angoribus edocti, ea quae retro sunt obliuiscens, sic in ea quae ante sunt secundum Apostolum extendamur, ut carnis curam non in desiderijs, sed sola necessitate humanae conditiois astricti faciamus. De qua Psalmista meliora suspirans ait, orans: De necessitatibus meis eripe me. Huic supponitur Simeon, id est audiuit tristitiam, vel nomen habitaculi, ut etiam qualitate huius vocabuli euidentius iudicaret, & quod hic habendum, & quod sit salubriter expectandum. Illis enim habitaculi coelestis gaudium dabit, quorum hic animus fructuosa poenitentia contristatur. Quibus & dicit: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Proinde Leui subnectitur, id est additus. In quo intelligimus siue eos qui in temporalibus aeterna mercantur, siue Salomon dicit: Redemptio ante viri propriae diuitiae, siue illos qui dei sequendo consilium percipiunt in hoc seculo centuplicia cum tribulationibus, in futuro autem seculo vitam aeternam. His & quod scriptum est, conuenit, quod addit sciam, addit & laborem. Nam sancto Iob ad hoc tribulationum acerbitas addebat, ut probato praemiorum merces amplior redderetur. Unde non immerito Isachar ei ordine recte succedit, quod interpretatur merces, quae (sicut docet Apostolus) non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis: fructuosius quippe pugnatur, ubi merces certa speratur. Haec autem in habitaculo fortitudinis deus operatur & perficit, quod dicit Zabulon, quando virtus in infirmitate perficitur, & corpus quod ab inimicis putatur infirmum, & per cuius materiam animo quoque inferre nituntur interitum (deo confortate) experiatur inuictum. Augmentum succedente felicitate, quod vocabulum Ioseph indicat, gratiarum videlicet addenda dona designans siue de talentorum dupla retributione vsuras commodi spiritualis intelligas, siue in his quae voluntaria fidelium religione redemptori deo reddunt, accipias. Atque ut hos omnes, quos & ordo, & interpretatio nominum hic significatiue posita indicat, in futuro iudicio ad dextram Christi regis aeterni futuris intelligas, Benjamin (ut praedixi) postremo loco supponit, id est filius dexteram, tanquam ipse finis sit ordinis, cum nouissima inimica destructa morte felicitas haereditatis aeternae donabitur electis, siue vnusquisque fidelium filius dexteram iure dicat, seu omnis ecclesiae coetus, de qua canimus: Assitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Sciendum, quae de tribu Dan nasciturus est Antichristus, iuxta illud Iacob: Fiat Dan coluber in via, & caetera vsque, cadat ascensor eius retro. Eijcit itaque ex hoc loco Dan, ut ostendat Antichristus ex omni numero eijciendus sanctorum. Imo sicut iste de hoc catalogo spiritali eiectus, sic omnes Israelitae, qui non ex fide, sed tantum ex carne sunt Abraham, ab omni numero & coetu filiorum, & haereditate eiusdem patris Abraham siue Israel extorres iudicant. Post haec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tri-

Nolite nocere terrae, & mari &c.

Iohan. 20

Coloss. 3

Roma. 2

Ibidem.

Mysterium trinitatis in hoc numero.

Exod. 3.

Ibidem.

Filii Israel aut Abraham, non carne, sed fide

Roma. 8

Gene. 49

Psalm. 127

Acto. 14

Eccle. 2
Psalm. 17

Jacobi. 1

Psalm. 4
Psalm. 118
1. Reg. 2

Philip. 3

Roma. 13
Psalm. 24

Iohan. 16

Prouer. 13
Math. 19
Eccle. 1

Roma. 8

1. Cor. 12

Math. 25

1. Cor. 15

Psalm. 44
Gene. 49

& tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni amici stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes: Salus deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Omnes isti cōserui sunt & frēs eorum, qbus supra data sunt stolas albæ, dictumq; est, vt requiescerēt tempus adhuc modicū, donec impleant cōserui & fratres eorum q interficiendi sunt, sicut & illi: Sunt isti amici stolis albis. Dicit autem post modū vnus de senioribus: Hi q amici sunt stolis albis, q sunt & vnde venerunt? Et subiūgit: Hi sunt q venerūt ex tribulatione magna, & lauerūt stolas suas, & dealbauerūt eas in sanguine agni. Sūt ergo illi q ex oibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, filij Abrahæ, filij sanctoꝝ patriarcharum, cum dicātur, & sint fratres illorū sanctorum piorum. Et recte. Nam & Apostolus dicit de illo patre sanctoꝝ Abraham. Et signum accepit circūcisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio, vt sit pater oim credētium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam, & sit pater circūcisionis, nō his tantum q sunt ex circūcisione, sed & his q sequūtur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Sed iam dicta hic paulo diligiētius percurramus. ¶ Vidi (inquit) turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Numerus sanctorū in scripturis bifariam intelligit, aliās qdem pro multitudine ipsorum, aliās aut pro multiplici profectu virtutum. Pro multitudine ipsorū, vt illic: Dinumerabo eos, & super harenam multiplicabūtur. Non q plures sint q harena, sed idem est, ac si dicat: Nō paucos, sed multos assumam, & ad modum rei numeratæ, & bene custoditæ eos custodiam. Pro multiplici incrementō virtutum siue beatitudine, vt illic: Notum fac mihi dñe finem meum, & numerū dierum meorum q est, vt sciam qd desit mihi. Nō quōd ibi plures sint dies, sed vna tm cōtinētorū quā simul omēs dies, vbi est spaciositas interminabilis, numerus nō trāsitorius, sed status vitæ permanētis & æternus. Secundum vtrūq; modum turbam illam dinumerare nemo poterat. Nam & pluralitate sua hi q iam sunt, cum eis, q nouissima perfectione Antichristi martyres stolas atq; victoriæ palmas accepturi sunt, soli deo numerati vel numerabiles sunt, & q multoꝝ dierum sint, de qbus & alibi in consolatione iusti dicitur, longitudine dierum implebo eum, æstimari nō potest, qppe vbi numerus infinitus est. Ex omnibus (inquit) gētibus, & tribubus, & populis, & linguis. ¶ Gens & tribus hoc differūt, q vna gens multas tribus habet. Gens em̄ est multitudo ab vno principio orta, siue ab alia natione secundum propriam collectionem distincta, sicut ab vno Iacob vel Israel vna gēs Israelitica, quæ duodecim tribus habebat. Romana aut gēs in triginta, & qnq; curias, quæ nocte alio, quāuis nō propriè, tribus appellantur, dispersita erat. ¶ Porro, populus aliqñ pro gente, aliquādo pro vnus tm ciuitatis habitatoribus poni solet. De linguis hoc sciēdum, qa quāuis prius gētes & tribus, atq; populos, ac deinde linguas posuit, nō ex gētibus linguæ, sed ex linguis gētes exortæ sunt. In initio quot gētes tot linguæ fuerunt. Deinde plures gētes quā linguæ, qa ex vna lingua multæ sunt gētes exortæ. ¶ Sunt autem tres linguæ factæ, Hebræa, Græca, Latina, quæ in toto orbe maxime excellūt. His em̄ tribus linguis super crucem dñi à Pilato fuit causa eius scripta. Vnde & propter obscuritatē sanctorum scripturarū, harum trium linguarū cognitio necessaria est: vt ad alteram recurrat, si quā dubitationē noīs vel interpretationē sermo vnus linguæ attulerit. Igitur iam non gloriari licebit carnali Iudaismo vel circūcisioni carnis, in eo quod scriptum est primitus notus in Iudæa deus in Israel magnum nomen eius, qa ex oibus gentibus, & tribubus, & pplis, & linguis ecce sunt, in qbus notus sit deus, in qbus magnū & victoriosum sit nomē eius. L Stantes ante thronum & in cōspectu agni amici stolis albis, & palmæ in manibus eorum. ¶ Nimirum hæc statio ante thronum vel ipse thronus ille est, de quo Daniel cum præmisisset: Aspicebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, subinde dixit: Thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accēsus. Item: Milia miliū ministrabant ei, & decies millies cētena milia assistebāt ei. Non qdem istis talibus & taliter stantibus thronus ille flamma est ignis vrentis, nisi tm ignis illuminātis, sed profecto illis q occiderūt, flāma erit ignis vrētis siue liqfaciētis, quæ ad modū Psalmista dicit: Sicut cera fluit à facie ignis sic pereāt peccatores à facie dei. Quid em̄ istis est ante thronum stare, nisi hoc ipsum, qd illis superioribus sub altare dei clamare? Nempe & isti stantes, & illi clamātes idē prospiciunt, idem iudicium & vindictam sui sanguinis exposcunt. Stantes aut ante thronum, stabant etiam in cōspectu agni. Nihil verius. Eten̄ cum deo patre in eodē throno sedet hic agnus à dextris eius. Nam hoc ipsum est qd ibidem Daniel loquitur: Aspicebā ergo in visu noctis, & ecce cū nubibus cœli quasi filius hoīs veniebat, & vsq; ad antiquū diē peruenit, & in conspectu eius obrulerūt eum, & dedit ei potestatem, & honorē, & regnum, &c. ¶ Bene quoq; ita stantes amici sunt stolis albis, subauditur sanguine agni dealbatis, vt videlicet illi cui astant similes sint. Nam vestimentum eius, ait idem qui supra, quasi nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. L Et palmæ (inquit) in manibus eorum. ¶

Quia

Quia nimirum quatuor angelos supradictos, id est, quatuor principalia regna mundi, vicerunt: & ipsis volentibus nocere reluctantibus, & omni conatu resistentibus, nihilominus signati sunt, & signum dei viui in frontibus suis acceperunt. Vnde per pugnam quatuor ventorum, post excursum quatuor bestiarum, ait idem qui supra, venit antiquus die rum, & iudicium dedit sanctis excelis, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. Palmæ ergo in manibus eorum, & ipsæ palmæ florentes, interim crescunt, donec penitus interficiatur bestia quarta aliarum quoque bestiarum penitus omnis ablata sit potestas, tandemq; vltimū sedeat iudicium, regnumq; & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cœlum, detur populo sanctorum altissimi, singulis stolis quas nunc habet in illa corporum gloriosa resurrectione duplicatis. L Et clamabant voce magna, dicentes: Salus deo nostro, qui sedet super thronum & agno. ¶ Perditio & mors quæ per hominem in hunc mundum intrauerat, in omnes homines pertransierat, quia in eo omnes peccauerunt. Sed sicut per vnum hominem peccatum in hūc mundum intravit, & per peccatum mors, ita (inquit Apostolus) per vnum Christum damnatio & mors peccati, præstans vitam æternam. ¶ Recte ergo memores sancti, quod in primo homine peccauerint, & per peccatum eius mortui fuerint, gratia autem dei per Iesum Christum salui facti sunt, constitūtur & dicunt: Salus, subauditur, qua saluari sumus, deo nostro, non nobis attribuatur, & agno, i. filio dei, per cuius sanguinem in salutem recuperati sumus. L Et omnes angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderūt in conspectu throni in facies suas, & adorauerūt deum, dicētes: Amen. ¶ Sicut turbæ magnæ ex oibus gentibus, tribubus, & populis, & linguis, numerus nemini comprehensibilis est, ita & hic, & superius vbi primū agnus librum accepit angelorū numerus diffinitus nō est, de istis iam illic dictū est, quia etsi non per ipsum redempti sunt, quia nō perierant, attamē per diuinitatem eius conditi sunt, & per sanguinem eius (vt Apostolus quoq; testis est) nobis conciliati, siue pacificati sunt, & instauratus est hoibus numerus ipsorum, q diminutus fuerat per ruinam angelorum apostatæ. Ergo qui ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt deum, dicentes, amen: congratulatio est beatorum beatis & beatificatis, siue recuperatis illis, qui perierant congaudentium. L Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & virtus, & fortitudo deo nostro in secula seculorum, Amen. ¶ Septem sunt voculæ, benedictio, sapia, claritas, gratiarum actio, honor, virtus, fortitudo. Solet autē septenario numero designari vniuersitas tam apud seculares philosophos, quā apud ecclesiasticos, ergo & hic quicquid laudis, quicquid glorificationis aut iubilationis concipere potest mens aut proferre, quæ cunctis ista est lingua angelorum, sub istis oculis non dubitamus ab illis beatis spiritibus deo nostro de clamari, pro sanctis omnibus, quia mortui fuerant, & reuixerunt: perierant, & inuenti sunt. L Et respondens vnus de senioribus, dixit mihi: Hi qui amici sunt stolis albis, qui sunt & vnde venerunt? Et dixi: Domine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerūt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, ideo sunt ante thronum dei, & seruiūt ei die ac nocte in templo eius. ¶ Cum hæc chiuismodi dictio, qui sunt, & vnde venerunt, non responsio sit, sed interrogatio siue percontatio, recte tamen respondisse dicitur, videlicet, eo quod ad respondendum intēdat, id est, vt idcirco interroget, vt cum attentum ipsa interrogatiōe fecerit, tunc demū respondeat. Hi sunt (inquit) q venerūt de tribulatione magna. ¶ Vere ex magna tribulatione omnes sancti venerunt, cuius videlicet tribulationis causa vel initium fuit originale peccatum. Omnes em̄ qui extunc pie viuere voluerunt, tribulationem siue persecutionem passi sunt. ¶ Veruntamen in illa tribulatione insignius atq; splendidius, veluti aurum in camino ignis, martyres fulserunt, de quibus continuo subiungit, dicens: & lauerūt stolas suas in sanguine agni. Nam etsi vniuersa ecclesia sanguine Christi mundata est ab omni delicto, multo magis isti mundari, atque candidati sunt, qui adeo communicauerunt sanguini Christi, vt suum quoque sanguinem funderent pro Christo. ¶ Ideo sunt ante thronum dei, videlicet qa mundi sunt, qa candidi sunt, qa in stolis albis spectabiles & gratiosi incedunt, idcirco familiares assistunt, ideo læti aspicientem aspiciunt, & dulcedine pleni atq; ineffabiliter occupati, eius, quem vident, mutuos ab intuitu eius aspectus, auertere non possunt. Nec vero dubium, quin præsentia sua clament idem ante thronum, quod subtus altare priorum animæ interfectorum, vsquequo dñe non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum. ¶ Et seruiūt ei die ac nocte in templo eius. Die ac nocte, id est, in æternitate seruiūt, siue ministrant (vt Daniel ait) milia milium ministrabāt ei, nō vtique laborioso siue seruilis ministerio, sed iucūdo atq; liberali amoris æterni tripudio. Hic em̄ dum viuūt, seruitus siue ministeriū dei labor & opus est, ibi aut seruitus dei laboris præmiū, & seruitutis merces est. In tēplo eius, inquit: Christus oīs illa patria templum dei est, sanctuarium dei est, sanctū sanctorū est, quo nihil nisi mūdum admitti potest. Hic qd dicitur

Sup. 6

Roma, 4

Psal. 38

Psal. 90

Tres lingue sacræ Iohan. 19

Psal. 77

Danie. 7

Psal. 67

Danie. 7

Ibidem.

Ibidem.

Roma. 7 Salus deo nostro & agno

Supra. 3

Coloss. 1 Cœtus

Lucæ. 17

2. Timot. 3

Supra. 6 Daniel. 7

Hic quidem dum uiuitur, in templum dei, ubi nomen eius inuocatur, nihil immundum admitti debet, in illud autem templum dei non manufactum, ubi facies conspicitur, nihil immundum admitti potest. Et qui sedet super thronum, habitat super illos. Et in ipsis & super ipsos habitat qui sedet super thronum: nam ipsi & domus & thronus eius sunt. In ipsis habitat, tanquam vita ipsorum, super ipsos habitat, tanquam ornatum & gloria ipsorum. Non esurient neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus, quoniam agnus, qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad uitæ fontes aquarum. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. ¶ Pene eisdem uerbis & eodem sensu Esaias loquitur. Non esurient neque sitient amplius, & non percutiet eos æstus & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum porabit eos. Nam & quod ille dixit: Ecce isti de longe ueniunt, & isti ab aquilone & mari, & isti de terra australi, hoc est, quod hic dicit, turbam quæ uidit ex omnibus esse gentibus, tribubus, & populis, & linguis. ¶ Item, quod cum dixisset dominus: nolite timere eos qui corpus occidunt, statim adiunxit, & post hæc non habent quid faciant, hoc magnifice hic amplificat cum dicit, non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ullus æstus, fuit enim quondam in potestate persecutorum siue homicidarum illorum, ut sancti esurirent atque sitirent, ut æstu afficerentur, & gelu, circumeuntes (ut Apostolus ait) in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & cauernis terræ. Verum hoc iam in potestate illorum amplius non erit ut faciant. ¶ Sed & illa esurie laudabili, & bona siti, quam hic sancti habebant, de qualibus & dominus: Beati (inquit) qui esuriunt & sitiunt iustitiam, non esurient aut sitient amplius, nam ibi saturabuntur & inebriabuntur. Denique isti fontes aquarum, ad quos deducet eos agnus, qui regit eos illi sunt fontes, siue ille fons atque torrens, quem prospiciebat Psalmista, cum diceret: Inebriabuntur ab uertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ porabis eos, quoniam apud te est fons uitæ. ¶ Quis hæc explanare sufficere? Quis digne hæc tractabit aut exponet? Imo quis ista sensu percipiet? Qualem aut quantum scriptura laborat intimare nobis diuinæ charitatis affectum, dicendo: & absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum? Deficimus in hac admiratione, quæ a oculo non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. ¶ Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in celo quasi media hora. ¶ Quando is qui ascendit in celum, & sedet à dextris dei, ueniet ad iudicandos uiuos & mortuos, tunc sigillum septimum soluetur, quia scripturarum non paruorum aut leue momentum adimplebitur. ¶ Exempli gratia: De illa die iudicii Sophonias propheta dicit: Luxta est dies domini magnus, iuxta est uelox nimis. Vox dei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiarum, dies calamitatis & miseriarum, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbidinis, dies tubæ, & clangoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. Et tribulabo homines, & ambulabunt cæci, quia domino peccauerunt. Et effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ domini. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia con summationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus in terra. ¶ Hæc & huiusmodi quæ passim leguntur in scripturis, tunc adimplebuntur, & tunc finis erit, quia tunc consummabuntur omnia. Ait ergo: Factum est silentium in celo quasi media hora, Silentium quippe hoc loco recte quietem illam significare intelligitur, de qua Psalmista loquitur: Terra tremuit & quieuit, cum exurgeret in iudicio deus, ut saluos faceret omnes mansuetos terræ. Præmisit enim, de celo auditum fecisti iudicium, more prophetico pro futuro tempore ponens præteritum. Et est sensus: Quando de celo ueniens, auditum facies iudicium, dicendo iustis: Venite benedicti patris mei, & cætera. Tunc terra tremuit & quieuit, id est, impij timebunt, & desinent male operari. ¶ Sed & sancti qui nunc sub altari dei clamant (ut supra scriptum est) dicentes: Vsq̄quo dñe non iudicas & vindicas sanguinem nostrum, tunc quiescent, finemque ponent suo clamori, quia tunc factum erit, tunc iudicatum erit, interfectores eorum vndique eliminatis, ut ultra interficere non possint. Huiusmodi silentium, siue quietem in celo, id est, in cœlesti ecclesia sine fine futuram, silentium illud significabat. ¶ Quod autem ait, quasi media hora, & ad significationem ualeat eorum quæ præmissa sunt, & eorum quæ sequuntur quia uidelicet, iam nunc ab alio exordio mysteriorum siue reuelationis, ordo recapitulatur.

Esaie. 49
Ibidem.
Lucæ. 12
Hebr. 11
Matth. 5
Psalm. 37
Esaie. 64
1. Cor. 2
CAP. VIII
Sopho. 1
Psalm. 77
Matth. 27
Sup. 6

¶ Quarti Libri Finis.

Ruperti

RUPERTI ABBATIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIO-RVM LIBER V.



T VIDI SEPTEM ANGELOS stantes in conspectu dei, & datæ sunt illis septem tubæ. Et ecce alius angelus uenit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum in manu sua. ¶ Sicut uere dixit Christus quia persecutores corpus occidunt, sed animam occidere non possunt, sic uere dixit Christi Ap̄s, quia laboro usque ad uincula, sed uerbum dei non est alligatum. ¶ Ecce enim laborate isto Christi discipulo usque ad exilia, & in angusta secundum corpus clauso insula, uerbum dei libere atque expeditum, liberam eius animam per amplam ducit seculorum spatia, tota amplitudine dilatata, ut per annorum milia per oim̄ fere scripturam quasi multa miliaria, digestas operum dei rationes mysticas, coram se cõspiciat. Ducit ac reducit à primis usque ad nouissima, à nouissimis usque ad priora secula, uidelicet ab ultimi sigilli apertione quod in nouissimo die apertendum erit usque ad primam tubam quæ post diluuium personuit ad destructionem p̄ci, ad astruendum, quod cura esset deo de peccatis hominum, & quod omnes in nouissimo die iudicaturus sit. ¶ Operosum atque perpulchrum est ostendere de scripturis, ubi, quando uel quomodo quisque angelorum istorum tuba cecinerit, quæ tertia pars terræ ignea grandine combusta sit, quæ mons magnus in mare missus, & quæ tertia pars maris siue creaturæ mortua sit, quæ tertia pars fluminum amara facta, uel in absinthium uersa sit, quæ uel cuius solis aut stellarum tertia pars percussa & obscurata fuerit, quis puteus abyssi, & quomodo illum stella de celo cadens aperuerit, unde de fumis ascendit & locustæ exierunt, qui quatuor angeli alligati in flumine magno Euphrate, sed ad uocem iubentis dei soluti, quod ultimum sit uerbum, & quæ uoces dicentium: Factum est regnum huius mundi, dñi nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Operosum est, inquam, certis ex locis scripturarum ostendere hæc omnia, nouissimum magni iudicii diem, claris testimonijs præcurrentia. ¶ Præterea iam hic sciendum, quia quæ plagæ iam dictæ fieri cœperint, ad fidem siue confirmationem futuri iudicii dei, simul quoque m̄ia preparatio nõ defuit, quæ iudicium illud fugientibus semper p̄sto est, & omnibus occurrit. Pulchre ergo ubi dictum est, & uidi septem angelos, & datæ sunt illis septem tubæ, antequam aliquis illorum tuba caneret: ecce, inquit, alius angelus uenit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum, &c. Iste namque angelus siue angeli istius actus uel habitus, misericordis atque fidelis pontificis Christi sacerdotium designat, quod ibi iam figurari cœptum est, ubi angeli tuba, & plagæ fieri cœperunt, quod sermonis nostri sequentia pro posse declarabit. ¶ Itaque sicut in precedentibus libri sigillis absolutis, sp̄m̄ intellectus, sic in istis septem angelorum tubis, & in illo alio angelo thuribulum habente, sp̄m̄ consilij operatum esse siue operari agnoscimus. Unde post cantum tubæ sexti angeli leuat manum suam in celum fortis angelus, iurans per uiuentem in secula seculorum, quia in diebus uocis septimi angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium dei. Mysterium namque hoc loco idem est quod secretum cõsilium. Et hoc uere magnum fuit consilium magni dei, quod ultimum iudicium per ignem futurum non ita repente aut ex improviso uoluit euenire, sicut illud anterius iudicium per aquam factum, sed multa præmissa ad idem iudicium pertinentia, per quæ non dubitaretur esse futurum, sociam ubique misericordiam pro illis quos penitentiam agere uel acturos esse præuidit ante ipsum iudicium. ¶ Habentes ergo in hac recapitulatione magnam misericordie atque iudicii materiam, unde grandis sermo iure nobis sit, nisi quia imbecilles sumus ad dicendum, primum de misericordie instrumento loquamur, secundum talem huiusce angeli actum uel habitum. Res ipsa iam postulare uidetur, ut primo inquiremus, quis esse secundum suam personam æstimetur iste angelus: Deinde cuius figuram gestet, siue quem significet dicemus, iuxta sensum, quem publicus sanctæ ecclesie iam dudum commendauit uisus. Omnium quidem angelorum pius atque benignus esse studium circa genus humanum, multa cõmendat sanctarum testimonia scripturarum, ut exempli gratia illud euangelicum: Dico uobis, gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Illi congaudentes redemptioni nostræ, nato dño magna multitudine solemnizantes atque persultantes gloriam in altissimo deo, & in terra pacem hominibus bonæ uoluntatis decantando annuntiant, & annuntians decantant: ipsi resurgente domino, eodemque ascendente in celo, in albis uestibus apparentes, salutis nostræ festiuitatem concelebrant, & celebrandam fidei nostræ intimare festinant. ¶ Veruntamen præ omnibus Michael atque Gabriel coram domino pro nobis sunt, pro-

Matth. 10. 2. Timot. 2

Luc. 15. Luc. 2. Matth. 26. Actoꝝ. 1

G pter

pter nos fatagunt, & in nrm eunt atq; veniunt adiutorium, sicut testat vtrunq; vetus. s. & nouum testamentum. Nam in veteri Daniel audiuit vocem dicentis sibi: Gabriel, fac intelligere istam visionem. Virum istum qui Gabrieli loqui precepit, vt Daniele faciat intelligere visionem, iudæi Michael autumant. ¶ Consequenter aut, quia visio de prelijs erat regnũq; certaminibus, imo regnorum successionebus, Gabriel, qui prepositus est prelijs huic officio mancipatur. Gabriel enim in nostra lingua vertitur fortitudo vel robustus dei. Vnde & eo tempore, quo erat dominus nasciturus, & indicturus bellum demonibus, & triumphaturus de mundo, Gabriel venit ad Zachariam, & ad Mariam, & postea in Psalms de domino legitur triumphante: Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus fortis ipse est rex gloriæ. De hoc in alia visione idem propheta: Adhuc, inquit, me loquente in oratione, ecce vir Gabriel quem videram in visione à principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vesperini & docuit me. ¶ Porro vbi populo prospera pmittitur, & ppitatio vel expiatio necessaria est, Michael dirigitur, q; interpretat, quis sicut deus. Hinc est illud: Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum. Itemq; post pauca: Veruntamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis, & nemo est adiutor meus in omnibus his nisi Michael princeps vs est. Deniq; cum dicit: Nisi Michael particeps vester est adiutor meus, subaudiendum est, ad rogandum deum pro vobis, ad offerendas deo orationes vsas. ¶ In nouo autem testamento, & Gabriel annuntiandæ dominicæ incarnationis fungitur officio, & Michael princeps in pælio contra diabolum secundum hanc ipsam Apocalypsin declaratur. Nam factum est, inquit, prælium magnum in cælo, Michael & angeli eius præliabant cum dracone, &c. Cum igitur omnium, vt iam dictum est, angelorum circa nos homines pii sit benevolentia peruigili studium, multo maxime de istis hoc sentiendum est, quos vtriusque veteris, s. & noui testamenti tam celebre per nomina sua tãtis negotijs designat præconiũ. ¶ Sed & istorum tam excellentium maximus nobis est Michael, quippe qui & illius alterius testimonio princeps noster & dñs & est, princeps in pælio, princeps in orationis suffragio. Vsq; ad finem seculi princeps iste principatur populo dei, testante eodem angelo, q; & supra cum diceret Daniel: In tempore illo confurget Michael princeps magnus, qui stat p filijs populi tui, & veniet tempus, quale non fuit ex eo, ex quo gentes esse ceperunt, vsq; ad tempus illud. Pro filijs populi tui cum dicitur Danieli, nos ipsos recte intelligim⁹, quia nimium & nos, quicunq; ex fide Abrahæ sumus, cum Daniele & cum omnibus non tantũ carnis, sed & fide Abrahæ filijs vnus populus autoritate scripturæ & dicimur & sumus. ¶ His itaq; testimonijs astipulantibus, veraciter agnoscimus & dicimus, hunc angelũ, qui tali scheinmate stetit iuxta aram templi, Michaellem esse archangelum principem nostrum, & istum cunctis retro seculis antequam nasceretur nobis de virgine puer, qui dicit & est magni consilij angelus, ante, inquam, s. ex quo gentes ceperunt, ex quo credidit Abraham deo, & reputatũ est ei ad iustitiã, istũ stetit p filijs populi illius, eorũq; fuisse adiutorẽ nõ dubitam⁹. Ex q; credidit Abraham deo, vt iam dictũ est, & reputatũ est ei ad iustitiã, iste angelus stetit iuxta aram templi hñs thuribulũ aureũ in manu sua, Nondũ significationẽ stantis attigim⁹ de q; postmodũ dicturi sumus, sed adiutorij ei⁹ q; populũ priorem in ppria persona adiunxit princeps, actus cõmemorare intendimus. ¶ Quã ergo iuxta aram templi, vel cuius tẽpli iuxta arã illũ stetit intelligim⁹? Nimirũ tẽplũ dei sc̃m, sancta vniuersalis ecclesia est, & huius tẽpli ara siue altare Ch̃s est. Quomodo in templo manufacto visibile altare omnimoda dignitate religionis præeminet, sic in ecclesia sua deus & homo Ch̃s, diuina simul & regia maiestate p̃poller. Quomodo iuxta aram huiusmodi iste angelus stetit? Vbi primũ ara ipsa in templo suo fundata est: vbi Ch̃s p fidem in cordibus p̃m repositus est, credentium huic verbo: Et in femine tuo benedicent omnes gentes, quod vtiq; semen Ch̃s est, extunc angelus iste gentis illius princeps factus est, & iccirco recte iuxta aram stetit dicit: quia ppter huiusmodi fidem tutor & adiutor illi populo datus est. L Stetit ergo, inquit, habes thuribulum aureum in manu sua. ¶ Thuribulum aureum fides illorũ erat sancta, fides pura, fides aurea, videlicet multis tribulationibus eorundem super terram peregrinantium, velut aux in camino ignis pbata. Hãc illorũ fidẽ tanq; thuribulum habebat in manu sua, s. ipsam habes p illis iustitiæ causam, ad impetranda dei beneficia. Vnde & sequit: L Et data sunt ei incensã multa, vt daret de orationibus sanctorũ omnium sup altare aureum qd est ante thronum. ¶ Quid p incensã velit intelligi ipse exposuit dicẽdo, vt daret de orationibus sanctorũ omnium sup altare aureum. Ergo incensã quẽ illi data sunt, sanctorũ orationes sunt. Quid aut orabãt sancti illi, quorũ iste angel⁹ in tali ministerio princeps erat, sicut prophetica veritas astruit? Quid orabant, vel pro qua re orationes maxime faciebant? Plenã qdem sunt diuinã paginã clamoribus magis q; orationibus illoꝝ, q; non nisi in necessitate & temporali salute deũ inuocare nouerunt. Exempli grã: Mortuus est rex Aegypti, & ingemiscẽtes filij Israel pro-

pter opera vociferati sunt ad dñm. Ascenditq; clamor eorum ad dñm pro operibus, & audiuit gemitum eorum. Item: Iratus est dñs contra Israel, tradidit eos in manus illius, serueruntq; ei, & clamauerunt ad dñm, qui suscitauit eis saluatores & liberauit eos. Plenã, inquam, sunt diuinã paginã huiusmodi clamoribus illoꝝ. ¶ Sed nunquid hi soli clamores, vniuersã illg orationes sanctorũ & vniuersa incensã fuerit quẽ isti angelo data sunt? Si nihil aliud adorerunt, ergo ne orationes illorum, incensã vocari, & ante altare siue ante thronum in conspectu dei adoleri dignã fuerunt? Igitur orationes sanctorũ patrum siue patriarcharum, quã hic incensã digne vocari meruerunt, illã fuerunt quas effundebant propter Christum, propter adipiscendum eius aduentum magno patri Abrahæ repromissum, vt in ipso benedicerentur cũ omnibus gentibus siue cognationibus terrã, atq; absoluerentur ab illa primã pua ricationis maledictione. Hoc maxime Dauid sanctus in psalms patenter intendit, q; orando canit, quippe q; & pro ipsa intentione tantã dignitatis iudicat easdem orationes suas, vt in persona eius, cuius aduentũ suspirat, plerosq; psalms proferat, quod ipse sensus eorũ indubitanter attendentibus indicat. Exempli grã: Deus laudem meã ne tacueris, &c. p eo vt diceret: Deus laudem Christi filij tui ne tacueris, quia os peccatoris & os dolosi super eum apertum est. Locuti sunt aduersus illum lingua dolosa, & sermonibus odij circūdederunt eum, & expugnauerunt eũ gratis. Proinde hæc & huiusmodi incensã vera esse non ignorãs quodam loco cum dixisset: Dñe clamaui ad te exaudi me, intẽde voci meã cũ clamauero ad te, subiunxit continuo: Dirigatur ofo mea, sicut incensum, in cõspectu tuo, & est sensus: Hoc fac, vt oratio mea sit directã, non in conspectu hoim, q; sospitatem corporis & diuitias orare & similia, directã putant esse orationem, sed in cõspectu tuo, in beneplacito tuo, qd idem est ac si diceret: Hoc fac me orare quod orandũ est. Sequit ergo: L Et ascẽdit fumus incensorũ de ofonibus sanctorũ de manu angeli coram deo. ¶ Fumus incensorũ suauissima est affectio sanctorũ precum, q; sic ex fide per dilectionem operãte, dulcescit, & corã deo confurgit, quõ ab igne cremante dum liquefcit incensum, fumum creat odoriferum, sursum narib⁹ patulis sensum inspirans insitã suauitatis. Illuc vsq; pulchra gradatione huiusmodi fumus ascendit. De ofonibus sanctorũ ad manũ angeli, de manu angeli corã deo ascendit. Quid deinde? L Et accepit angelus thuribulũ & impleuit illud de igne altaris, & misit in terrã. Et facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terrã motus magnus. ¶ Hoc thuribulum aureum fumus incensorũ, hoc manus angeli mediantis impetravit, vt de igne altaris pleno thuribulo mitteretur in terram, & fierent tonitrua, & voces, & fulgura, & terrã mot⁹ magnus. Hoc, inquam, vt manifestius dictum sit, aurea sanctorũ p̃m fides emeruit, vt tanta fierent in gẽte illa signa ac prodigia, quibus contrita est Aegyptus, Pharaõ submersus cum curribus suis & equibus suis, filijs Israel per mediũ mare transeuntibus, vtiq; fieret in mõte Synai qd scriptũ est: Iam aduenerat dies tertius, & mane inclaruerat, & ecce coeperunt audiri tonitrua ac micare fulgura, & nubes densissima operire montẽ, clangorq; buccinã vehemẽter p̃strepebat, timuitq; pp̃s qui erat in castris. Hoc respiciẽs Moyses hõ dei, saluo sacratione intellectu, dũ bñdiceret filijs Israel dixit: Dñs de Syna venit, & de Seyr ortus est nobis. Apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum milia. In dextera eius ignea lex. ¶ Igneam legem dixit, ne dubites per ignem quem angelus iste misit in terram, recte legem debere intelligi. Et qd est lex ignea, nisi lex sp̃s dei, qui per ignem solet significari, conscripta: & contra peccata perseuerantia zelo fortissimo feruida? Quod autem iste ignis manu angelica in terram missus sit, qd ista lex ignea per angelos administrata sit, Stephanus ptomartyr in Actibus Ap̃lorũ patenter edicit: Et occiderunt, inqt, eos, q; præ nuntiabant de aduentu iusti, cuius vos nunc pditores & homicidã fuistis, q; accepistis legem in dispositione angelorum, & non custodistis. Quid hoc testimonio manifestius? Legem, inqt, in dispositione angelorum accepistis. Apostolus quoq; ad Galatas scribens, dicit: Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est donec veniret semen, cui repromiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Qua in manu, vel cuius mediatoris? ¶ In manu nimirũ mediatoris angeli magni, q; nunc mediator dei & hoim est, hõ Ch̃s Iesus. Hunc enim & iam dictus ptomartyr in Actibus ap̃lorũ patenter innuit dicẽdo: Hunc Moysen deus principem & redemptorem misit cum manu angeli qui apparuit illi in rubo. Et Malachias propheta manifestius exprimit q; vel quant⁹ sit angelus iste, cum dicit: Et statim veniet ad templum suum dñator quem vos queritis, & angelus testamenti quem vos vultis. ¶ Itaq; quomodo angeli, quorũ in dispositione siue ordinatione, promissio ad Abrahã, & Isaac, & Iacob facta est & lex data est, plures fuerunt, iste qui autoritate prophetica princeps illius populi dñ fuisse, archangelus Michael in tanto negotio nullatenus defuisse credendus est. Nam etsi illic de suã personã manifestis indicijs tacet, aliã nõ tacet. Deniq; cũ esset Iosue in agro vrbs Hiericho, leuauit oculos & vidit virũ stantẽ contra se, & euaginatũ gladiũ tenentẽ, perrexitq; ad eum, & ait: Nf es an aduersarium? Qui rãdit: Nequãq; sed sum princeps exercitus dñi, & nunc venio. Sane qd dixit, sed

sum princeps exercitus dñi, non sufficiens fuisse de scriptis personæ huius Michaelis archæ-
 gelli, nisi suppleuisset ipsa quam supra diximus autoritas prophetalis, qua dixit: ille alius an-
 gelus, & nemo est adiutor meus in omnibus ijs nisi Michael princeps vñ. Itemq; alibi in re-
 pore, inquit, illo confurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs ppli tui. Multa sunt
 nimis & plura, quam vt præfenti loco commemorare patiat tenor. propositi nri, quæ p mi-
 nisterium principis huius facta sunt, sicut scripturis sacris continet, ex quibus omnib; ma-
 gnus iste princeps, quia per ipsum disposita sunt, fortitus est nomen Michael qd interpreta-
 tur, quis sicut deus. Quid enim aliud hoc nomie innuit, nisi quia qualia per ipsum facta sunt,
 nemo facere possit nisi deus? Hoc deniq; & Psalmista perspicuus, quis deus, inquit, magnus
 sicut deus noiter? Tu es deus qui facis mirabilia, &c. ¶ Sciendum tandè quia angelus iste nō
 in re, sed tantum in significatione mediator fuit. Nam idem Apl's, vt supra meminimus, di-
 xit, quia lex propter transgressores posita est, donec veniret semen cui repromiserat ordina-
 ta per angelos in manu mediatoris. Et alibi dicit: Vnus deus & vnus mediator dei & hoim
 homo Christus Iesus. Significatione ergo qualiter mediator fuerit, i. qualiter mediatorem
 dei & hominum secundum hanc visionem significauerit, iam dicendum est. ¶ Venit, inq; an-
 gelus & stetit ante altare habens thuribulum aureum in manu sua. Angelum esse Christum
 dei filium, angelum, i. nuntium magni consilij. Hunc esse vel dici non solum propheticæ, ve-
 rum etiam legalis autoritas astruit, cum ad Mosen deus dicit: Ecce ego mittam angelum q
 præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem parauit. Obserua eum & audi
 vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaueris, & est nō mē meū
 in illo. Nam angelus in quo debeat esse nomen dei, i. qui deus aut dñs iure debeat dici, vnus
 & solus est deus, Chrs dei filius. Hic, inq; venit, videlicet in hunc mundum, per incarnatio-
 nis mysterium. Nam & ex eo quod sic venit, & voluntatem patris nobis annuntiauit, ange-
 lus dñ & est. Veniens autem stetit ante altare habens thuribulum aureum in manu sua. Quō
 stetit ante altare, nisi præsto se exhibens, ad subeundum opus obedientiæ spontaneæ? Cum
 enim tanquam deus manu sua se tueri posset, tanquam homo infirmum se inueniri & teneri
 passus est, dixitq; orans ad patrem: Mi pñ, si possibile est, transeat à me calix iste, veruntamē
 nō sicut ego volo, sed sicut tu. Itaq; nō se defendēs stetit an altare, videlicet tanq; ouis, ductus
 ad immolandum, & non aperuit os suū. ¶ Taliter astitit, aureū in manu sua hñs thuribulum
 .i. apparens in conspectu ecclesie factus ipse thuribulum, vt super altare crucis thuribulum
 suum aureum, i. corpus immaculatum, & de spū sancto conceptum, offerret patri p nobis.
 Et data sunt illi incēsa multa, vt daret de orationibus sanctorum cñium super altare, quod
 est ante thronum. De orationibus sanctorū obtulit incēsa. Ipsi enim libauit ecclesia preces
 suas, dicens: Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Accepisse autē de oratio-
 nibus sanctorum idem dñ & obtulisse, quia per ipsum omnium possunt preces ad dominum
 suauiter peruenire. ¶ Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu an-
 geli coram deo. Chro domino se hostiam suauitatis offerente, compunctio cordis sanctorū
 acceptabilis facta est, quæ ab igne nascēs intimo, sicut fumus solet excitare lachrymas, & ac-
 cepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, bene thuribulum igne plenum in-
 ducit. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Quod proprie de Christi humanitate no-
 uimus adimpletum, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et misit in ter-
 ram, Sic & dominus in Euangelio: Ignem, inquit, veni mittere in terram. Et facta sunt toni-
 trua, & voces, & fulgura, & terræ motus. Tonitrua cōminationes supernæ. Et voces, i. ex-
 hortationes. Et fulgura, i. splendores miraculorum. Terræ motus, vt quibusdam insequenti-
 bus, quibusdam vero sequentibus: ijs dicentibus bonus est, illis autem, non, sed seducit tur-
 bas. Nunc ad ordinem recurramus: Diximus supra, quia sicut in præceptis præcedentib; se
 prem libri sigillis absolutis, spiritum intellet; sic in istis septem angelorum tubis, & in illo
 alio angelo thuribulum habente, spiritum consilij operatum esse siue operari agnoscimus,
 ipsum tamen dei consilium in eo magnum & mirabile fuisse vel esse, quod vltimum iudiciū
 per ignem futurum, non repente aut ex improviso voluit euenire, sicut illud antè iudiciū
 um per aquam factum, sed multa præmisit ad idem iudicium pertinentia, per quæ non dubi-
 taretur futurum esse, focia vbiq; misericordia, pro illis quos pœnitentiā agere vel acturos
 esse præuidit ante ipsum iudicium. ¶ Cum igitur angelus iste staret, vt supra iam dictum est
 datus in principem Abrahamæ & semini eius, sumpro thuribulo paratus ad suscipiēda oratio-
 num incēsa, ad impetranda pro illis misericordiæ suffragia. L Tūc & septem angelis seprē
 tubæ datæ sunt, & parauerunt se vt tuba canerēt. ¶ Videlicet ad intonandum iudiciū aduer-
 sus peccata gentium, quæ sub eodem tempore vias suas ingredi cœperūt. Tubæ, inquam, il-
 lis datæ sunt, videlicet ad excitandum orbem terrarum vt pugnaret pro deo aduersus insem-
 satos, vt per quæ peccabant, per ipsa & punirentur. L Et primus angelus tuba cecinit, & fa-
 cta est grādo & ignis, mixta in sanguine, & missum est in terrā, & tertia pars terræ cōburna-
 est, &

Daniel, 10.
 Daniel, 12.
 Psalm, 76.
 Galat, 3
 1. Timot. 2.
 1. Esaiæ, 9
 Exod, 23.
 Match, 26
 Luc, 22.
 Esaiæ, 53
 Psal, 140.
 Iohan, 3
 Coloss, 2
 Luc, 12.
 Iohan, 7
 Sapient, 7

est, & tertia pars arborum combusta est, & omne scēnū viride combustum est. ¶ Primi an-
 geli vel primæ tubæ cantus, clamor ille fuit de quo dñs ad prædicum patrem Abraham ta-
 liter locutus est: Clamor Sodomorū & Gomorræ multiplicatus est, & pñm eorum aggra-
 uatum est nimis. Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere comple-
 uerint: an non est ita, vt sciam. Deniq; ab angelis nobis deputatis, quotidie die noctūq; dño
 factori nro opera nostra nuntiantur. Si ergo magnum sit opus quod agimus, dñi annuntia-
 tur, ipsa annuntiatio quasi cantus tubæ est, qñ magnus clamor. Siue per grande pñm siue o-
 ratio sit vehemens, ante deum clamor est. Nā q dixit: clamor Sodomorū & Gomorræ mul-
 tiplicatus est, ipse alio loco dicit: Vidi afflictionem ppli mei, & clamorem eius audiui. Canē
 te ergo tuba primi angeli, facta est grando, &c. Quando vel quō hoc factū sit, cui incogni-
 tum est? Pluit enim dñs super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem, & subuertit ciui-
 tates has, & omnem circa regionem, vniuersos habitatores urbium, & cuncta terrę virētia.
 ¶ Deniq; terræ arborum, atq; scēni noīe hoīes subintelligendi sunt, cum bene nota scriptu-
 rarum autoritate. Terræ, vt exempli grā, cum deus dicit: Quia puluis es, & in puluerem re-
 uerteris: siue, terra es & in terram ibis. Et alibi: Quid superbit terra & cinis? Arbor, cū idē
 dñs dicit: Non est arbor bona quæ facit fructus malos, neq; arbor mala faciens fructum bo-
 num. Scēni, cum idem dñs dicit per pphetam: Clama: Ois caro scēnum, & oīs gloria ei; qñ
 flos scēni. Friccatum est scēnum, & cecidit flos, verbum autem dñi manet in æternum. Ergo
 terra, arbores, scēnum viride, homines Sodomitæ, cupidi, elati, luxuriosi, imo libidinosi
 fuerunt. ¶ Sed cur tertia pars terræ siue arborum, i. hoīm dicti sunt? videlicet ob duplicem
 causam: qā & de stirpe Cham, & impœnitentes fuerūt: genus quippe Chā recte tertia pars
 hominum dñ & est: quia nimirum tres erant filij Noe, q egressi sunt de arca, Sem, Cham, &
 Iaphet. Porro Cham ipse est pñ Chanaan, de cuius posteris Sodomitæ disseminati sunt, sic-
 ut scriptum est: Per hos disseminati sunt ppli Chanaanorū, facti sunt termini Chanaan ve-
 nientibus à Sydone Geraram vsq; Gazam, donec ingrediaris Sodomam & Gomorram, &
 ad Amam, & Seboyim vsq; L esā. Ergo natura, i. genere siue natione, tertia pars, i. de tertia
 parte hominum erant, cum essent de stirpe maledicti Chanaan vnus ex posteris Cham, di-
 cente præ: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Hæc vna est causa ob
 quā Sodomitæ tertia pars terræ, siue tertia pars arborū recte dicantur. ¶ Alia est causa, quia
 sicut iā dictū est, impœnitentes fuerunt, pñm suū pñdicantes nec abscondentes. Vnde hæc te
 nus ijs q lætant cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, cur damnentur à deo iudi-
 ce, causa redditur huiusmodi: Quia pñm suū, inquit, sicut Sodoma pñdicauerunt, nec abscon-
 derunt. Impœnitentes nāq; ita pars tertia hoīm sunt, vt iusti q digne pñdicare debeāt, & pec-
 catores qui audiunt, & ad prædicationem illorum conuertuntur, saluare non dubitent ani-
 mas suas, & sola quæ superest impœnitentium pars, sine dubio mittēda sit in gehennā. L Et
 secundus angelus tuba cecinit, & tanq; mons magnus igne ardēs, missus est in mare. Et fa-
 cta est tertia pars maris, sanguis: & mortua est tertia pars creaturæ, q habent animas, & ter-
 tia pars nauium interijt. ¶ Tunc secundus angelus tuba cecinit, qñ mortuo rege Aegypti, in
 gemiscētes filij Israel propter opa vociferati sunt ad dominum, ascenditq; clamor eorū ad
 deum pro operibus, & audiuit gemitum eorum. Canente autem hac tuba, tanquam mons,
 inq; magnus igne ardēs missus est in mare. Recordatus est em, inq; scriptura, foderis, qd
 pepigit deus cū Abraham, Isaac & Iacob, & respexit super filios Israel, & liberauit eos. Quō
 liberauit eos? Extende, inquit, manum tuam super mare, & reuertantur aquæ ad Aegypti-
 os, super currus & equites eorū. Reuersæq; sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cun-
 cti exercitus Pharaonis, q sequentes ingressi fuerāt in mare, ne vnus qdem superfuit ex eis.
 ¶ Ergo tanq; mons magnus igne ardēs missus est in mare, i. Pharaō cū curribus suis, exem-
 plar superbiæ diabolicæ. Montis namq; nomine superbia, ignis ardentis eorundem, i. Pha-
 raonis & Aegyptiorum, designatur inuidia. Nam de superbia illorum Iethro quoq; cogna-
 tus Mosi cum dixisset: Bñdictus dñs q liberauit vos de manu Aegyptiorū, & de manu Pha-
 raonis, q eruit pplm suū de manu Aegypti, cōtinuo subiunxit: Nūc cognoui, qā magnus do-
 minus super omnes deos, eo q superbe egerint contra illos. Porro inuidiæ suæ igne vrentē
 ipse satis indicat Pharaō, cum dicit in initio: Ecce ppl's filiorum Israel multus, & fortior no-
 bis est, venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur. ¶ Maris nomine gentes
 hic significantur, quemadmodum & in Psalmo cum dicit: Et trāsferent montes in cor ma-
 ris. Idem est em ac si diceret, dum à Iudeis in mediū gentium transibunt apli. ¶ Nauium qq;
 nomine vita hominum transitoria designatur, quemadmodū & in Iob: Dies mei, inq; tran-
 sferit, sicut naues poma portantes. ¶ Itaq; & hic per tertiam partem maris siue nauium, sicut
 supra, per tertiam partem terræ atq; arborū, tertia pars hominum intelligitur recte, i. pro-
 genes Cham, Aegyptij nanq; de Mesraim, vno ex posteris Cham, exorti sunt. Scriptū ap-
 pe est: Filij autē Cham, Chus & Mesraim, & Phur, & Chanaan, ac deinceps. At vero Mes-
 ram

Gene, 10
 Exod, 31
 Gene, 10
 Gene, 3
 Eccl, 10
 Matth, 23
 Lucæ, 11
 Esaiæ, 40
 Gene, 10
 Gene, 9
 Prouer, 21
 Esaiæ, 3
 Exod, 13
 Exod, 2
 Exod, 14
 Exod, 18
 Exod, 11
 Psal, 47
 Iob, 9
 Gene, 10

ram genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, & Nepruim, & Phetufim, & Chesuim, de quibus egressi sunt Philistinim, & Capturim. Quod ex isto .i. Mesraim, Aegyptij quoque, ut iam dictum est, orti sunt, antiquiores tradunt, Psalmista quoque patrem eius Cham, patrem Aegyptiorum fuisse astruit, cum dicit: Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti, primitias ois laboris eorum in tabernaculis Cham. i. ubi filij Cham, filij Noe habitant. ¶ Aliam nihilominus ob causam Aegyptij tertia pars fuerit, videlicet quia & ipsi impenitentes fuerunt, adeo, ut cum coram illis signa & prodigia multiplicarent, ipsi amplius indurarent. Oderant enim filios Israel, & inuidebant eis, & iccirco, ut proprium est odientium atque inuidientium, quanto plura videbant per eis signa fieri, quae gloria illorum erat, tanto duriores efficiebant, augmentum per singula signa capiente magnitudine odij. ¶ Hoc scidens ipse dominus dicebat ad Moysen: Ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. Quod idem est ac si diceret: Ego quidem signa coram eo faciam, sed haec illi ad nihil aliud valebunt, nisi ut odientis crescat inuidia, inuidetis augetur odium. Impenitentes ergo erant, & cum, ut supra dictum est, tres sunt partes hominum, alij quippe iusti, alij poenitentes, alij impenitentes sunt. Isti, quia de impenitentibus erant, de tertia parte erant. Quod autem hic dicitur, quia tertia pars maris facta est sanguis, quoniam mare, ut supra iam dictum est, gentes significat, quod, inquam tertia pars maris, & tertia pars quae habebat aias, mortua est, patet ad illud spectat, quod percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius, quae versa est in sanguinem, & pisces qui erant in flumine, mortui sunt, & iumenta quoque igne & grandine combussit. Vnde & Psalmista: Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum. Ac deinceps: Et tradidit grandini iumenta eorum. Item: Viam fecit semitam ire suae, & non peccit a morte animabus eorum, & iumenta eorum in morte conclusit. Et rursus: Qui percussit primogenita Aegypti, ab hodie usque ad pecus. Iam ergo secundum litteram tertia pars hominum .i. genus Cham, vnus ex tribus filiis Noe, secundo percussa est: Historicas namque percussiones ostendere magis intendimus. L. Et tertius angelus tuba cecinit: Et cecidit de caelo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum, & nomen stellae dicitur absinthium. Et facta est tertia pars aquarum absinthium, & multi homines mortui sunt de aquis, quia amarum factum sunt. ¶ Fluminum quoque nomine gentes significat, ut illic: Eleuauerunt flumina fluctus suos, a vocibus aquarum multarum, quod est dicere: Inimicae gentes eleuabunt tanquam fluctus quasdam commotiones suas, scilicet minas, verbera, & caetera talia: & hoc facient a vocibus aquarum multarum, id est, propter voces praedictantium euangelium Christi, siue propter clamorosas accusationes multorum, cum populati tumultu dicentium: nouae religionis cultores, suorumque exterminatores aduenisse deorum. ¶ Porro tertia pars gentium, sicut iam dictum est, genus erat Cham. Igitur tunc tertius angelus tuba cecinit, quando post quadraginta annos ab exitu filiorum Israel de Aegypto, completae sunt iniquitates Amorrhaeorum, & caeterarum gentium siue regnorum Chanaan. Quod & patientia dei expectans, cum dixisset ad Abraham: Scito noscens quod peregrinum futurum sit semen tuum, in terra non sua, & c. ita subiunxit: Necessum completae sunt iniquitates Amorrhaeorum usque ad praesens tempus. Itaque canente tuba tertia .i. istorum quoque clamore ascendente ad deum, eo quod praeseranter peccato iniquitates suas adimpleissent, tempusque esset ut iam terra illos euomere deberet: L. cecidit, inquit, de caelo stella magna ardens tanquam facula. ¶ Stella ardens tanquam facula .i. ira dei magna de caelo cecidit super gentes illas: ira, inquam, dei nobis stella, illis tanquam facula, Nobis enim lucet ira dei, & ad cognitionem proficit eiusdem dei, quae illos tanquam facula consumpsit, ita ut furore suo arderent, & nullam misericordiam quaerent, neque se victoribus traderent. Nam sic scriptum est: Non fuit ciuias quin se traderet filiis Israel, propter Euzum qui habitat in Gabaon. Omnes bellando cepit Iosue. Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererent ullam clementiam, ac preterea, sicut praedixerat dominus Moysi: L. Et cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum. I. i. in illas gentes quae, sicut iam dictum est, de tertia erant parte hominum .i. de gente Cham. Item ob aliam causam de tertia erant parte hominum, videlicet quia impenitentes erant: nam tres partes ibi maxime distinctae apparuerunt, iustorum .i. quod erant filij Israel, propter dei cultum. Poenitentium, ut erat domus Raab meretricis, quae nuncios filiorum Israel suscepit, de qua & scriptum est: Raab vero meretricis & domus patris eius atque omnia quae habebat fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel, usque in praesentem diem. Porro impenitentium pars ipsi erant, quippe & magnalia dei quae in Aegypto & deinceps facta fuerant, quae ipsi audierant, & inde, illa inquit, clanguerunt omnes habitatores terrae: sed non, ut ipsa & domus eius, ad poenitentiam conuersi sunt. L. Et nomen, inquit, stellae dicitur absinthium. ¶ Absinthium Graecum nomen est herbae, quae gustu amarissima est, suavis odore, temperamentum corpori praestans, cuius confusa folia succo suo vomitu extorquent, & auferendis doloribus vel contusionibus corporum vtilissima comprobatur. Huic reuera comparat, eiusque nomine nuncupatur ira illa vel sententia dei, quae super gentes illas venit, ita

Psal. 77. & 104.

Exod. 7

Exodi. 7. Exod. 9. Psal. 77. & 104.

Psal. 92.

Act. 17.

Gene. 17

Iosue. 11.

Iosue. 2. Iosue. 6. Iosue. 2.

nit, ita ut euomeret eos de terra, & quasi malis humoribus eiectione, reuelato pectore liberaretur. Sic enim de illis ipse loquitur: Oes execrationes istas fecerunt accolare terrae, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. Cauete ergo & ne vos euomat cum paria feceritis, sic euomit gentem quae fuit ante vos. Recte ergo, ut dictum est, stella illa cadens .i. sententia dei super gentes illas veniens, dicitur absinthium, quae talem talemque necessarium terrae illi fecit vomitum. L. Et facta est tertia pars aquarum absinthium, & multi homines mortui sunt, quia amarum factum sunt. ¶ Facta est absinthium .i. demonstrata est esse amarissima, nimiumque perniciosa filiis Israel eorum cohabitatio gentium, & multi ex eis mortui sunt de aquis .i. de gentibus illis, quia amarum factum sunt: videlicet sicut praedixerat deus ipse Israeli denuntians per Moysen: Caue ne vnquam cum habitatoribus terrae illius iungas amicitias, qui tibi sint in ruina. No inuas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicatae fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulacra eorum, vocet te quispiam, ut comedas de immolatis, & c. Non enim audierit prohibentem dominum, sed liberunt aquas amaras multi, & mortui sunt .i. commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruerunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. L. Et quartus angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunae, & tertia pars stellarum, ut obscuraretur tertia pars eorum, diei non luceret pars tertia & noctis similiter. ¶ Eleuata est manus percutientis a tertia parte terrae, maris atque fluminum, ad solem, lunam & stellas, & percussa est tertia pars eorum .i. a genere Cham tertia, ut iam saepe dictum est, parte hominum siue gentium, terram amantium, semetipfos amaricantium, & semper in vitijs & peccatis defluentium, ad ipsum genus Sem, ad ipsum semen Abraham, ad ipsam stirpem Iacob. ¶ Na sicut illi quae deum non quaerunt, quae caelum non suspiciunt, propter hoc ipsum terra sunt, mare sunt, flumina sunt, sic contra semen vel filij Abraham, sol sunt, luna sunt, stellae sunt. Sol videlicet propter Christum verum solem, semen vnum eidem Abraham re promissum: luna propterea, quia ecclesia sunt: stellae, propter diuisiuam, quae habuerunt singuli summi luminis gratiam. Quod prospiciens Moyses: & estis, inquit, hodie sicut stellae caeli plurimi. Nouerat quippe & scripserat deum dixisse ad Abraham: Suscipe caelum, & numera stellas, si potest, quod subiunxit, sic erit semen tuum. Amplius autem ad comprobandum quod sub nominibus solis, lunae, ac stellarum, gens illa siue patres & matres, singulique filij gentis illius recte debeant intelligi, illud testimoniū vel solum sufficit: Vidi, inquit, Ioseph, quasi solem & lunam, & stellas vn decem adorare me. Quod cum patri suo retulisset, quid, inquit, illi, sibi vult hoc somnium quod vidisti? Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terram? ¶ Igitur quartus angelus tuba cecinit .i. murmuratio filiorum Israel in deserto praesente angelo quae praecedebat eos in columna nubis, nimium concitata, usque ad aures domini peruenit. Vnde Moyses: Accedite, inquit, coram domino: Audiuit enim murmur vestrum. Diu tuba illa perfonuit, diu aures dei cantus ille horrissonus moleste tetigit. Quapropter permotus ipse dicebat Moysi: Vade descende, peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti: Reverserunt cito de via quam ostendisti eis. Deisti tunc aures eiusdem domini tuba illa molestissime tetigit, quoniam reuersis exploratoribus & detrahentibus turba quam inspexerant apud filios Israel, vociferans omni turba fleuit, & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicentes: Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non introducat nos dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & vxores & liberi nostri ducantur captiui, & c. ¶ Tunc profecto percussa est tertia pars solis illius, lunae illius, stellarum illarum. Iurauit enim in ira sua, si introibunt in requiem meam. Viuo ego, inquit, oes homines qui viderunt maiestatem meam, & signa quae feci non videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum. Ac deinceps: Viuo ego, ait dominus, sicut locuti estis audiente me, sic facia vobis. In solitudine hac iacebunt corpora vestra, oes qui murmurati estis a viginti annis & supra, & mururastis contra me, non intrabitis terram super quam leuavi manum meam, ut inhabitare vos facerem, propter Caleph filium Iephone, & Iosue filium Nun. Notum est ex sacris historijs, quod disperierint, quibus adhuc pro causis disperditi sunt, ita ut alios terra viuos absorberet, alios ignis egressus a domino interficeret, alios gladio cecideret. ¶ Vita & sine suo palam fecerunt, quod & ipsi quoque de tertia parte essent. Non quidem secundum carnis progeniem de tertia parte generis humani erant, .i. de genere Cham, sicut supra memorati Sodomitae, sicut Aegyptij, sicut Chanangi, sed secundum imitationem de eadem parte erant, testante deo, cum tali Israeli per prophetam loquitur: Pater tuus Amorrhaeus, & mater tua Cetha. Amorrhaeus quippe & Cetha fuerunt de genere Cham, & filij Chanaan. Ergo tertia pars isti fuerunt, ut putabat, solis, lunae, & stellarum .i. populi sanctorum, reuera autem tertia pars .i. ad tertiam partem pertinentes hominum siue gentium, partem Cham, partem Chanaan. ¶ Ita factum est, ut diei non luceret haec pars tertia, & noctis similiter, Semen illud Abraham, siue gens Israelitica, quae respectu solis & lunae, eodem erat dies clara, & nox lucida. Dies clara, videlicet pro consanguineo sibi Christo praesentibus re promisso, sole aeterno, Nox lucida, pro re temporalium euentu bono, terraeque Chanaan possessione promissa, & regno tereno multis mirabilium

Leuit. 24.

Exod. 23. Deute. 7.

Deute. 1. Gene. 17

Gene. 37.

Exod. 13. Exodi. 16. Exod. 32. Num. 14.

Psal. 94. Num. 14.

Num. 14.

Ezech. 14.

bilium dei signis illustrato. At illi infideles murmuratores, quicūq; in superbia deo detraxerunt, & ob hoc ore dei dicti sunt multitudo pessima. Exempli gratia, cum dixit: Vsq; quo multitudo hæc pessima murmurat contra me? Neq; in futura vita Chrm solem, neq; in præfenti vita temporalem videre meruerunt patrum hereditatem. Itaq; diei similiter & noctis pars ista, quæ putabatur diei esse, & noctis lucidæ, cum potius ad illam, vt iam dictū est, tertiam partē pertineret, in qua Chanaan reputatus est, non luxit, non clarificata est, sed tñbro sam post memoriam reliquit. L. Et vidi, & audiui vocem vnus volātis aquilæ per medium cœli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ, habitātibus in terrā: de cæteris vocibus angelorum trium, q; erant tuba canituri. Aquila hæc volans & prænuntia, sacra scriptura est. Notandum quod præcedentes quatuor percussiones nulla aquila prænuntiauit, quia videlicet Sodomitis, q; cœlesti igne vel sulphurea pluuia perdendi, Pharaoni & Aegyptiis, qd in mari Rubro perituri, Amorrhæis quod completis iniquitatibus suis puniendi, & a terra sua forēt euo mendī, nulla scriptura, nulla lex scripta comminata est aut prædixit. Tantummodo per legem naturalem iudicati & damnati sunt. Similiter & murmuratores filij Israel, quorū cor pora prostrata sunt in deserto, eandem murmuratiōis & rebellionis suæ pœnā quā passuri essent, scriptura prædicente, vel p̄ iudicium scripturæ non audierant: quippe qui & ante murmurare cœperunt, q̄ scriptura condita vel scripta esset lex, autēq; saltē priores tabulę decem præceptorū digito dei scriptæ essent, quæ ipsæ factæ sunt a scriptam legem, vā illi populo incumberebat. Verbi grā, cum dixisset dñs pro reatu vituli quem fecit Aaron: Cerno q; populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos. Cumq; non dimitteretur stante Mose in contractione, i. in nimia mentis humilitate in conspectu eius, ait tandem: Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Lex, inquam, nondum scripta aut certe recitata fuerat, & iccirco nec istud vā prænuntiasse scribit hic volans aquila. Tria vā quæ super sunt, sancta scriptura prænuntiauit. Primum videlicet quo filij Israel in eo passi sunt, quod peccantes dño traditi sunt in manus gentium, & dominati sunt eorum q; oderunt eos, & tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorū. Secundum qd pertulerunt in eo quod in captiuitatem ducti sunt, & quantum regnorum, s. Babylonij, Persici, & Macedonici, atq; Romani fortitudinem imperiosam ppter peccata sua miserabiliter sustinuerūt, quorum quartum, s. Romanum imperium bestia terribilis atq; mirabilis & fortis nimis, & dentes ferreos habens magnos, comedit eos atq; comminuit, & reliqua pedibus suis conculcauit. Tertium erat vā, vltimum iudicium, quando tam ipsi quibus scripta est lex, q; & omnes gentes condigna recipient, quia videlicet quicūq; sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicūq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Hæc, inquam, tria priusq; fierent, deus per suam scripturā enuntiare voluit, & iccirco recte per volantem aquilam hic tertio pronuntiat vā, de cæteris vocib; trium angelorum q; erant tuba canituri, Et quibus vel qualibus vā? Habitātibus, inquit, in terra, i. eis quos omnino ne sursum aspiciant detrahit terra, detinet affectio terrena. Et recte sancta scriptura volanti aquilæ assimilatur, aquilæ, inquam, volantē p̄ medium cœlum, quia videlicet tota eius intentio sursum tendit, & terrena despicit, soli iustitiæ qui est Christus, claros & apertos oculos insigens, & p̄ publicum, vtpote irreprehensibilis & honesta tota cum libertate procedens. L. Et quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cælo cecidisse in terrā, & data est illi clauis putei abyssi, & aperuit puteum abyssi. & cætera vsq; vā vnū abijt. Hoc vnum vā magnum & prolixum, magna & multa breuiter & mirabiliter replicat, mala variaz seruitutis filiorū Abrahæ ludibria, quod, s. post mortem Iosue peccauerunt dño seruiētes Balaam & Astaroth, & ob hoc tradidit eos in manus Chusanrathaim regis Mesopotamiaz, seruiueruntq; ei octo annis: qd iterū fecerunt malum in conspectu dñi, & ob hoc confortauit aduersus eos Eglon regē Moab, seruiueruntq; ei decem & octo annis: qd rursus addiderunt facere malum, & tradidit illos dñs in manus Iabin regis Chanaan, qui & vehementer oppressit eos per viginti annos: qd deinde fecerunt malum, & iccirco tradidit eos in manus Madian septem annis: qd iterum dimiserunt dñm, & non colebant eū, & iccirco iratus tradidit eos in manus Philistinū & filiorū Amon. Postq; ab illis lōgo duello cōtusi tandem per virtutē victoriosi regis Dauid ita sunt liberati, vt humiliaret Philistinæos, & cæteras gentes in circuitu sicut scriptū est: Et tulit Dauid frenū tributi de manu Philistinorū, & percussit Moab, & c. eo pcessit iniquitas ipsorū, vt scinderent decē trib; a domo Dauid, & tēplo dñi, vitulos aut reos sibi fabricantes, primi hæretici, & vniuersæ exemplum hæreticę peruerfatis. Nunc iā literæ ordinem psequamur. L. Et quintus, inq; angelus tuba cecinit, qñ impleta est veritas dei quæ dixerat Mose: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste confurgens fornicabitur post deos alienos in terra ad quā ingredietur vt habitet in ea. Ibi derelinquet me, & iratum faciet scedus quod pepigi cum eo. Item: Ego em, inquit Moses, scio contentione tuā, & ceruicem

Nume. 14

Canturi.

Exod. 32

Ibidem.

Daniel. 7.

Roma. 2

CAP. IX.

Iudic. 3.

Iudic. 4.

Iudic. 6.

Iudic. 10.

2. Reg. 12.

3. Reg. 12.

Deute. 31

& ceruicē tuā durissimā. Adhuc viuentē me & ingrediente vobiscū semper contentiose egistis contra dñm, quanto magis cū mortuus fuero. Ac deinceps: Noui enim q; post mortem meā inique agētis, & declinabitis cito a via quam p̄cepi vobis. Tunc, inq; quintus angelus, tuba cecinit, qñ nuntiatum est omnia scienti deo, q; post deos alienos fornicaretur Israel. L. Et vidi, inquit, stellam de cælo cecidisse in terram. Stella ista quæ de cælo cecidit, diabolus ē, cui propheta dicit: Quō de cælo cecidisti Lucifer, q; mane oriebaris. Et notandum q; huiusmodi stellam non dixit vidi cadere, sed vidi cecidisse. Iam dudum quippe ceciderat, & per terram repebat, qñ hæc fieri cœperunt, quæ præfenti loco ista visio mystica replicat. Qñ ille cecidit, nullus hominum erat qui videret, præter illum qui in Euangelio suo loquitur dicens: Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Qui enim hæc dicit homo Christus, prius erat deus quā homo fieret, prius q; angelus ille, stella illa, siue Lucifer ille caderet, imo priusquam angelus aut creatura aliqua fieret. Bene ergo non ait vidi cadere, sed vidi cecidisse. L. Et data est ei clauis putei abyssi, & aperuit puteum abyssi. Et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ. Summam breuiter mystica significatione tangit causæ vel originis quæ idololatriæ vel omnis hæreseos initium fuerit. Nam data est illi clauis putei abyssi, i. pmissa est potestas siue facultas angelo illi, q; in veritate non stetit, omnis mendaciū fundamētum nullum habentis, nec em̄ alicui rei innititur existenti. Iccirco bene mendacium quod loquitur ex proprijs, & cuius pater est, puteus dñs abyssi, videlicet infinitæ profunditatis: quæ, sicut iam dictū est, reꝝ existentiū fundamētum non habet nihilq; ei subest, loquit em̄ qd non est. Hūc talē puteū abyssi aperuit miseris loquens hoibus, & dicens, se deū esse, suadensq; sese in simulacris pro deo colendū. L. Et ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ. Ascendit, inq; videlicet etiam vsq; ad sapiētes seculi, quos obscurauit. De quibus & Ap̄s dicit: Sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipientes cor eorū. Dicētes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & c. Et tūc fumus eiusmodi sicut fumus dñs fornacis magnæ, quæ videlicet sicut fumus nō nisi ex subiacēte igne fit, sic nō nisi ex pcedente causā cupiditatis siue concupiscētiæ nascit cæcitas mētis, siue obscuratio cordis insipientis. L. Et obscuratus est sol & aer de fumo putei. Sol nāq; & aer ille, vt supra iā dictū est, erat Israel: sol propter patres vel patrū fidē, ex quibus Christus sol iustitiæ secundū carnē: aer vero propter susceptā exinde eiusdem dei illuminationē. Hic post mortē Iosue ita obscuratus est, vt dimitteret dñm deū p̄m suorū, & sequeret deos alienos, deosq; pp̄os q; in circuitu habitabāt. Suscitauit illis iudices dominus, q; liberaret eos de vastantiū manibus. Sed nec illos audire voluerunt, fornicantes cū dñs alienis & adorantes eos. Sol ergo & aer de fumo putei obscuratū est. Quid deinde? L. Et de fumo exierūt locustæ in terrā. Locustæ de fumo exierūt, quia videlicet propter fumū erroris & stultitiæ quæ obscurati sunt, hostes illis suscitati iudicio diuino emerferunt Mesopotamij, & Moabitæ, Chananæi, & Madianitæ, simulq; Amalechitæ, Philistinij, & filij Amō. Dicit enim de illis qdā loco scriptura sic: Ipsi em̄ & vniuersi greges eorū veniebāt cū tabernaculis suis, & instar locustarū vniuersa cōplebant, innumera multitudo hoīm & camelorū, quicquid terigerant deuastantes. Non vtiq; vane aut sine pōdere instar locustarū dixit, sed quæ reuera multitudines eiusmodi ad malū exultantes, leuitate animi & corporis, tanq; toridē locustas salientes intuet & irridet is, q; habitat in cœlis, puidens illis cito futurū quod p̄ quemdam sapientia eius dicit: Florebit amigdalu & impinguabit locusta. Quod idem est ac si dicat: Qui nunc viridis & reclusus incedit, & tanq; locusta salit, canescet, et curuus vix incedere incipiet, habensq; crura tumentia, nequaq; vt nunc leuis et gesticulosus in saltum sese excurrit, locusta nanq; impinguatur, dum transacta leui iuuentute, crura tumescūt, vt fieri solet senibus. Locustæ ergo exierūt, i. hostes Israeli propter peccata multiplicati sunt: L. Et data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terræ. Scorpio, vermis poti; quā animal, aut serpens armatus aculeo, et ex eo Græce vocatur, quod cauda figat, et arcuato vulnere venena diffundat. Idcirco dicit, scorpiones terrę, quia scorpio vermis terrenus est, ore vel capite innoxio sblandiens, et tunc demum cauda cōuersa incautum feriens. Huiusmodi potestas locustis illis data est, vt videlicet cum filios Israel ad illecebras lege dei prohibitas per mulierum lenocinia puocassent, et transgressores factos auxilio dei nudassent, tunc demum aduersus eos armis confurgerent. Hoc p̄ primus Balach filius Sephor rex Moab facere didicit, p̄ Balaam ariolum dicentem sibi: Veruntamen p̄gens ad populum meum dabo consiliū quid populus tuus populo huic faciat. Illo nanq; eius consilio factum est, vt fornicaret populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. Vnde postmodum facta vltione, iratus Moses principibus ait: Cur sceminas reseruastis? Nonne istæ sunt quæ deceperunt filios Israel ad suggestionē Balaam, et p̄uicari vos fecerunt in domino, sup̄ pctō Phogor, vnde et percussus est populus? Hoc ergo primum p̄ Balaam facere didicerunt, scorpiones Madianitæ siue Moabitæ, et post hæc etiam gentes aliæ. Sic enim scriptum est, post mortem

Ibidem

Esa. 14

Luc. 11

Iohan. 8.

Roma. 8.

Iudic. 22

Iudic. 6.

Ecci. 12.

Nume. 24

Nume. 27

Nume. 31.

Iudic. 3.

mortem Iosue. Itaq; filij Israel habitauerunt in medio Chanaan, & Ethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Iebusæi, & duxerunt vxores filias eorū, ipsiq; filias suas eorū filij tradiderunt, & seruiert dñs eorū. In hoc facto nimis scorpiones quasi blandū caput porrexerunt, sed continuo cauda percusserunt. Consequenter enim victores illorū, quibus deus iratus erat, effecti, vehementer illos afflixerunt. Et pceptum est illis ne læderent scēnū terræ, neq; omne viride neq; omnem arborem nisi tm̄ hoies, q non habent signum dei in frontibus suis. Perspicue ostendit, qā nō per pprietatem, sed per similitudinem locustarū de fumo illo exisse dicit, dū qd locustarū est facere, hoc illis interdictum esse scribit. Locustarū nanq; est lædere scēnū terræ, & omne viride, omnemq; arborem, quemadmodum inter plagas Aegypti scriptū est: Deuorata est igit herba terræ, & qcqd pomorum in arboribus fuit, q grandio dimiserat nihilq; omnino virens relictum est in lignis & herbis terræ in cuncta Aegypto. Istis autem ne quid talium, sed tantum hoies læderent, quia videlicet & ipsi homines erant qui hic locustæ dicti sunt. Attamen futurum erat, vt hostes eiusdem ppli peccatis exigentibus, non solū hoies sed & scēnum & omne viride, & omnem arborem, imo vniuersam terram eorum læderent & ciuitates igni succenderent, sed nondum erat tempus. Postmodum vbi tuba cecinit sextus angelus, hoc factum esse memorabimus. Nam vbi quintus iste angelus tuba cecinit, ita plaga temperata est, vt læderentur & in seruitutem redigerentur tantū hoies. Et qdē tunc temporis cum seruisset Israel, ait scripturaz: Ascendebat Madian, & Amalech, & cæteri Orientalium nationum instar locustarum vniuersa complentes, sicut erant in herbis cuncta vastabant, nihilq; omnino ad vitam pertinens relinquebant in Israel, non oues, non boves, nō asinos: sed illa læsio cōparatione eius de q post hæc dicendū est, vbi Babilonio igne cuncta cremata sunt, nec læsio reputāda est. Quod tandē ait de hominib; q lædendi essent distinctionē faciens, q nō habent signū dei in frontibus suis, idem est ac si diceret, qui dereliquerunt legē dei sui, q a fide patris sui Abraham sunt alienati. Nam qd modo signū dei, signū crucis Iesu Chri pingimus Christiani in frōtibus nris, hoc suo more secundum tempus facere fuerant iussi, vt videlicet in carne sua circumcisi, postes & superliminaria domorum suarū signarent sanguine agni. At illi hoc facere cōtemnebant, seruientes dñs alienis. Erant igitur homines non habentes signum dei in frontibus suis, nō habentes fidē in cordibus suis. Et datum est illis ne occiderent eos, sed vt cruciarentur mensibus quinque. Et hoc futurum erat vt occiderentur siue caderent in ore gladij, sed nōdum tēpus erat, nōdū hoc datum est illis locustis. Sed quid? Vt cruciarent, inquit, mensibus quinque. Menses quinque quibus cruciati sunt, mutationes seruitutis fuerunt quinque, quibus hostibus suis sunt traditi & seruiert illis, quas hoc ordine scriptura digessit. Primo tradidit eos dñs in manus Chusanrasathaim regis Mesopotamiæ, seruiertq; octo annis. Secundo confortauit aduersum eos Eglō regem Moab, & copulauit ei filios Amon, & Amalech, seruiertq; decē & octo annis. Tertio tradidit eos in manu Iabin regis Chanaan, qui & oppressit eos viginti annis. Quarto tradidit eos in manu Madiā septem annis, & oppressi sunt valde ab eis. Quinto tradidit eos in manu Philistinū, a quibus & varijs sunt afflictionibus contusi, donec ventum est ad Dauid, q & tulit, inquit scripra, de manu Philistinorū frōnum tributi. Quæ deinde Israel mala propter peccata sua tulit, a tempore Babiloniæ captiuitatis, ad tantum pertinet tubæ sexti angeli. Quinq; ergo mensibus cruciati sunt, quia quinquies in seruitutē traditi sunt. Quare autem mensium potius quā annorum nomine vel numero illa seruitutis tempora designantur? videlicet quia in mensibus secundum lunam, quos solos Hebræi, de quibus sermo est, no uerunt vel computant, mutabilitas cremati, vel de cremati est, q & stultorū mutabilitatem significat, dicente scriptura, stultus vt luna mutat. An non illi vt luna mutabantur, vt merito stultitiæ arguerent. Sic enim de illis scriptum est: Cumq; dominus iudices suscitaret, in diebus eorū reflectebat mīa, & audiuit afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium, postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multa maiora faciebant q patres eorum, sequentes deos alienos, & seruiertes eis, & adorantes eos. Quod ergo dictū est sed vt cruciarent mensibus quinque, idem est ac si diceret, sed vt quinquies in stultitiam mutati, in seruitutem redigerentur per vices quinque. Et cruciatus eorum vt cruciatus scorpj cum percutit hominem. Hoc idem est quod supra dixit, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ. Nam sicut scorpis prius capite blandit, & post cauda feriens, mortifera venena diffundit, sic illi prius ad illecebras sacrificiorū, & ad connubia puo cabant eos filiarum suarum, vt deus offenderet, & tunc demum aduersus inermes, & quasi nudos armati consurgebant, cum auxilio deesset deus, quo veluti armis & scuto ptegebantur. Sed iccirco de scorpionum & locustarū similitudine nunc repetit, quia plura est inde dicturus. Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam. Et cupient mori, & fugiet mors ab ipsis. Hæc dicta recte accipias, tanquam supradictæ aquilæ volantis & dicentis, vā, vā, vā, de tribus angelis qui erant tuba canituri, quorū istud vā primum est. Tanquam

Exod. 10.

Judic. 6.

Exod. 12.

Judic. 7.

Judic. 4.

Judic. 6.

Judic. 10.

2. Reg. 3.

Ecc. 27.

Judic. 2.

Supra. 2.

Tanq; dicat: Vā istud tm̄ erit, vt quærant hoies mortem, & nō inueniant eā: vt cupiant mori, & fugiat mors ab eis, i. vt mors illis vita charior sit, vt miserā longā cōpendio finire velint. Quare? videlicet iram talem, iam tunc ceperunt thesaurizare sibi, qn frustra mortem optauerunt sibi, nulla existente causa, cum nihil noceret eis. Dixerunt enim: Vtinā mortui essemus in Aegypto, & nō in hac vasta solitudine, Vtinā peream? & nō introducat nos dñs in terram istam, & non cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducant captiui. Tūc cupierunt mori, vt sonabat lingua p̄ numio rancore & amaritudine impatientis animi fiet illis succrescentibus peccatis, vt pro re optent mori, & fugiet mors ab eis, pceptum seruauitibus locustis, vt non occidant, sed crucient eos mensib; quinque. Et similitudines locustarū similes eqs paratis in prælium. Quid magis dissimile secundū rem vel naturā, q equi & locustæ? Quid tam impar & inæquale? Ergo aut locustæ in equorum magnitudinem creuerunt, aut qd mirabilis est, isti homines ita minuti sunt, vt locustæ cōparatiōe ipsorū, magnitudinem habere viderentur equorū. Nimirum hoc quod posterius dixi factum esse constat iudicio dei, non decremento vel diminutione corporū, sed defectu aiarum. Qui enim p vitā contēptibili locustæ erant in oculis dñi, locustæ vt erāt permanferunt, f. lasciuientes Chanaanorū ppli, qui aut hoies esse debuerāt imminuti sunt merito, & quodāmodo locustæ locustarū effectū timentes eos, quibus debuerāt esse timori. Reddebat enim illis vicē iustus iudex, quia videlicet filij erant p̄m detractorū & murmuratorū, eorū peccata sequentes q detraxerant eidem terræ dicentes: Ppls quem aspeximus procerē stature est. Ibi vidimus mōstra quādam filiorū. Enach de gñe gygantū, quibus comparati, quasi locustæ videbamur. Ergo quasi prosecutione, tūc illis dixit deus: Sicut locuti estis audiēte me, sic faciā vobis, in solitudine hac iacebunt cadauera vestra, tali nihilominus posteris eorum hæc aquila volans & vā pronuntians pene loquitur & dicit: Sicut locuti estis sic fiet vobis. Locustæ illæ cōparatione vestri, similes erunt equis, vos comparati illis locustæ videbimini. Item: Sicut locuti estis, vtinā mortui essemus, vtinā pereamus, sic fiet vobis. Quæretis mortē, & non inuenietis: cupietis mori, & mors fugiet a vobis. Sed nec illud vacat, qd cum dixisset, similes eqs addidit, paratis in plium. Videlicet magnā, exprimit illarū cūfidentia locustarū, magnā vim animorū hostiliū, vt vltro veniant ad plū, & eos armis quærant quos prius fugerunt. Quod euenisse patenter historiæ referunt. Et super capita eorū tanq; coronæ similes auro. Reges vel principes gentiū illarū, q per capita recte intelliguntur, tanq; coronati, & nō vere coronati victorij fuerunt, quia videlicet non sua virtute illi vicerunt, sed pro p̄cis suis isti homines victi sunt. Ipsæ q; coronæ non veraciter aureæ, sed similes auro dicuntur, quia nimis falsum erat quicquid de victoria tanq; sapientes & fortes gloriabantur. Non enim virtutis eorū aurum erat qd præualebant, sed diuinæ dispensationis examen, quo Israel exercebat ad suimet experientiam. Nam & hoc p̄monstrat scriptura: Hæ sunt gentes quas dñs dereliquit, vt erudiret in eis Israel, & oēs qui nouerāt bella Chanaanorū, & postea diceret filij eorū certare cū hostibus, & habere consuetudinē præliādi. Et facies eorū sicut facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierū, & dentes eorū sicut leonum erant, & habebant loricas sicut loricas ferreas. Cūcta hæc in diminutionē filiorū Israel accipi possunt, quasdam quasi magnitudines illarum efferēdo locustarum, vt, sicut iam dictum est, ipsi potius comparati illis, quasi locustæ viderent. Distincte tamen in facie humana simulatio rationis, in capillis mulierū fluxi & effeminati mores, in dentibus leonum, qui & laniare & naturalem solent afferre putorem, mentis ferocitas, in loricas ferreis, omnis armatura bellica recte intelligit, q tanta illis erat, vt falcatis quoq; curribus abundaret. Nā & hoc de rege Chanaan scriptum est, quia nongentos habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppressit eos. Et vox alarū eorū, sicut vox equorū currentium in bellū. Vox alarū, exalatio est superbiæ locustarum talis, quam & audiimus vocem. Exempli grā, in primo lib. Regum sibi metipsis dicentiū: Confortamini & estote viri Philistinū, ne seruiatis Hebræis, sicut illi seruiert vobis, confortamini & bellate. Nempe hoc dicere, confortamini & bellate, vox erat quasi currentiū equorū, multorū currentiū in bellum. Et habebāt caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum. Potestas eorum nocere hominibus mensibus quinque. Hoc iam tertio locustæ illæ, f. hostis Israel scorpionibus similes demonstrati sunt, i. in facie velut innocui, sed in posterioribus venena seruātes. Cur hoc? Videlicet quia tertio leguntur filij Israel decepti fuisse per gentium illarum mulieres, quatenus offenso deo in conspectu hostium caderent, velut arma sua non habētes. Primo vbi scriptum est, quod supra meminimus, quia vocauerunt eos filij Moab ad sacrificia sua, Et fornica? est, ingt scriptura, ppli cum filiabus Moab, & adorauerunt deos earū, initiatusq; est Israel Beelphegor. Secundo vbi post mortem Iosue scriptum est: Itaq; filij Israel habitauerunt in medio Chanaan, & Ethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Euzæi, & Iebusæi, & duxerunt vxores filias eorum, &c. Tertio vbi de Salomone scriptū est, quia amauit mulieres alienigenas multas, filiā quoq;

Num. 14.

Num. 13.

Num. 14.

Judic. 3.

Judic. 4.

1. Reg. 4.

Num. 25.

Judic. 3.

3. Reg. 14.

quoq; Pharaonis, & Moabitidas, & Amonitidas, Idumæas & Sydonias, & Cethæas, & deprauatum est per mulieres cor eius, & iratus est dñs. Et primo quidem grauis fuit ira dñi dicentis: Tolle cunctos principes ppli, & suspende eos contra solem in patibulis & occidat, inquit vnusquisq; proximos suos q; initiati sunt Beelphegor. Secundo autem grauior, quia tradidit eos in manus gentium, & dñati sunt eorum qui oderūt eos. Tertio vero grauissima, quia scissa est gens vna, & vnum regnum in duo regna, & ipsa schismata irreparabilia sunt, hostibus postmodum data. Venit enim rex Assyrius, & trātulit Israel in Assyrios, collocauitq; eos in Hala & in Habor fluuios Gozam, in ciuitatibus Medorum. Verum illa trāslatio Israel in Assyrios, sicut & traductio Iudæ in Babylonem, ad cantum pertinet tubæ sexti angeli, de q; postmodum dicendum est. Sequitur ergo repetens qd iam dixerat: Potestas eorum nocere hoibus mensibus quinque, .i. i. seruituti eos subijcere per vices quinque, .l. Et habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græce autē Apollion, & Latine habet nomen Exterminans. Angelus iste abyssi, manifeste contrarius est angelo magni consilij, rex contrarius regi, rex filiorum superbiæ aduersus vel oppositus regi filioz sapientiæ. Nam & scriptura nois huius, & scriptura nois illius Hebraice, Græce, & Latine deposita, illum malum, istum bonum gentibus omnibus agnoscendum p̄dicat: Hebraice namque Græce & Latine scimus scriptum, Iesus Nazarenus rex Iudæorum, ille Hebraice Iesus Græce Soter, Latine Saluator. Hic autem, vt nunc in præfenti habemus, Hebraice Abaddon, Græce Apollion, Latine Exterminator. Agnoscendus, inquam, erat iste Exterminator illis, qbus agnitus ille Saluator, vt dum scitur quā nouus sit iste Exterminator, melius sciatur q; vere, q; recte is, qui ab isto saluat, vocetur saluator. Porro nomen Exterminatoris prius autoritas diuina in veteri scriptura pene expressit, cum dicit: Transibit enim dominus percutiens Aegyptios: cumq; viderit sanguinem in supliminari, & in vitroq; poste, trāscendet ostium, & non finet percussorem ingredi domos vestras & lædere. Vnus idēq; angelus rex abyssi, Exterminator siue percussor, & illic non nisi in domibus q; sanguinem non habebant in superliminari & vitroq; poste, permissus est quenquam lædere, & hic p̄ceptum habet cum suis locutis, non nisi tantum homines qui non habent signum dei in frōtibus suis, cruciare. L Væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ. Et sextus angelus tuba cecinit & audiui vocem vnā ex cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei, dicentē sexto angelo, q; habebat tubam: Solue q̄tuor, angulos q; alligati sunt in flumine magno Euftrate. Sextus angelus tuba diu cecinerat, qñ super Hierusalem & Iudam dñs hæc locutus est: Ecce ego adduco mala super locum istum, & super habitatores eius, cūctaq; maledicta q; scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda, quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum. Incirco stil labit furor me⁹ super locum istum, & non extinguetur. Quid enim iniquitatis, quid clamoris de gente illa, de regibus, principibus & sacerdotibus gentis illius, vnde iudicium & iustitiam expectauerat dominus, non audierat? Prophetas eius occiderant, altaria eius suffoderant, & sanguine innocentium impleuerant Hierusalem vsq; ad os. Sculptile quoq; & cōflatile signum posuerant in domo domini. De qua locut⁹ est dominus ad David & ad Salomonem filium eius, dicens: In domo hac & in Hierusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum. Nimirum propter peccata eiusmodi adduxit super eos dominus regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarij. Non est misertus adolescentis, & virginis & senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit manibus eius, & incenderunt hostes domum domini, destruxerūt murum Hierusalem, vniuersas turres combusserunt & qcq; pretiosum fuerat demoliti sunt. Si quis euaserat gladiū, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filijs eius. Post hoc secundum sustinuerunt, licet mitius sibi regnum Persarum, deinde iugum tertij regni Græcorū, propter perseuerantiā multitudinem peccatorum. Sub quarto tandem regno Romanorū impleuerunt mensuram patrum suorū, occidendo Christum dei filium, vt veniret super eos, vel super generationem illam omnis sanguis iustus qui effusus est super terram. Ait ergo: Et audiui vocem vnā ex cornibus altaris aurei, quod est ante oculos domini dicentem sexto angelo qui habebat tubam: Solue quatuor angulos qui alligati sunt in flumine magno Euftrate. Vox ista quā audiuit, quatuor angelos soluere iubentis, permissio iudicij q; fuit malum, id est, afflictionem hominibus propter peccata ipsorum iuste creantis & adducentis, quemadmodum in Esaia dicit: Ego dominus faciens pacem & creans malum. Porro altare hoc aureum, ipm est de q; supra habemus, quia venit angelus & stetit ante altare, habens thuribulum aureum in manu sua, & c. Et hoc altare iam superi⁹ fidem Christi fuisse diximus, fundatam in sancto rum patrum cordibus, ex quo primum ad Abraham deus locutus est, in semine tuo, inquit, benedicentur oēs gentes. Quid igitur sunt cornua altaris, nisi patriarchæ & prophete regesq; & duces siue iudices illius ppli, principes eiusdem fidei, quam & cecinerunt scriptis, præsi-

præsignauerunt factis mysticis: Et quidē vnū est cornu maximum huius altaris, de quo Psalmista: Cōstitui te, inquit, diē solennē in condensis vsq; ad cornu altaris, id est, vacate a seruilibus operibus peccati, in multiplicitate virtutū intenti, vsq; ad cognitionē diuinitatis Christi, sed nihilominus sic multa sunt cornua altaris, sicut multi participes eiusdē Christi, de qbus & alibi Psalmista dicit: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ p̄ cōfortibus tuis. Quomō ex huiusmodi cornibus altaris audita est vox dicentis, solue quatuor angelos Prophético modo, cōcessiuo modo: Nam & p̄scientes prædixerunt, & consentientes diuina iustitiæ cōcesserunt, quatenus quatuor regna quæ cōfurgere haberēt, de terra soluerentur, id est, nullis obstaculis sanctoꝝ angelorum, & præcipue Michalis principis cohiberentur, quin populum Iudæoꝝ, cuius erat princeps, captiuarent, occiderent, in seruitutem redigerēt, & in omnes gentes dispergerent. Exempli gratia: Hieremias in semetipso cōsiderans peccata populi prophetas persequētis, & multos ex eis interfecit, ipsumq; Christū interfecit: Et tu, inquit, domine exercitūū probator iusti, qui vides renes eoꝝ, videam quæso vltionē tuā ex eis, tibi enim reuelauī causam meam. Daniel eadē quatuor regna sub imaginibus quatuor bestiarū p̄uidēs sic exprimit: Prima quasi læna, hæc est regnum Babylonioꝝ: Sequens similibus vrsō, hæc est regnū Persarū & Medoꝝ. Tertia quasi pardus, hæc est regnū Græcoꝝ: Quarta sine noīe, terribilis atq; mirabilis, fortis nimis, hæc est regnū Romanorū. Pleriq; scriptores Persarū & Medoꝝ regnū p̄tereuntes, siue cū regno Babylonioꝝ pro vno cōputātes, Africanū, cuius caput Carthago extitit, tertio loco ponit. Principio, inquit, fuit Babylonioꝝ, deinde Macedonicoꝝ, post etiā Africanū, atq; in fine Romanū, qd vsq; nūc manet. Ita fuerūt ineffabili ordinatione p̄ quatuor mundi cardines, quatuor regnoꝝ principatus disti in c̄tis gradibus eminētes, vt Babylonioꝝ regnū ab oriente, Romanū ab occidentē, à meridie Carthaginēse, à septentrione Macedonicoꝝ. Vex huiusmodi cōputatio ad sacrā scripturā nō pertinuit, in tali negotio, cū de regnis ageret vel agere deberet, tantū his q; gentē Hebræoꝝ propter peccata sibi permissam diuersis tēporibus affixerūt. Nā quod in Daniele de bestia, quæ similis erat vrsō, & in parte reterit, & sic dicebāt ei, surge comede carnes plurimas, norū est q; regnū Persarū & Medoꝝ significauerit. Quodq; dicitur in parte vna stetitisse, idē est ac si dicatur, regnum illud aduersum Israel nihil crudele gessisse. Itē q; dicebāt ei, surge comede carnes plurimas, illud tēpus significat, quādo sub Assuero ad suggestionē Amā Agagitæ, vna die oēs Iudæi iussi sunt cruciari. Et pulchre nō ait deuorabit eos, sed sic dicebāt ei, vt conatus tantū fuerit, & nequa q; rei sit exitus cōsecutus. Vt autē pro regnis angeli scriberētur, dicēdo, solue quatuor angelos, illa causa est, q; angelis regna credita sunt, & in eodē propheta principes regnoꝝ scribunt. Ait em̄ Danieli angelus, qui venerat propter sermones eius. Princeps autē regni Persarū restitit mihi viginti & vno diebus. Et ecce Michael vnus de principibus primus venit in adiutoriū meū, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Restitit em̄ princeps, id est, angelus Persarū faciēs pro credita sibi prouincia, ne captiuoꝝ omnis populus dimitteretur. Restitente autem Persarū angelo, venit mihi, inquit, in adiutorium is, qui præest populo Israel, videlicet princeps siue archangelus Michael. Postmodū dicit: Et nunc reuertar, vt prælier aduersum principē Persarū. Cum ergo egredere, apparuit princeps Græcoꝝ veniens. Apparuit, id est, ingressus est in conspectu dei, scilicet vt accusaret Persarū principem atq; Medorum, vt in loco eorum regnum Macedonū succederet. Et reuera mira sacramēta dei, laxato em̄ de captiuitate populo Iudæorum, Persarum regnū atq; Medoꝝ interfecto Dario subuertit Alexander rex Macedonum, & princeps Græcoꝝ, vicit principem Persarū. Igitur quod ait angelo, qui habebat thuribulū, solue quatuor angelos q; alligati sunt, idē est ac si dicat, omnia cornua altaris, id est, sancti patres, sancti principes vel prophete illius gentis quondā deum verū secundū fidem paternā colētes. Ne resistas quatuor regnis, ne offeras incēsa orationū cōtra illa pro Iudæis ne impedias orādo quin veniant & p̄ualeant contra eos, & adducant captiuos. Alligati fuisse dicunt in flumine magno Euftrate. i. hæc inus non permittit terminos Israel introire Nā flumen Euftrate, recte ponitur pro cunctis terminis Israel, idcirco videlicet, q; secundū autoritatē scripturæ, hic fluuius vnus de terminis illius est. Sic em̄ ad eos à dño dictū est: A deserto & Libano vsq; ad flumen magnū Eufraten, erit terminus vester. Quādo ergo primū transferūt Assyrii siue Chaldæi flumen magnū Eufraten, & ab ipsis trāductus est in captiuitatē populus Israel siue Iuda, tunc angeli isti soluebant, ne alligati tenerētur in illo magno flumine Euftrate. Loquente tunc tēporis dño ad Hieremiā: Vade & possi de tibi lumbare siue cinctoriū lineū, & pones illud sup lumbos tuos. Ac deinceps: Tolle, inquit, lumbare siue cinctoriū qd possidisti, qd est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Eufraten, & abscōde illud in foramine petre. Et abijt Hieremias, & fecit sic. Et post dies plurimos dixit iteq; dñs: Surge, vade ad Eufraten, & tolle inde lumbare quod p̄cepi tibi, H vt ab

Nume. 21.
Psalm. 105.

3. Reg. 17.

4. Reg. 7.

Iohan. 19.

Exod. 12.

2. Para. 34.

3. Reg. 19.

2. Para. 33.

2. Para. 36.

Math. 23.

Esa. 45.

Supra. 8.

Gene. 22.

Psalm. 117.

Psalm. 44.

Hierem. 11.

Danic. 7.

Aliqui regnū Africa nū pro tertio ponūt.

Danic. 7.
Hester. 3.

Danic. 10.

Iosue. 1.

Hierem. 13.

vt absconderes ibi. Et abij, inquit, ad Eufraten & fodi, & tuli lumbare de loco, vbi absconde ram illud, & ecce cōputruerat, ita vt nullo vsui aptū esset. Et factū est verbū dñi ad me dicens: Sic cōputrescere faciā superbiam Iuda, & superbiam Hierusalē multā, & populū istū pessimū, qui nolūt audire verba mea. Sicut em̄ adhæret lumbare ad lumbos viri, sic adglutinaui mihi omnē domū Israel, & omnē domū Iuda, &c. ¶ Deniq; lumbare siue cincto riū, quod dei renibus iungebat, populus Israel erat, qui in lini similitudinē assumptus de terra, & illotus, nec mollitudinē habuit, nec candorē, & tamen p̄ illius misericordiam adhg sit deo. Cūq; peccasset (rationale quippe est huiuscemodi linū atq; lūbare) ductus est trās Eufraten, & in Assyrios, & ibi absconditus est, hoc est in multitudine magna; & innume rabilū gentiū quodāmodo absorptus & nihil reputatus. Post longū autē tēpus ipse propheta in typū dei populū liberat de captiuitate, qui nihilominus & post reditū p̄cepta dei nō fecit, sed secutus deos alienos, ad extremū & manus in dei filiū misit, & sic æterna perditione cōtribuit, quō lumbare illud cōputruit & nulli erat aptum vsui. Hæc idcirco de propheta p̄senti loco sumpta sint, vt nō dubium vel ignorū sit quomodo vel in quo ange li illi in flumine magno Eufrate alligati fuerint. Videlicet q̄ diu lumbare illud dei renibus adhæsit, eodē lūbari siue cinctorio tenebatur astricte: quādo autē iubente dño Hieremias illud in Eufrate abscondit, illi sunt soluti, q̄ est dicere: Quādiu populus Israel siue Iuda legē dei sui custodiuit, regna illa non lacerauerunt eos, neq; captiuauerūt eos Assyrii siue Chaldæi: qñ autē deos alienos coluerunt & seruerūt Baal, imo & prophatas occiderūt, illi permittēte deo, transferūt Eufraten, & traduxerūt eos in captiuitatē. ¶ Quis em̄ sapiens, absq; dei ordinatiōe putet illud accidisse, siue ab alio q̄ a deo angelos eiusmodi solutos fu isse? Deniq; omnē potest atē a deo esse, omnēq; ordinatiōē, & qui nō legerūt sentiunt, & qui legerūt agnoscūt. Quod si potestates a deo sunt, testāte q̄q; Apostolo cū dicit, non est em̄ potestas nisi a deo, quanto magis regna a quibus reliquæ potestates progrediunt? Si autē regna diuersa, quāto magis regnū aliquid maximū, cui reliquorū regnorū potestas vniuersa subijctur, qualia nimirū ista fuere, vnūquodq; suo tēpore. Sequitur ergo. Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati sunt in horā, & diem, & mēsem, & annū, vt occiderēt tertiam partē hominū. ¶ Quis dinumerare posset occisiones siue strages hominū, quas regna illa per totū mundū surgēdo & cadendo fecerūt. Quare autē hoc fieri est permissum, nisi propter peccata hominū? Peccatores em̄ & impij erāt, omnesq; in maligno positi, ad nil aliud nisi occidi vel occidere parati & intenti. Recte ergo dicunt tertia pars hominū, id est, omnes reprobi, qualis fuit Cham tertius post diluuiū pater hominū. ¶ Sed ad ea ma gis respiciendū est quæ ad p̄sens pertinet negotium, videlicet quæ in gentem Iudæo rum mala fecerunt, deo iudice, propter peccata ipsorū. Qui parati sunt, inquit, in horā, & diē, & mēsem, & annū. Cum hac distinctione quadripartita rememorandū est id, quod supra dixit in cantu tubæ quinti angeli. Et dictū est illis, inq; ne occiderēt eos, sed vt cru ciarent mensibus quinq;. Cruciatu illos mensium quinq; monstrauimus fuisse seruitutes quinq; quibus seruerūt: Primo videlicet regi Mesopotamiæ, secūdo regi Moab, tertio Cha naan, quarto Madian, quinto Philistiim. Hoc ergo rememorātes, sicut p̄ mēses seruitutes illas, sic per horā, & diē, & mēsem, & annū, captiuitates siue seruitutes intelligimus quas perpeffi sunt, sub istorū dominatione regnorū, ita distantes diurnitate vel quātitate tem porum, sicut palām est diuersa; esse quantitatū horam, & diem, & mēsem, & annum. ¶ Videlicet p̄ horā illos intelligimus septuaginta annos q̄ a transmigratiōe Babylonis vsq; ad annū primū Darij filij Assueri de semine Medorum computantur, qui subuertit re gnum Chaldæorū. ¶ Per diem ducentos & triginta annos regni Persarum, scilicet vsq; ad initium regni Macedonū. ¶ Per mēsem trecentos annos regni Macedonū, videlicet, vsq; ad imperiū Romanorū. ¶ Per annum Romani imperij diurnitatem, sub quo Iudæi nō vtcunq; captiui, sicut prius, sed miserabiliter cōminuti atq; conculcati, & q̄ mortibus sup fuerūt, venditi in oēs gentes dispersi sunt, & quasi toto anno, id est, vsq; ad finē seculi sic dispersi permanebūt. ¶ Quomodo vel ad qd tali hora, tali diē, tali mēse, & tali anno para ti fuerūt, videlicet ad rapiendā permissionē siue opportunitatē male agēdi, sicut serui ne quā parati steterūt, & sicut flagella dei in malū suum pro huiusmodi apparatu seruorū ma iorū dñs deus Assur virgā & furoris sui baculū, ipsumq; Nabuchodonosor, qui ad capti uandū Iudæos primus affuit, primusq; seruiuit, vocat seruū suum: Væ, inquit, Assur: Vir ga furoris mei & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. Itē: Ecce ego mittā & Cassi mam omnes cognationes aquilonis ait dñs, & Nabuchodonosor regē Babylonis seruum meū, & adducā eos sup terrā istā & super habitatores eius. ¶ Quid mercedis pro hoc ser uitio acceperit, postmodū claret dicere ipso cui seruiuerat deo: Cūq; impleti fuerint annū septuaginta, visitabo super regē Babylonis, & super gentē illā, dicit dñs iniquitatē eorū, & cætera. De cæteris quoq; regnis idem sciendū, quia singula post concessa mali seruitij tēpa-

Lumbare illud, erant filij Israel.

3. Reg. 19

Roma. 13

1. Iohan. 7

Per horam diē, mēsem & annū, de signantur quatuor captiuitates Iudæorū

Esaie. 47 Hier. 27 ibidem.

tēpora, mala sibi p̄mia receperūt. ¶ Notandū & hic, q̄ Iudæos reputat in genere Cham qui vel cuius genus, vt sepe dictū est, post diluuiū legitur esse tertia pars hominum, quia non nisi tres filij Noe fuerunt, qui cū illo arcā egressi sunt. Quomodo Iudæos in illo repu tat, videlicet dicendo, vt occiderēt tertiam partē hominū. Et recte: Nam sub eodē tēpore, quo sic occidi & captiuari merebātur, propheta quasi rationē reddēs, cur ita futurū esset, hoc genti illi improperebat: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Et cui du bium, q̄ Cethæus & Amorrhæus nō de Sem, sed de semine Cham pullulauerūt? Sequitur. Et numerus equestris exercitus vicies milies dena milia audiui numere eorū. ¶ Nō ab re numerus equestris exercitus scribitur, q̄ videlicet in equis & equitibus superbia regnorū illoꝝ plurimū gloriabatur. Vnde contra Ezechiam clamante Rabface, rex magnus rex Assyriorū dicit nimirū gloriabundus: Sed nunc trade te domino meo regi Assyriorū, & da bo tibi duo milia equorū, nec poteris ex te p̄bere ascensores eorū. ¶ Porro quod dicit, vicies milies dena milia, id est ac si diceret, econuerso decies milies viginti milia, q̄ sunt ducenties mille milia, Idem, in quā, est in quātitate, sed nō in mysterij ratione. Omnino aliud intelligere licet, per hoc qd sic dixit, vicies milies dena milia, q̄ si dixisset, decies mi lies viginti milia. ¶ Vt clarius atq; intelligibilis fiat qd nunc dicere cupimus, prius de na tura multiplicatis numerosorū pauca dicamus. Vnitas, id est, character, qui, sicut Abacista melius norunt, in primo limite, qui & singularis dicit, vnū significat, transpositus vltra in quintū limitem decē milia designat. Item binarius, id est, character, qui in iā dicto singu lari limite duos significat, translatus ad eundē, id est, quintū limitē, qui de deceno millenus dicit, viginti milia designat. Sunt itaq; in vno eodēq; deceno limite, & vnitas multiplicā da, & binarius multiplicator, vnitas videlicet decies millena, & binarius nihilominus vi cies millenus. ¶ Nō nihil mysterij in hoc subesse arbitramur, qd in ista quātitate equestris exercitus, in vno eodēq; limite cubat vnitas & binarius, & q̄ nō vnitas binariū multipli cat secundū hunc modū vt diceret, & decies milies viginti milia audiui numere eorū, sed ecōtra binarius vnitatē, dicēdo: & vicies milies dena milia audiui numere eorū. Quid em̄ vnitas decena millena, nisi gentē Hebræam vnus dei cultricē significat. Quid porro bina rius decenus millenus (qui interdū in famis est) in scriptura sacra, vt illic, de immūdis vero bina & bina ingredientur in arcā: ¶ Igitur vnitas in eodē limite cum binario cubat, quia videlicet gens Israelitica, q̄ vnus dei populus esse debuerat, in terra gentiū immundarū & abominabilia facientiū collocata est. Illic profecto nō gens Israelitica gentes immūdas & idololatrias ad mundā vitam vnusq; dei cultū conuertit, sed econtra gentes immun dæ & idololatræ, gentē illā ad ad immunda & abominabilia peruerterunt. ¶ Nam hoc est quod Esdras & Neemias, cæteri q; qui cū eis erant, timentes dominū, reuerfi de Babylone deplorant, dicentes: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerūt vsq; ad cœlū. Et post aliquid: Et post oīa quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro maximo, q̄ tu deus noster liberaffi nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutē sicut est hodie, vt nō cōuerteremur, & irrita fa ceremus mandata tua, neq; dirimonia iungeremus cū populis abominationū istarū, & cætera. ¶ Amplius autem cū sub regno Græcorū essent, non ipsi Græcos ad veri & vnus dei cultū conuerterunt, sed econtra Græci illos in leges deo vero aduersas peruerterunt. Nā hoc est quod in libro Machabæorū Mattathias cum filijs suis scissis vestibus plangit, dicens: Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionē populī mei, & cōtritionē ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cū datur in manibus inimicorum? Sancta in manus extraneorū facta sunt, templum eius sicut homo ignobilis, &c. Multi enim ex Israel consenserant relin quere legē dei, & sacrificabant idolis. ¶ Itaq; recte non vnitas binariū, sed binarius vnita tem multiplicat, & quod inde excrescit, itē binarius est, sicut em̄ ducenties mille milia. Si quidē per binarium multiplicata vnitas binarius fit hoc modo, bis vnū, duo: & quia vnitas decies millena, & binarius decies millenus est, ipse binarius q̄ inde excrescit, in quinto ab eo q̄ multiplicat limite ponitur, & sicut iam dictū est, ducenties mille milia sunt, ibiq; binarius tam multiplex immundā Israelis & gentiū permixtionē significat. Sequit. Et vidi equos in visione, & q̄ sedebāt super eos habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita equorū erāt tanquā capita leonum, & de ore ipsorū procedit ignis, & fumus, & sulphur. Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominū, de igne, & fumo & sulphure, qui procedebat ex ore ipsorū. ¶ Numerū quidem non definiendo, sed mysteriū eius significādo p̄scripserat dicens, & numerus equestris exercitus vicies milies dena mi lia audiui numerū eorū. ¶ Nunc demū & equorum & equitum subscribit dicendo, & ita vidi equos, & q̄ sedebāt super eos, Assyrii siue Chaldæi, Persæ, & Macedones atq; Roma ni, cū fuerint vel sint natura dicunt, equos ascendentes, & in equis gloriantes, nihilominus tamē pro quadā similitudine dicunt & fuerunt equi, imo & asini, iuxta illud propheticū: H 2 Carnes

Quo sudet dicatur de gne Cham Gene. 8.

Ezech. 16

Esaie. 36

Mysterium numerosorū

Gene. 7

1. Esd. 9

ibidem.

Iudæi sub Græcis idō lolaræ. 1. Mach. 2

Ezech. 23 Carnes asinorum carnes eorum, & fluxus equorum fluxus eorum. Quorum vel qualium equitum fuerunt isti equi vel qui sedebant super eos, nisi agitantes super eos atque luxuriosorum spiritus maligni isti sedebant super eos, isti agitabant eos, & cum saliret in curribus & in equis, currus & equi erant diaboli. ¶ Habentes, inquit, loricas igneas, & hyacinthinas & sulphureas. Spiritus namque maligni, quorum cordibus praesidet, eorum sunt poenis amicti, imo & quales efficiant eos quibus insidit, tales in praesenti visione apparent. Quales autem efficiunt, nisi cupidos, superbos, libidinosos? Quid vero per ignem nisi cupiditas? Quid per hyacinthum, qui color caeli faciem imitari dicitur, nisi superbiam? Quid per sulphur foetidum, nisi libidinem, maximeque eam quae est contra naturam intelligimus? Tales nimirum regnorum illoque gentes fuerunt, cupiditate ardentes, superbia tumentes, libidine foetentes. ¶ Bene ergo postquam de equitibus dixit, eadem fere de equis subiunxit: & de ore, inquit, inquit, ipse procedit ignis, & fumus, & sulphur. Solummodo hyacinthinas appositionem loricarum commutavit, pro illo colore superbiam significantem ponens fumum, per quod nihilominus superbia significari solet, iuxta illud Psalmistae: Inimici vero domini mox ut honorificati fuerint & exalati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Igitur equitibus de quibus dixerat, habentes loricas igneas, & hyacinthinas & sulphureas, equos suppare fuisse testatur, cum dicit, & de ore ipsorum procedit ignis, & fumus & sulphur. Similes enim sunt homines eiusmodi malignis spiritibus infessoribus atque habitatoribus suis, licet daemonum in hoc minus habeant, ut non actu, sed tantum voluntate libidinosi sint, quippe qui sine carnibus sunt. Et quis haec ignoret, quod illi inimici domini, cupidi, superbi fuerint & libidinosi? ¶ Nam de igne cupiditatis eorum quippiam praedicare ex abundantia est: Palam quippe est quia ignis eorum eiusmodi, totum mundum conflagrauit, regnumque aduersus regnum concitando, nullam orbem terrarum requiem vel refrigerium concessit. ¶ Porro de fumigante illoque superbia illud pro argumentum satis est, quod reges eorum homines mortales deos se haberi voluerunt, ut exempli gratia: Nabuchodonosor, qui preceperat Holoferni quatenus omnes deos terrae exterminaret, ut ipse solus diceret deus, ab his nationibus quae possent eius potentia subiugari. Item in regno Persarum Aman superbissimus indignans, quod a Mardocheo non adoraretur, pro causa hac omnem Iudaeorum nationem qui erant in regno Assueri perdere conatus est. In regno Graecorum Antiochus illustris ascendens Hierosolymam in multitudine graui, intrauit in sanctificationem cum superbia, & locutus est superbia magna, existimans praesuperbia terram ad nauigandum, pelagus vero ad iter agendum deducturum, propter mentis elationem. In regno Romanorum elati imperatores, etiam dumadmodum pro dominis coli voluerunt. Vnde Octauiano Augusto Flaccus adulas, inter caetera dicit: Praesenti tibi maturos largimur honores, iuradasque tuum per nomen ponimus aras. Itaque Vergilius de eodem: O Meliboe deus nobis haec ocia fecit, Naque erit ille mihi semper deus, illius aram saepe tenero stris ab oculibus imbuet agnus. ¶ Quid tandem de libidinibus regnorum eorundem multis opus est? Nam ut de diuinis testimoniis taceam scripturas, quale illud est Apostoli: Tradidit illos deus in reprobum sensum. Quid turpe de illis non cantant saryrae Graecorum & Latinorum? ¶ Praeter haec vnus quid interposuit, quod maxime ferocitatem suae crudelitatem designat huiusmodi equorum. ¶ Et capita, inquit, equorum erant tanquam capita leonum. ¶ Hoc ita perspicuum est, ut in Daniele primum regnorum illorum, scilicet Babylonium, significatum sit per leonem. Prima, inquit, bestia quasi leona, & alas habebat quasi aquilae. ¶ Sic enim regnum illud propter sauitiam & crudelitatem figuratum est, siue propter luxuriam, & vitam libidini seruientem, non leo, sed leona appellatur. Aiunt enim hi, qui de bestiarum scripsere naturas, leonas esse ferocios, maxime si catulos nutrant, & semper gestire ad coitum. Quod autem habeat alas aquilae, superbia regni significat potentissimi. Quares, quare ab huiusmodi equis vel equitibus homines, id est, Israeliticum populum occidi permittit deus? Sequitur & dicit. ¶ Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne, & fumo & sulphure, quae procedebant ex ore ipsorum. ¶ Ab his tribus plagis, id est, propter istas tres plagas, quomodo & in psalmo: A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meae, id est, propter vocem diaboli dicentis: Comedite & eritis sicut dii, quae materia principiumque fuit gemitus mei, contabui & factus sum mortalis. Et propter illam vocem creditam, quemadmodum in tabescente corpore adhæret os carni, ita in me rationalitas consentit sensuallitati. Item: Quia cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscabam, a facie irae & indignationis tuae, id est, propter faciem suae praesentiam irae indignationis tuae. Itaque ab his tribus plagis, id est, propter istas tres plagas occisa est tertia pars hominum de igne, & fumo, & sulphure, id est, propter ignem & fumum & sulphurem, quae peccata fuisse iam diximus gentium siue regnorum illorum, videlicet concupiscentiam superbiam, libidinemque Sodomiticam. ¶ Eadem enim & ipsi fecerunt, & eorum similes in culpa fuerunt, quibus ad poenam traditi sunt. Hoc nobis scripturas testimoniis comprobare ex abundantia

danti est, sicut fuit Apostolo, ubi commemoratis sceleribus gentiliu, conuertitur ad Iudaeum reprehendentem & iudicantem eos qui ex gentibus crediderat, dicitque ad eum: Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas: Eadem enim agis quae iudicas. Iuste igitur occisa est haec pars hominum, scilicet gens Hebraica, quae tribus istis peccatis plagis coram deo confauciata fuerat. Inde & dicitur tertia pars hominum, id est, reputata in parte Cham, qui vnus de tribus filijs Noe peccator fuit, & male dictus esse meruit. Proceffisse autem dicunt haec plagae ex ore equorum, quia videlicet ut talia faceret Iudaei, ex colloctione & consortio gentium contraxerunt. ¶ Exempli gratia, Iason frater Oniae (ut in libro Machabeorum legitur) Antiochi fauens scelestis imperijs, legitima ciuili iura destituens, praua instituta sancibat. Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituit, & optimos quosque Ephoeorum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non inuitum, sed incrementum quoddam & profectus gentilis & alienigenae conuersationis, propter impij & non sacerdotis Iasonis nefarium & inauditum scelus, ita ut sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contemto templo & sacrificijs neglectis, festi narent participes fieri palestra & phitionis eius iniustae, & in exercitijs disci, & patrii quidem honoris nihil habentes, Graecas glorias optimas arbitrabant. Quae gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta mulabant, ac per oia ista conformes esse cupiebant, quos hostes & peremptores habuerat. ¶ Ita & igne perusti, & fumo elati siue obscurati, & sulphure corrupti sunt, quae de ore procedebat eiusmodi equorum, & idcirco ab illis occisi atque captiuati sunt deo iudice, deo potestate illis equis iuste tradite, ut quorum gloriolas & libidines sectabantur, eorum gladijs occiderent. De qua potestate illis tradita protinus sequitur. ¶ Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum. ¶ Et est sensus, idcirco namque potestate in eos deo dante acceperunt, quia illi ad ora illoque accesserunt fasciando errores eorum. ¶ Et caudis eorum adhæserunt, id est, prophetis siue ariolis & Magis eorum consenserunt. Nam propheta docens mendacium, ait Esaias, ipse cauda est, videlicet, quia quodammodo protegit stercore, dum ipsum quod loquitur mendacium quanta potest veri similitudine perornat. Et eiusmodi caudas equorum, id est, prophetas tales siue ariolos gentiliu Israellem habuisse, multa sunt exempla siue testimonia scripturarum, quippe cum vnus Helias de talibus quadringentos quinquaginta viros occiderit, omnes prophetas Baal. Igitur potestas equorum in ore ipsorum, & in caudis eorum, id est, potestate quam habuerunt in populum dei, regna illa, male colloctiones & pseudoprophetae, incitatores, Magi, & arioli siue aruspices eundem populum seducendo illis adquisierunt, qualibus maxime Babylonij & Persae abundauerunt. Et quasi quares vnde de caudis ut talis potestate fecerint, continuo subiungit. ¶ Na caudae eorum similes serpentibus, habentes capita, & in illis nocent. ¶ Similes sunt serpentibus, id est, imitant malignos spiritus, suntque pleni spiritu mendacij, qui per serpentem primum hominem decipit, habet capita & in his nocet, id est, principibus & potentibus, regibus & imperatoribus adhæret, & eorum patrocinio fult, quos seducere non valent, premere praevalent, ut ipsorum vel inuiti sequantur errore. Na exempli gratia, in ipso Israel prophetarum Baal lezabel caput erat, & pro tali capite sic fortes erant, ut contradicere illis nemo ausus fuerit, nisi solus Helias, licet propter eum reliqui essent septem milia viros, qui non curauerunt genu ante Baal. Eodem modo reges Babylonij & Persarum, caeterorumque regnorum, Magis & aruspibus suis capita fuerunt, ut ipso vi siue gladio perficeret, quod ore suo loquendo siue suadendo de populo verum deum colente facere non possent. ¶ Et caeteri homines qui non sunt occisi plagis, neque poenitentiam egerunt de operibus manu suae, ut non adorarent daemona & simulacra aurea, & argentea & aerea, & lapidea, & lignea, quae neque videre possunt neque audire, neque ambulare, & non egerunt poenitentiam ab homicidijs suis, neque a veneficijs suis, neque a fornicatione sua, neque a furis suis. ¶ Certum est quia non omnes homines illos, homines Israelitas siue Iudaeos illoque regno reges occiderunt. Na & nouissimo illoque, scilicet Romano imperio, quod quasi bestia terribilis atque mirabilis cuncta comedit atque cominuit, aliqui superauerunt qui captiu ducerentur in omnes gentes. ¶ Itemque certum est, quia sic captiu & dispersi poenitentiam non egerunt ab homicidijs & caeteris peccatis suis, na vsque hodie Christo rebelles existunt, & Christum blasphemant, quem patres eorum occiderunt. Quid igitur erit illis? Quid subaudiendum est in dictione huiusmodi? Fecit enim eclipsin, id est, defectum sermonis, dicendo, & caeteri homines qui non sunt occisi his plagis, &c. Quid ergo erit? Nunquid erunt impuniti? Non vtiq, sed subaudiendum est, quia ipsi bibent de phyalis plenis iracundia dei viuentis. De quibus suo loco plenius dicendum erit, ut non proficit eis quod corporaliter non fuerunt occisi, cum in aeterna morte animae sint detinenda tanto profundius quanto in peccatis suis permanentes pertinacius, qui tot plagis vel mortibus attriti, non sunt ad percutientem se reuerfi.

Roma. 2

2. Mach. 4
Scelera lae
tonis iudgi

Esaias. 9

3. Reg. 18


Ibidem.
Ibidem. 15

Daniel. 7

Infra. 16

XC. **RVPERTI ABBATIS**
 TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN-
 NIS APOSTOLI COMMENTARIO-
 RVM LIBER VI.

Septimana
 ba est no-
 uissima
 dicitur.
 1. Cor. 15
 1. Thess. 4



De septem tubis, vna superest tuba nouissima, post qua tuba eiusmo-
 di nulla canitura est. Sex em tubae cecinerunt, & cu tantum septem
 datae fuerint, totidem angelis, singulae singulis, profecto septima
 quae superest, nouissima est, qua & Apostolus non ignoras Corin-
 thijs dicit: Omnes quidem resurgemus, sed no immutabimur. Ca-
 net em tuba, & mortui resurgent incorrupti. Item ad Thessaloni-
 censes: Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in
 tuba dei descendet de caelo. Hoc idem, videlicet q haec tuba se-
 ptima nouissima sit, iurans hic protinus fortis angelus astruit dicen-
 do, quia tepus amplius non erit, sed in diebus vocis septimi angeli

Tuba no-
 uissima
 xime hor-
 ribilis.
 Sopho. 1

CAP. X.

Psal. 23

Gene. 9

Hebr. 7

Iohan. 17

Luc. 11

Roma. 13

Marc. 16

cu coeperit tuba canere, consummabitur mysteriu dei, sicut euangelizauit per seruos suos
 prophetas. Hic timor & tremor, & valde terribilis expectatio est. No em haec tuba cae-
 teris cosimilis existimanda est, alius fragor, alia tempestas q in caeteris cantibus tubarum,
 in illius tubae clangore comparebit. Na & propheta circa eius descriptione valde laborat
 cu dicit: Dies irae dies illa, dies tribulationis & angustiae, dies calamitatis & miseriae, dies
 tenebrae & caliginis, dies nebulae & turbis, dies tubae & clangoris. Sed qd multis niti-
 mur argumetis? Etenim pro argumeto magnitudinis tubae illius vel solu illud sufficit, qd
 filius dei suo illam aduentu praeventire curauit, & declamare nobis sua voce q illa talis tu-
 ba canitura sit, vt no simus imparati. Nam & hoc quod sequitur. L. Et vidi alium angelum
 forte descendente de caelo amictu nube, & iris erat in capite eius. L. Et subinde: Et ange-
 lus que vidi leuauit manū suā in caelum, & iurauit per viuente in secula seculorū: qui crea-
 uit caelum & ea que in eo sunt, & terra & ea que in ea sunt, & mare & ea que in illo sunt, qd
 tepus amplius no erit, sed in diebus vocis septimi angeli, cu coeperit tuba canere, cosum-
 mabitur mysteriu dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. Quis em ille est an-
 gelus alius, nisi angelus magni cosilij, angelus testamēti dei, sapedictus, & saepe dicendus,
 vere alius, & longe dissimilis angelis omnibus. Hunc angelū forte dicit, nam vere est for-
 tis, imo & princeps fortitudinis. Hinc & Psalmista: Dominus, inquit, fortis & potens, dñs
 potens in praelio. Proinde & angelus ille qui hunc veniente praenunciavit, Gabriel dicit,
 id est, fortitudo dei. De caelo, inquit, vidi illū descendente. De caelo, inquit, videlicet vbi
 erat prius. Nam quo descendit de caelo, nisi in vte? virginis? Non em de illo virginis vte
 ro initium habuit existendi, sicut quida dixerunt blasphemantes haeretici, quoy primus
 Cherintus fuit, sed in illum vte de caelo descendit, de sinu patris aduenit. Et qui deus
 erat, homo factus est: quodq erat verbū in principio, caro factū est, no mutata in carne
 diuinitate, sed assumpta carne. Hoc est quod dicit, amictū nube. Nubes em & hic & in ple-
 risq scripturae locis mysticis, carnem illam significat, pulchra nimis & congrua consi-
 derata similitudine: qd videlicet sicut sol, cu nube regitur & latet, & tamē scitur qd praes-
 ens est dum suū orbē non ostēdit, & tamen orbi vniuerso diem facit: sic in illa carne deus
 & lauit, & p̄sens dinosci potuit, dum diuinitatem suam, vt semper erat, inuisibilem conti-
 nuit, & tamē per opera visibilia mundū vniuersum illuminauit. Et iris, inquit, in capite
 eius. Iris, id est, arcus caelestis misericordiae designat eiusdē fortissimū est em signū vel pro-
 signo datus propiciationis, dicente dño ad Noe: Nequaquam interficietur omnis caro vl-
 tra aquis diluuij. Ac deinceps: Hoc signū feceris inter me & vos: Arcum meū ponam in
 nubibus, & erit signū inter me & inter terrā. Igitur iris in capite eius, id est, misericordia
 in summa & principali intentione aduetus eius. Idcirco nāq sic nube carnis amictus ad-
 uenit, vt p̄pararet nos talesq efficeret, q possimus stare in illa die iudicij, cu tuba illa nouis-
 sima cecinerit, quae p̄paratio est peccatorū remissionē dare, qd fecit ille penitentia praedi-
 cans, & lauās nos à peccatis nostris in sanguine suo. Vnde misericors & fidelis dicit pon-
 tifex, qd talis erat iris in capite eius. L. Et facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquā colum-
 na ignis. L. Facies eius est notitia eius, que à tepore resurrectionis eius (qua clarificatus est
 claritate qua habuit priusquam mundus fieret) orbi vniuerso sereno lumine insulsi, imple-
 to, qd Zacharias eodē mox nascituro praecinens: Vistauit nos, inquit, oriens ex alto, illu-
 minare ijs q in tenebris & in vmbra mortis sedent. Huius solis resurgentis ortū respiciēs
 Paulus apostolus dicit: Nox praecessit, dies autē appropinquabit. Nox em prius erat, ex-
 tunc autē sole surgente, dies appropinquantibus sibi appropinquat. Marcus quoq Euan-
 gelista

gelista in mysterio loquens, cum dixisset: Et valde mane vna sabbatoꝝ veniunt ad monu-
 mentum, orto iam sole. Nam mystice dictum intelligat, de isto sole iustitiae, q diem nouū
 mundo indidit sua resurrectione, repugnantia sunt, valde mane, & orto iam sole. L. Et pe-
 des eius (in q) tanq columna ignis. Hae descriptio non nihil à priore differt, vbi primū
 ipse q nunc describit huic Iohanni visus est. Illic nāq primū filius hoīs manifeste scribi-
 tur, hoc autem in loco angelus fortis dicit, Illic & caput eius & capilli tanquam lana alba
 & tanq nix candidi scribunt. Hic autem de hmoi canicie tacef, & hoc solum dicitur, quia
 iris erat in capite eius. Illic scriptum est: Et pedes eius similes aurichalco, sicut in camino
 ardenti. Hic autem nunc dicit: Et pedes eius tanquam columna ignis. Has talium descri-
 ptionum diuersitates quaerere, cur habitae sint non otiosum est. Dicimus ergo, qd prio-
 ris illius habitudinis alia fuit causa vel intentio, quam illic non tacuimus, & alia huius praes-
 sentis, quam sicut praeterire non conamur. Illic nāq contra Cherintum & Hebionem, cae-
 terosq antichristos, q interim dum hic Iohannes in insula Pathmos exularet Chrm ante
 Mariam fuisse negare coeperant, ostendebat eidem illo tali schemate vel figura, quale scri-
 pturus foret euangelium, vel quale oporteret eum de Chro perhibere testimonium: Hic
 autem oibus fidelibus pariter & infidelibus significabat, quale vel quantum orbi vniuerso
 impendat negotium, propter quod venerit Chrus in hunc mundum, vt prouidum siue
 inexcusabilem faceret omnem hoīem, nouissimae tubae terribilem sonum, i. vltimū praenu-
 tiando iudicium. Idcirco & illic naturam vtrancq vnius eiusdemq Chri recte significa-
 tam accipimus. Hic autem officium eius. Inde est qd illic filius hoīs, quod natura est: Hic
 autem dicit angelus, quod officij est. Item, illic caput eius scribit praecanicie candidum,
 significando diuinā naturā antiquitatem. Hic autem iris in capite eius videlicet designādo
 suscepti officij misericordiam & pietatem. Illic pedes q sunt infimae partes cuiuscq corpo-
 ris, dicitur similes aurichalco, quo significat inferior, i. humana Chri natura, permanē-
 te substantia, in auream transmutata esse gloriam diuinitatis. Hic autem pedes eius dicitur
 tanquam columna ignis, quod dicto significat praedicatorum eius, per quos venit ad nos
 spū sancto firmati atq illustrati sunt. Sunt em pedes eius omnes euangelij eius portitores
 atq ministri, de quibus & Propheta dicit: Quam speciosi pedes euangelizantis, & annun-
 tiantis pacem, annuntiantis bonū, praedicanis salutem, dicentis Sion regnabit deus tuus.
 Isti pedes ex eo facti sunt tanq columna ignis, ex quo venit sup eos spūs sanctus tanquam
 ignis. Extrunc em qui prius fuerant imbecilles & pauidi, idiotae & sine literis, facti sunt for-
 tes & securi, facundi & oim scripturae periti. Exempli gra: Petrus ante frigidus, & ad
 prunas sedens & calefaciens se, timuit & negauit propter vocem vnius ancillae ostiariae:
 extunc autem columna ignis, siue columna ignea factus est, vt & firmiter stans ecclesiam
 dei tanq columna sustineret, & zelo bono feruens tanquam ignis, principes & reges, sum-
 mosq imperatores in verbo virtutis iustitiae q responsis adureret, & eidem ecclesiae quā
 velut columna sustinet, velut ignis lucem veritatis infunderet. L. Et habebat in manu sua
 libellum apertū. Libellus iste idem liber, que vidit idem Iohannes signatū sigillis septem
 in dextera sedentis sup thronum. Apertus aut nunc dicit, videlicet quemadmodū & illic
 scriptum est, qd agnus illum aperuit, & soluit signacula eius. Sigdem agnus q illic librum
 aperuisse scribit, ipse est angelus iste, q hic in manu sua libellum apertum habere cernit.
 Habet em in manu sua veraciter libellum hunc apertum, qd videlicet in potestate eius est
 nota facere credentibus in se secreta scripturae. Hae potestas iam tunc in manu eius erat
 quando resurgens, & apprensus discipulis suis, sicut Euangelista refert, aperuit illis sensum
 vt intelligerent scripturas. L. Et posuit pedem suum dexterum super mare, sinistru aut su-
 per terram. Omnes eiusmodi pedes huius angeli, ex quo facti sunt sicut columna ignis, i.
 ex quo spū sancto sunt firmati & illustrati, eo ipso q sic firmati, sic sunt illustrati, oēs dexte-
 ri, i. boni sunt & electi. At vero priusquam sic firmarent, sic illustrarent, videlicet ante pas-
 sionem dñicam, omnes sinistri, qd multi reprobī, omnes autem infirmi erant. Nam, exem-
 pli gratia loquente illo, & dicente: Nisi manducaueritis carnem filij hoīs, & biberitis eius
 sanguinem, non habebitis vitam in vobis, & ijs similia: multi discipuloꝝ eius (in q) Euan-
 gelista) audientes, abierunt retro, & iam non cum illo ibant. De residuis quoq duodecim
 vnus diabolus erat. Petrus quoq nunc pes fortis & dexter, pes bonus & electus, & iuxta
 prophetam valde speciosus, tunc pene sinister fuit, qd lapsus est, & eum, quem portare. i.
 praedicare debuerat Chrm negando, cecidit. Itaq ante passionem dñicam omnes (vt iam
 dictum est) pedes huiusmodi fuerunt sinistri, qd multi reprobī, omnes autem erant infirmi
 Scimus autem, qd pedes isti iam dictam passionem dñicam, tantummodo Iudaeam per-
 ambulauerunt, id est, in sola Iudaea praedicaerunt, ipso sic praecipiente illis: In viam gen-
 tium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues
 quae perierunt domus Israel. Post passionem vero suam cum resurrexisset à mortuis,
 H 4 dicit

Supra.

Ratio diuer-
 sificatis.

Esai. 72

Act. 22

Luc. 22

Cur hic ap-
 tus, supra si-
 gnat? liber
 ponitur
 supra f

Luc. 16.

Iohan. 22

Matth. 19

Marc. vi. dicit eis: Eunt in mundum uniuersum, predicare euangelium omni creaturae, eunt docte omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. ¶ Igitur pedes suos dextere posuit super mare, sinistram autem super terram, id est predicatorum suos iam confirmatos in uniuersitatem gentium misit, cum autem adhuc essent infirmi, tantum in Iudaea illos predicare iussit. Nam plerumque nomine terrae, Iudaea: maris autem vocabulo, gentes significatur, ut exempli gratia, in psalmo cum dicit: Propterea non timebimus dum turbabit terra, & transferent montes in cor maris. Est enim hic sensus: Non timebimus futuras tribulationes, quae erunt dum turbabit terra, id est Iudaea, quae debuerant esse terra culta & fertilis, & modo sunt tantum terra, id est solis terrenis dediti, & in medium gentium transferentur. Apostoli. Sequitur: Et clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. ¶ Poneo pedes suos, angelus iste dexterum super mare, sinistram autem super terram (sicut iam dictum est) voce magna clamauit, quia predicatorum suos constituendo uocem euangelicam, quam totus orbis audiret, mirabiliter adidit. Quomodo uel quam magna uoce clamauit? Ita (inquit) quemadmodum cum leo rugit. Vere quemadmodum cum leo rugit. Nam & hoc patriarcha Iacob praedixerat in uerbis: Camlus leonis Iuda, ad praedam filii mei ascendisti, requiesces accubasti ut leo, & quasi leona. Et propheta Amos: Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit uocem suam. Et multis alijs prophetarum dicitur huiusmodi praedicta hoc ipsum, quod nunc dicitur quemadmodum cum leo rugit. Aiunt quod de naturis scripserunt, quia ad uocem siue rugitum leonis omnia contremiscunt, & cuncta animantium natura terret. Hinc est illud prophetarum: Leo rugiet, quod non timebit. Et statim ostendens quod per hanc similitudinem uelit intelligi: Dominus deus (inquit) locutus est, & quod non prophetabit. ¶ Itaque & sic sciedum & subintelligendum est, clamorem huius angeli sic magna uoce clamantis, quemadmodum cum leo rugit illum fuisse clamorem passionis uel mortis eius, quo infernus contremuit, & caelum patefactum est, patuitque ianua caeli, siue paradisi animabus prorumpentibus, effratis claustris inferni tremuitque terra, & aperta sunt monumenta, multaque sanctorum quod dormierant surrexerunt corpora, cunctaque bestiarum natura, & malignorum spirituum territa est potentia, & sicut illic propheticum dicitur: Dominus deus locutus est, quod non prophetabit. Omnis prophetia, cunctorum prophetarum oracula consonauerunt, & quod uellent, aperuerunt, ad tantum tam magni clamorem angeli illius. Vnde & protinus sequitur: Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas. ¶ Quid enim sunt septem tonitrua, quo numero plerumque, & maxime in hoc libro significatur uniuersitas, nisi omnia quae a seculo sunt sanctorum prophetarum oracula? Eorum profecto uoces prius sic erant tanquam tonitrua, quae sicut tonitruum, & terribiliter sonant, & tamen articulatum siue intelligibile sonum non dant: sic uoces legis & prophetarum prius & terribiliter sonabant, & tamen quod eisdem uocibus significaret, populares non intellegebant. ¶ Exempli gratia: In cantico Deuteronomij scriptum est: Leuabo ad caelum manum meam, & dicam, uiuio ego in aeternum: Si acuerio ut fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea. Reddam ultionem hostibus meis, & ipsi quod oderunt me retribuam. Qui illic loquebatur, dicens: Leuabo ad caelum manum meam, &c. ipse est angelus iste, de quo hic postmodum dicit: Et angelus quem uidi stantem, leuauit manum suam in caelum, & reliqua. ¶ Amplius autem hic pro exemplo resplendet illud dictum in Osee: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos: Hoc etiam pulchre in sensu contingit illud quod nunc dictum est. & clamauit uoce magna, quemadmodum cum leo rugit, rugitus quippe leonis hanc vim naturalemque potentiam tradunt: Physiologi: Cum genuerit leona catulum, tribus diebus, & tribus noctibus catulus dormit, & tunc demum patris fremitu ueluti tremefactus cubilis locus suscitare deum catulum dormientem. ¶ Quod si ita est, nimis magna similitudinis causa est, cur merito nunc dici debuerit, quemadmodum cum leo rugit, quia uox sic nostra in Christo natura tribus diebus & tribus noctibus somno mortis obdormierat, & tunc demum diuinitatis potentia ueluti fremitu leonis tremefactus est sepulchri locus, & surrexit quod fuerat mortuus homo in deo assumptus, in quo & nos omnes surreximus. ¶ Haec & ipsi propheta profecto prius erant tonitrua, id est soni siue uoces quasi inarticulatae, eo quod mysteria contingerent nondum intelligibilia, sed postquam angelus iste tali modo clamauit, facta sunt intelligibilia, aperiente illo sensum discipulis suis, ut intelligerent scripturas. Ait ergo: Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua uoces suas. Sequitur: Et cum locuta fuissent septem tonitrua uoces suas, ego scripturus eram, et audiui uocem de caelo, dicentem: Signa quae locuta sunt septem tonitrua, noli ea scribere. ¶ Ego (inquit) scripturus eram. Quid est ea scribere, quae locuta sunt septem tonitrua, nisi per calamus & atramentum tractando, cuncta explanare mysteria scripturarum? Hoc iste non fecit, neque ceteri apostoli. Quare? Nunquid nescierunt, neque intellexerunt? Absit hoc. Imo ipsi erant amici, qualibus nihil deberet abscondi, quemadmodum ipse dicit: Iam non dico uos seruos, sed amicos meos, quia omnia quae uidi a patre meo nota feci uobis. Nota feci uobis, dixit pro eo ut diceret, nota faciam, quia uidelicet cum haec diceret

diceret, id quod mox facturus erat, tam certum erat, ac si iam fecisset. Mox enim resurgendo aperire habebat illis sensum, ut intelligerent scripturas, dando spiritum ueritatis quod eos omnem ueritate doceret, cum fuerint eatenus homines sine sensu & idiotae. ¶ Quare ergo? Nunquid noluerant, uel propter laboris impatiendam subterfugerunt? Non utique: Nam ego (inquit) iste scripturus eram, id est scribere uolebam. Quid igitur obstitit, nisi praecipuum uel regula sanctae discretionis? Non enim cuncta simul uel eodem tempore poterant expleri propter tarditatem hominum, quod tunc rudes erant & imbecilles ad audiendam sapientiam eiusmodi. Vnde Paulus apostolus cum dixisset: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae, appellatus a deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech, continuo subiunxit: De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etiam cum debuerit magistri esse propter tempus, indigeret ut uos doceamini, quae sunt elementa exordij sermonum dei, & facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo &c. Ergo ut non scriberet tam iste quam ceteri apostoli, ea quae locuti sunt eiusmodi tonitrua, non illis facultas defuit aut uoluntas, sed eorum quod audituri siue lecturi tunc essent, obfuit sensus imbecillitas. Alioquin nisi pro causa huiusmodi tempus importunum tunc fuisset. ¶ Sicut idem apostolus interduum pro tempore & re pauca praescribit. Exempli gratia: Cum dixit, scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit, eorumque mysterium allegoricum pertrinxit. Et sicut hic idem Iohannes testimonio legis & prophetarum competenter uti sciuit uel potuit, exempli gratia, dicens: Facta sunt enim haec, ut scriptura impleteret: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: Videbunt in quem transierunt, sic & ceteras uoces quas continebant cuncta illa legis & prophetarum tonitrua explicare scissent & potuissent. ¶ Fuerit ergo laudanda discretio illorum necessaria dumtaxat fidei ponere fundamentum, cum non de ueros in posterum scirent uel sperarent eos, quod ut cetera bona, sic & sacrae expositiones scripturarum superdiscerent. Vnde idem apostolus: Dei enim (inquit) sumus adiutores, dei agricultura estis, dei aedificatio estis, secundum gratiam dei quae data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui, alius autem superaedificat. Vnusquisque autem uideat, quomodo superaedificet: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, qui est Christus Iesus. Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc, aurum & argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestum erit, &c. Haec ille de superaedificantibus. ¶ Scimus autem, quia superaedificantium principales duae distinctiones sunt, quae uidelicet alius in aeterna, alius in contemplantia superaedificat uita. ¶ Quod si aeternae uita opera, quae sunt, eferentem cibare, sitienti porum dare, nudum uestire, hospitium colligere, infirmum & in carcere positum uisitare, dignum quicumque existimat aurum, argentum, lapides preciosos reputari debere. ¶ Quanto dignius contemplantiae uita insignia splendida, quae sunt, uerba dei audire, eademque ruminare, sanctorumque scripturarum mysteria, & uoce proferre, & calamo scribere, talibus nominibus, scilicet auri, argenti, lapidum pretiosorum debet subintelligere. Hoc tenetque aurum, hoc argentum, hoc lapides preciosos superaedificare, sanctam scripturam, quae extrinsecus in litera uidetur subobscura, praeclearis sensibus intrinsecus ornatam ostendere. Et hoc nimirum spiritale opus apud illam sapientis animae amicam magnum habet meritum, sicut & ipsa testificans: Et qui (inquit) elucidant me uita aeternam habebunt. Profecto & ipse apostolus ibidem in supradicto hoc maxime studium sese intendere inuuit, cum postmodum dicit: Sic nos existimet homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum dei. Hic iam querit inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, &c. Dicit ergo: Signa quae locuta sunt septem tonitrua, noli ea scribere. ¶ Quod est dicere? Mysteria scripturarum quae tibi datum nosse promptumque est exponere, signa, claudere, id est signata ut sunt & clausa posteris quaerenda relinque, ut non sint uelut merces uitroneae, de quibus uulgo dicit, quod soleat putere. Pretiosa erunt, quando opus erit, ut querant, scilicet uirgenibus diuersis haeresibus quas necesse erit esse ut quod probati fuerint, manifesti fiant. Tunc & praecleara ingenia multoque multipliciter exercebuntur, & quae de scripturarum thesauris laborioso fuerint studio conquisita, non uilia uidebunt. Hoc dictum huic, nihilominus uniuerso dici arbitramur ordinem illi primorum discipulorum Christi, quorum unus & praeceteris dilectus erat hic. Sequitur: Et angelus quem uidi stantem supra mare, & supra terram, leuauit manum suam in caelum, & iurauit per uiuentem in secula seculorum, qui creauit caelum & ea quae in illo sunt, & terram & ea quae in ea sunt, & mare & ea quae in eo sunt, quia tempus amplius non erit, sed in diebus uocis septimi angeli cum coeperit tuba canere, consummabitur mysterium dei, sicut euangelizauit per seruos suos prophetas. ¶ Quod paulo ante dixerat, & clamauit uoce magna quemadmodum cum leo rugit: Hoc ipsum nunc repetit, latius & uehementius exprimit, quod clamauerit, uel clamando quod fecerit: Leuauit (inquit) manum suam in caelum. Manus angeli huius illa est magnificentia, & eleuatio manus illa est eleuatio magnificentiae, quam admirans Psalmista loquitur: Domine dominus noster

Luc. vi.

Iohan. 1.

Hebrae. 8.

Galat. 4.

Iohan. 19.

Exodi. 12.

Zach. 12.

1. Cor. 3.

Ecc. 24.

1. Cor. 4.

1. Cor. 11.

Psalm. 124.

ster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quam eleuata est magnificentia tua sup ccelos. Quae aut illa est magnificentia, nisi resurrectio & ascensio dñica? Sequite in postmodum, & dicit ad patrē eiusdē dñi nostrī: Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum sup opa manuum tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Nimirū hęc ipsa manus eleuatio, i. magnificentia, siue oipotētia tantū angeli ab illa cōpōit exaltatione, de qua ipse dixit: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Eleuatus namq; siue exaltatus in altitudinem crucis, iam ipso cruciatu mortis in eo leuabat manum suam, quod consummabat author salutis oim, primam faciens nobis resurrectionem quae est animarū, q̄a videlicet peccata debebat oim p sanguinem suum. Eleuatus deinde & resurgens de sepulchro, eadē ipsa resurrectionis eleuatiōe fiebat primogenitus mortuorū, i. princeps ex mortuis resurgētium, secundam in semetipso dedicans resurrectionem, quae est corporū. Deinde cernentibus apostolis suis, eleuatus, & ascendens in cœlum, eadem ipsa ascensionis eleuatione constitutus est iudex viuorū oim & mortuorū, sedēs ad dexteram patris, hoc modo contestantibus angelis: Viri Galilaei qd statis aspicientes in cœlum? Sic veniet quē admodum vidistis eum euntē in cœlum. Hac omnimoda suae manus eleuatione in cœlum, iurauit angelus iste p viuētē in secula seculorū. ¶ Iurauit (inquit) id est, immutabili veritate firmavit. Neq; em̄ verbis aut vulgari iuramentorū effusione iurauit, sicut testis est totus euangelici textus sermonis, in quo nusq; inuenit, quod verbo vel voce iurauerit, imo & constat, q̄ iurare oimō dissuasit, ait enim: Audistis, q̄a dictum est antiquis: Non iurabis, reddes autē dño iuramēta tua. Ego autē dico vobis, non iurare omnino. Et subinde: Sit autē sermo vester, est, non non. Quod autē his abundantiū est, à malo est. Iurauit ergo, i. immutabili (vt iā dictū est) veritate firmavit. ¶ Hoc solum interponens dictis suis pro signo firmamētis Amen amen dico vobis id est, vere siue fideliter dico vobis, dum quippiam tale proloquit, quod huiusce veritatis interpositione dignum sit. Exempli grā: Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocē filij dei, & qui audierint, viuent. Venit hora, quando omnes q̄ in monumentis sunt, audiet vocem eius, & procedent q̄ bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. ¶ Ita iurauit p viuētē in secula seculorū, i. per semetipsum q̄ fuit mortuus, & nunc viuūt in secula seculorū. Resurgens enim ex mortuis, iam nō mori, mors illi vltra non dominabit. Ne longius quæramus, cum dicit (sicut iā diximus) amen amen, iurat, i. affirmat p semetipsum quem constat esse veritatem, testem fidelem, sicut & longē supra testat spūs, dicens ecclesij: Hęc dicit, amen testis fidelis & verus. Ipse est p quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Seipsum ergo describens, rectē dicit: Qui creauit cœlum & ea quae in illo sunt, & terram & ea quae in ea sunt, & mare & ea in eo sunt. Quod ipse esset ille viuens p quem iuraret, quod ita iurando p semetipsum iuraret, ipso eiusdem stantis habitu subintelligi promptum est. Sic namq; stabat, vt contineret tria hęc, ipsum se esse significans q̄ omnia contineret. Dextrum namq; pedem sup mare, sinistrum autem sup terram posuerat, & in cœlum, quod horum tertium vel primū est, manum suam leuauerat. Qui ergo creauit hęc, q̄ manu sua & pedibus suis, i. omnipotentia sua, continet hęc, certum est, q̄a quod iurauit in hęc verba, q̄a dixit, adimplere potest. ¶ Quid em̄ iurat? Quia tempus amplius non erit, sed in diebus vocis septimi angeli cum cœperit tuba canere, consummabit mysterium dei. Tempora quippe circa vel intra cœlum & terram, & mare, & ea quae in eis sunt, variant, sibiq; decedēdo succedunt, ac p̄inde q̄ illa creauit, sine dubio tempora quoq; illorū p̄fixit, eademq; finire potēs est cum voluerit. ¶ Quia tempus (inquit) amplius non erit, subaudit p̄nitētia, quē admodum fuit hactenus, postquam anteriores tubis cecinerunt angeli. Nam & postq̄ primus angelus tuba cecinit, & descendēte igne in pentapoli perierunt impij, euadente iusto Loth, tempus p̄nitētia superfuit, & postquam secundus angelus tuba cecinit, & transeunte populo dei per mare rubrum, inimici illorū sunt demersi, tempus p̄nitētia superfuit residuis, & postq̄ tertius angelus tuba cecinit, & habitatores terrae p̄ opa odibilia defluentes, in manu filiorū Israel p̄dere voluit, tempus p̄nitētia reseruatū fuit, & postquam quartus angelus tuba cecinit, & quasi in solem, i. in populum dei irafacta est, vt corpora eorū in deserto prosternerent tempus p̄nitētia datum est ceteris, & postquam quintus angelus tuba cecinit, & illi qui introierant in terram repromissionis, traditi sunt quinque in manus gentium, pro eo quod non disperdiderunt gentes, quas dixit dñs illis, tempus p̄nitētia superfuit, & postquam sextus angelus tuba cecinit, & soluti sunt quatuor angeli, id est, quatuor principalia regna mundi, Babylonium, Persicum, Macedonicum, atq; Romanum, vt occiderēt, & in captiuitate Iudaeorū ducerēt genus propter peccata eiusdē populi, adhuc p̄nitētia locus est, vt reliquiae saluae sint. ¶ Sed tandē quid cum septimus angelus tuba cecinerit, i. cum venerit extrema dies iudicij? Nihil omnino temporis amplius erit, nullus locus, nul-

Iohan. 12

Roma. 8

1. Cor. 15 Act. 1

Quo iurauit Christus

Leuit. 19 Matth. 5

Iohan. 1

Supra. 1 Roma. 6 Supra. 3 Iohan. 1

Tps amplius non erit

Gene. 19

Exod. 14

Iosue. 1. 12. Nume. 16. Iudic. 2. 3

Plalm. 109 Sup. 9 Roma. 11

cus, nullum spatium penitēdi vltra iam erit. Namq; illa particularia siue localia iudicia fuerunt, illud iudicium vniuersale erit, neq; reseruabit huic seculo quisq; vt penam agere possit. Cum ille tuba canere cœperit, quae tuba nouissima erit, cuius & apostolus Paulus meminuit, omnes (inquiēs) resurgemus, in momento, in istu oculi, in nouissima tuba: canet em̄ tuba, & mortui resurgēt incorrupti: L. tūc cōsummabit mysteriū. I. i. secretū consiliū dei, quo hactenus vsus est erga peccatores, flagellando, & inter flagella longa illis spacia praestando penitēdi. In quo, consummabit illud mysterium dei? In eo nimirū q̄ ibunt impij in supplicium aeternū, iusti autē in vitam aeternā. Licet euangelizauit p seruos suos prophetas. I. i. p apostolos & p euāgelistas. Nam istos quoq; dñs prophetas appellat: Ecce (inquit) ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas. Prophetarū namq; veraciter sunt dicti, qui de summis rebus, de iudicio, seculorū futuro prophetauerunt. Tanta erit illa nouissima tuba, vt q̄ illam prospiciunt, q̄ de illa loquunt, & magnitudinē eius praedicant, recte dñs ipse appellat prophetas. L. Et t̄ vox quam audiui de cœlo iterum loquentē meū, & dicētem: Vade, accipe libellum aptum de manu angeli stantis supra mare & sup terram. Vox ista vox fuit alterius q̄ illius angeli fortis, supra mare & supra terrā stantis, dixit em̄: Vade accipe libellū aptum de manu angeli stantis supra mare & supra terrā. Cuius ergo vox ista erat, nisi eius angeli q̄ hęc & cetera illi ostendebat, quiq; illi in primordio dixerat, qd̄ vides, scribe in libro? Et forte idcirco nunc dicit se itē audisse vocem eiusmodi, q̄a quod illic semel significatū est, dicendo, quod vides, scribes id ipsum nunc itē significat, dicēdo: Vade, & libellum accipe. ¶ Veruntū qm̄ postmodum sic dicit: Et datus est mihi calamus similis virgae, dicens: Surge, & metire templum dei, sic distinguere licet, vt quod dictum ē huic: Vade, & accipe libellum aptum de manu angeli, commune sit ei cū ceteris apostolis, videlicet scripturas sensu apto intelligere, & euangelicā officium subisse praedicationis. Quod aut postmodum dicit: Et datus est mihi calamus sicut virga, dicens: Surge & metire templū dei, propriū ei datum significauerit, s. ius & facultatē scribendi euangelij, & ponendi terminos euangelicā fidei, quos nulli transgredi licitū sit, vnde postmodū dicendū erit. L. Et abij ad angelum, dicens ei, vt daret mihi librum. Et dicit mihi: Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricare ventrē tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquā mel. Et accipi librum de manu angeli, & deuorauit illum, & erat in ore meo tanquā mel dulce, & cum deuorarem eum, amaricatus est venter meus. Quid em̄ fuit huic Iohanni ceterisq; apostolis abire ad hunc angelum post clamorē eius tam magnum, & dicere illi, vt daret eis libellum, quē in manu tenebat aptum nisi id quod omnes ex euangelica veritate notum habemus, q̄a post eius victoris ascensionē regressi sunt in Hierusalē cū gaudio magno, vt sederēt ibi quousq; induerent virtute ex alto, fierētq; fortes & idonei ad praedican- dum ea quae scripta erant in illo libello, imo in magno sanctorū prophetarū, legis quoque & psalmorū libro? Nempe quod (sicut Lucas testat) omnes erant p̄seuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius. Hoc erat dicere illi magno angelo, vt daret eis librum ad deuorandum, i. appareret eis, & idoneos faceret ad praedican- dum euangelium, dando spm̄ sanctum, quo agere posset homo illoꝝ interior deuorare talem librum, i. & legendo in imis visceribus recondere, & praedican- do ructuare sanctarū sacramenta scripturarū. Quod & factum est. Nam cum complerent dies pentecostes, factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spūs vehementis, & repleuit totā domū vbi erant sedētes. Et apparuerat illis dispersitā linguarū tanquam ignis, sedētesq; supra singulos eorū. L. Et repleti sunt omnes spū sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout spūs sanctus dabat eloqui illis. Ait ergo: L. Et accipi librum de manu angeli, & deuorauit illum. Ac si dicat: Et accipi dono filij dei & patris eius facultatē intelligēdi scripturas, ac praedicādi virtutē & ministeriū, & legēdo atq; intelligēdo, necnon & loquēdo siue praedicādo delectatus, refectus & cōfortatus sum. L. Et erat (inquit) in ore meo tanquā mel dulce. Nihil verius. Nā & hmoi gustu Psalmista loquit: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, sup mel & fauū ori meo. Et ipsa sancta scriptura, vere dei sapia de semetipsa dicit: Transite ad me oēs q̄ concupiscitis me, & à gnationibus meis implemini: Spūs em̄ meus sup mel dulcis, & hęc reditas mea sup mel & fauū: Memoria mea in generatione seculorū. Qui edūt me, adhuc esuriēt: & q̄ bibunt me, adhuc sitiēt. Hęc & his filia quae dicitur in scripturis de dulcedine huiusce libelli, sola melius p̄sentit felix aīa quae cunq; meruit experiri quae gustauit, quaeq; gustādo dulcis ipsa effecta est tanquā fauus mellis, quo delectata tu ipse sponus, & dilectus eius dicit ei: Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua. Sed vide qd̄ sequit: Et cū deuorarem (inquit) eū, amaricatus est venter meus. Magna vere dulcedo libelli huius quotiescūq; deuorat, sed ipsa dulcedo nūc interim, dū in hoc seculo viuūt, multis amaritudinibus respersit. Non em̄ aduersarij desunt, q̄ tribulationū, & mortis interdum inferant absinthiū. Nam hoc est, quod de illis, q̄ in illa sua dulcedine

1. Cor. 15

Matth. 27 Apri & euā gelistē dicit̄ iur etia p̄ phetaz Matth. 27 + Et audiat vocem

Infra. 11

Oēs ap̄l̄ ac cœperunt librum ap̄tū in die perit recostes. Luc. vit.

Act. 1

Plalm. 118 Eccl. 24

Cant. 3

Matth. 20

simul amaritudine eiusdem amaricati sunt, scimus & didicimus, q̄a calicem dñi biberunt, iuxta promissum ipsius dicētis: Potestis bibere calicē, quē ego bibiturus sum? Et rursum: Calicem q̄dem meū bibetis &c. ¶ Is ipse Iohānes quīs materiali gladio, siue aliqua hoim vi non fuerit peremptus, non tñ oīno expers fuit amaritudinis illius. Nam & in feruentis olei dolium fuerat missus, & nunc, cum hęc videret, in Pathmos insula exilio relegatus te nebat. ¶ Igitur accipiat q̄dem librum, & deuoret illum cuiuscūq; hoc datum est, sed illud sciat q̄ cum deuorauerit illum, cum viuere & docere cœperit secundum illum, venter. i. anima

2. Timot. 3

eius amaricabit à persequentibus, iuxta quod & veridicus pronuntiat Paulus: Omnes q̄ pie volunt viuere, p̄secutionem patiunt. Ad reliqua tendamus. L. Et dicit mihi: Oportet te iterum prophetare populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis. ¶ Quæ hæcenus viderat vel audierat in descensu vel habitu illius angeli, cōmunia sibi cum cæteris fuere apostolis, q̄a videlicet & ipsi libellum aptum de manu angeli acceperunt & deuorauerunt, & fuit in ore eorū dulce tanquam mel, venter autem eorū amaricatus est, i. acceperunt aperto sibi sensu ad intelligendum scripturas per sp̄m sanctum, prædicandi officium, & probona voluntate fuit illis dulce hoc facere, pro infidelium autem & impiorū p̄secutione ventres, i. animæ eorū amaricatae sunt. ¶ Hoc autem quod nunc refert dictum sibi: Oportet te iterum prophetare, erga proprietatem dictum vel actum intelligendum est ipsius p̄sonæ vt quod dictum est, oportet te iterum prophetare, hoc sit, oportet te ab hoc exilio absolui & euangelicam veritatem calamo & atramento conscribere. Sequitur em̄: Et datus est mihi calamus similis virgæ. Ergo oportet te (inquit) iterum prophetare, ac si dicat: Iam dudum q̄dem scio, quod absolui velis à corpore, ex toto corde desiderans faciem meam videre, & odor meus concupiscentias æternitatis excitauit in te, & pro hoc multoties rogasti me, vt venires ad me. Dixi tibi quoties rogasti me, & nunc dico tibi, expe, vt populum liberes crediturū mihi. Ob hanc causam oportet te expectare, oportet te iterum prophetare populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis. i. q̄ summa cum reuerentia legant & audiant populi, & linguæ, & reges multi. Nam ecce dum exulas tu, interim Cherintus insanit, Marcion furit, Hebton blasphemare incipit, cæteri q̄ bacchantur Antichri contra verbum fidei, contra maiestatem & antequam diuinitatem filij dei, dicentes, quod ante Mariam non fuerit, & quod tam recens deus sit vt ex illa initium existendi acceperit. ¶ Præterea futuræ est, vt veniat Arrius puicax fatelles diaboli, dicturus & p̄suasurus populis, & gētibus, & regibus multis, q̄d idem filius dei creatura sit, & in tempore esse cœperit, quodq̄ fuerit tempus quando idem filius non fuerit. Propter istos oportet te iterum prophetare, & prouidere populis, & gētibus, & linguis, & regibus multis, vt ab his pestibus populum Ch̄stianū liberes crediturū mihi. Quomodo prophetare? Atit. L. Et datus est mihi calamus s̄ilis virgæ, dicēs: Surge, & metire tēplum dei & altare, & adorātes in eo: Atrium autem, quod est foris templum, eijce foras, & ne metiaris t̄ eum, q̄m datum est gētibus. ¶ Calamus similis virgæ facultatem scribendi significat cū magisterij autoritate. Calamus nāq; scriptorū, virga magistrorū est: Et sunt vel fuerunt aliqui q̄bus calamus datus est, sed non s̄ilis virgæ, i. s̄ilis facultas, sed non cum illa magisterij dignitate, vt de nulla illorū sententia siue dictione liceat cuiquam ecclesiastico dubitare. Hoc nanq; magisterium tantūmodo prophetarū & apostolorū est, & illis solis hæc virga data est. Vnde in psalmo sic determinatum est: Dñs narrabit in scripturis populorū, & principum horū q̄ fuerunt in ea. ¶ Et principum horū (inquit) q̄ fuerunt in ea, i. apostolorū & prophetarū, siue etiam euangelistarū. Vide quid dicat: Qui fuerunt, non, q̄ s̄unt, vt exceptis apostolis, quodcunq; aliud postea dicitur, abscondat, nec habeat postea autoritatem. Quāuis ergo sit aliq; sanctus post apostolos, quāuis disertus sit, non habeat autoritatem, q̄m dñs narrat in scripturis populorū & principum horū qui fuerunt in ea. Igitur datus est mihi calamus similis virgæ, id est, data est mihi facultas scribendi cum principatu, & omnimoda magisterij autoritate, vt principatum cathedramq; magisterialē haberem in medio ecclesiæ, cuius ad pedes sederent, cuius ab ore penderent omnes filij ecclesiæ, non dubium habituri, non negligere auluri quippiam eorū quæcunq; meo calamo exaratum haberet volumen meum, volumen euangelicæ veritatis & græ. Talis calamus mihi datus est, & is qui dedit, precepit ita dicens: Surge, & metire templum dei & altare, & adorantes in eo. ¶ Ac si dicat: Ecce cōgregatio taurorū in vaccis populorū, id est, ecce tumultus hæreticorū in ecclesijs populorū, vt excludat eos q̄ probati sunt argento, vt eijciat à templo dei q̄ probitate tenent, q̄ probi & probati sunt, sensumq; probatū habent in omni verbo vel sermone diuino. In surge increpemus feras istas, feras arundinis, taurorū cornupetas & ceruiciferos, vastatores scripturarū veritatis. Surge (inquā) & metire tēplum dei & altare, i. Ch̄m dei filium, q̄ & templū dei est, & altare sanctę ecclesiæ, templū videlicet dei, sc̄dm corpus quod assumpsit ex virgine: altare vero, secundum dignitatem vtriusq; naturæ, diuinæ sc̄ilicet & humanæ.

Corpus

Cōtio Iohāni cū cæteris ap̄stolis

Propriū Iohāni oportet te iterum prophetare

CAP. XI.

† illud

Psalmo. 36 Post ap̄stolos & euangelistas nulli data est facultas scribendi autoritas.

Corpus nāq; q̄d assumpsit, templū dei est, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, propterea dixit: Soluite tēplū hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud, hoc autē dicebat de tēplo corporis sui. ¶ Porro altare sanctę ecclesiæ est eadē substantia iam glorificati corporis, simul cū illa quæ habitat in eo plenitudine diuinitatis, iuxta veridicā autoritatē sanctę ac mysticę legis, in qua deus dicit: Altare de terra facietis mihi, id est, Ch̄stū verū deū verumq; hominē, terreno corpore incarnatū siue incorporatū confitentem, veras hostias offeretis mihi, istud tēplū dei, istud altare metire. Nā ecce mali mēsores male & pessime mēsi sunt, & de terminis eius, q̄s hæretica infidelitate nimium mutilat, dicēdo, Ch̄stū nō fuisse ante Mariā, grandē tumultū facere incipiūt. ¶ Tu ergo metire, & mensuras eius extēde, calamo isto p̄scribēs quantā longitudinis aut latitudinis sit aut debeat esse. Longitudinē eius supra extēde: supra, inquā, ante Mariā & ante Abrahā, imo & ante Adam, sed & ante cælū & terrā vsq; ad antiquū diē, vsq; ad antiquitatē antiqui diē & dicē: In principio erat verbū, & verbum erat apud deum, & deus erat verbū, hoc erat in principio apud deū. Ita metire templū hoc, & altare, & tam longe mēsuras eius extēde. ¶ Metire etiā adorātes in eo, id est, ostēde cuius vel quātā magnitudinis sint qui fideliter credēs bene sentiūt de eo. Verbi gratia, sic dicēdo: Quotquot autē receperūt eū, dedit eis potestātē filios dei fieri. Sic metire, & talis vel tantā mēsurā fore illos ostēde, vt filij dei nominentur & sint. L. Atrium autē quod est foris, eijce foras, & ne metiaris illud, q̄m datum est gētibus. ¶ Quod est illud atrij q̄d iam foris est, nisi quodcunq; cōuenticulū hæreticorū, qui & si sele intus esse contendūt, nihilominus tamen foris sunt, & in illud dei templū, id est, ad Ch̄stū nequaquā pertinēt aut perueniūt. Illos ergo foras eijce, id est, foris esse, foras exisse cōvince. Exempli gratia, vt dicat: Ex nobis exierūt, sed nō erant ex nobis. Illud atrij, illos hæreticos, q̄ sicut atrij templo quidē vicinū est, sed in tēplo vel templū non est, ita sunt habētes quidē speciē pietatis, virtutē aut abnegātes, ne metiaris, id est, nihil ad illos pertinere cōtesteris mensurā illā, quæ data est his q̄ receperunt eū, qui credunt in nomine eius, sc̄ilicet potestātē filios dei fieri. Quare? Quoniā, inquit, datum est gētibus, id est, q̄m in ter gentiles reputant. Dicit se Ch̄stianos esse & non sunt, sed mentiunt, quia Ch̄stiani nō sunt, sed cū gētibus eodē malignitatis sp̄u debacchātes, Ch̄stianos persequunt. Nā hoc est q̄d sequitur. L. Et ciuitatē sanctā calcabūt mensibus quadragintaduobus. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabūt diebus mille ducētis sexaginta amicti * sacco. ¶ Nō tantū est ex historijs ecclesiasticis, q̄a ciuitatē sanctā, id est, ecclesiā, hæretici cū gētibus simili furore p̄secuti sunt, nō tantū mēsi bus quadragintaduobus, sed mensibus & annis multo plurimis. ¶ Cur ergo dixit mēsi bus quadragintaduobus, qui menses nō sunt amplius triū annorū & semissis? videlicet propter intimandā magnitudinē p̄secutionis Antichristi, quæ tāta erit, vt pene sola debeat cognosci vel p̄nosci, & pro cunctis p̄secutionibus sola cōputari, quasi cæteræ p̄secutiones illi cōparatæ p̄secutiones nō sint aut fuerint, illā nimis p̄secutionē tanti furorē esse tēporis. ¶ Daniel quoq; hoc modo dictū sibi audiuit. Et putabit q̄ possit mutare tēpora, & leges, & tradent in manu eius vsq; ad tēpus & tēpora, & dimidiū tēporis. Item: Quia in tēpus & tēpora, & dimidiū tēporis, & cū cōpleta fuerit dispersio manus populū dei, cōplebunt vniuersa hæc. Tempus nanq; & tēpora & dimidiū tēporis, tres & semis annos intelligimus. Nā & supra in eodē propheta legimus, q̄ septē tēpora transferāt super Nabuchodonosor, id est, septem anni efferationis eius. Ipse quoq; q̄d per tēpus, & tempora, & dimidiū tēporis, annū, & duos annos, & dimidiū anni velit intelligi, manifestius exprimit per numeros dieꝝ postmodū dicendo sic: Et à tēpore cū ablatū fuerit iuge sacrificiū, & posita fuerit abominatio in desolationē, dies mille ducētis nonaginta. Etenim si iuxta rationē mensū lunariū, q̄s solos cum embolismis suis nouerūt Hebræi, dies istos diuidas, vix paucos supra inuenies q̄ artinet ad tēpus & tēpora, & dimidiū tēporis, i. ad annū & duos annos, & dimidiū anni. ¶ Nunc illud querere dignū est, cur hic Iohānes cū dicere potuisset, & ciuitatē sanctā calcabunt tribus annis & dimidiū, dicere maluit mēsi bus quadragintaduobus. Itemq; & prophetabūt, inquit, diebus mille ducētis sexaginta, q̄ sunt dies eorundē tēporis siue annorū triū ac semissis, tricenis diebus p̄ menses singulos distributis. Nunquid em̄ casu vel absq; ratione numeros istos mensū atq; dieꝝ taxare maluit? Non vtiq; sed sicut alias in scripturis per numeros multa significat sensū vtiliū dignitas pulchra & delectabilis, ita & hic sub numeris istis pulchrū aliqd & delectabile vult intelligi. Quod vt manifestius fiat, de natura quorundā numerorū ratio postulat aliquid p̄libare, q̄d ostium intelligētia citius aperiat. ¶ Numero r̄ū partū, aliq; sunt superflui, aliq; diminuti, aliq; perfecti. ¶ Perfecti dicunt, qui suis partibus æqui sunt, nec crassant abundantia, nec egent inopia: vt exempli gratia, senarius: Nāq; senarius habet partē mediā, id est, tres, & tertiā, id est, duos, & sextā, id est, vnū, quæ in vnā summa si redactæ sint, per totū numeri corpus suis partibus inueniūt, id est, integer ex ipsis se-

Coloss. Iohā. 20

Exod. 20

Iohā. 1.

I. Iohā. 2

2. Timot. 3 Iohā. 4

Saccis

Danie. 7

Danie. 12 Danie. 4

Danie. 12

Mysterium numerorū

Numerus par, triplex est.

Diminut⁹
vt octonari⁹
us.

narius restituitur. ¶ Diminutus vero ille numerus dicitur, cuius eodē modo cōposita partes pauciores sunt, & eiusdē numeri cuius erāt partes multitudine superant, vt exempli gratia, octonarius: Habet em̄ octonarius partē mediam, i. quatuor, habet & quartā, i. duos, habet & octauā, i. vnā. Quæ cūctæ in vnū redactæ septē colligunt, minorē scilicet summā q̄ erat octonarius cōcludentes. ¶ Porro superflui nominant illi, quorū partes vltra q̄ satis est sese porrexerint, vt exempli gr̄a, duodenarius: Huius em̄ partes maiorē summā colligunt, q̄ erat ipse duodenarius. Est est duodenarij medietas sex, pars tertia quatuor, pars quarta tres, pars sexta duo, pars duodecima vnū. Omnisq; hic cumulus redūdat in sedecim maiorē vtiq; summā q̄ erat duodecim. ¶ Est autē (inquit philosophi tā seculares q̄ ecclesiastici) magna in his similitudo virtutis & vitij. Perfectus nāq; virtutū, diminutus atq; superfluus similitudinem habet vitiorū. ¶ Nimirū de superfluis isti sunt numeri, q̄s hic scriptura ista nobis obtulit, videlicet q̄dragintaduō & mille ducētū sexaginta. ¶ Habet nāq; hic numerus, scilicet quadragintaduō, partē mediam, i. vigintiunū, tertiā, i. quatuordecim, sextā id est septē, septimā, id est sex, quartādecimā, id est tria, viceprimā, id est duo, quadragiesimā secundā, id est vnū. Quæ profecto partes in vnū redactæ, maiorē summā q̄ erant q̄dragintaduō simul colligūt. Quinquaginta em̄ & quatuor faciūt. Ita numerus iste mēsuū quadragintaduō superfluit, & vltra mensurā suæ originis partes excreuit, tanq̄ si quia multis sup naturā manibus natus sit, vt Centimanus gigas, vel triplici cōiunctis corpore vt Geryon tergeminus, vel quicq; vnū mōstrorum naturā in partū multiplicatiōe surripuit. ¶ Amplius autē numerus dieꝝ mille ducentorū sexaginta in partibus suis excreuit & superfluit, habet nāq; hic numerus mediā partē, id est, sexcentos triginta, tertiā partē, id est, quadringentos viginti, quartā, id est, trecentos quindecim, quintā, id est, ducētos quadragintaduō, sextā, id est, ducētos decē, septimā, id est, centū octoginta, nonā, id est, centū quadraginta, decimā, id est, centū vigintisex, duodecimā, id est, centum quinq; quartamdecimā, id est, nonaginta, quindecimā, id est, octogintaquatuor, octauamdecimā, id est, septuaginta, viceprimā, id est, sexagintatres, viceprimāprimā, id est, sexaginta, viceprimā octauā, id est, quadragintaquinq; tricesimā, id est, quadragintaduō, tricesimā quintam, id est, triginta sex, tricesimā sextā, id est, trigintaquinq; quadragiesimā secundā, id est, triginta, quadragiesimā quintā, id est, vigintiocto, sexagesimā, id est, vigintiunū, sexagesimā tertiam, id est, viginti, septuagesimā, id est, octodecim, octogiesimā quartā, id est, quindecim, nonagesimā, id est, quatuordecim, centesimā quintā, id est, duodecim, centesimā viceprimā sextā, id est, decem, centesimā quadragiesimā, id est, nouem, ceterā octogiesimā, id est, septē, ducentesimā decimā, id est, sex, ducentesimā quinquagesimā secundā, id est, quinq; trecentesimā quintādecimā, id est, quatuor, quadringentesimā viceprimā id est, tres, sexcentesimā tricesimā, id est, duo, millesimā ducentesimā sexagesimā, id est, vnū. Oēs istæ partes numeri huius, id est, mille ducentorū sexaginta in vnū redactæ tria milia centū & octo faciunt. In tantū numerus iste suis partibus excreuit & effluit. ¶ Cū igitur, vt supra iam dictum est, philosophorū omniū tam secularium q̄ ecclesiasticorū eadē sententia sit, similitudinē in huiusmodi numeris, qui ita sunt vel dicunt superflui, non virtutis esse, sed vitij: Quid scripturæ huius autorē intēdere arbitramur, dū manū dicit, menses quadragintaduōs, I temq; dies, mille ducentos sexaginta, q̄ tēpus & tēpora, & dimidiū temporis, siue annū & duos annos, & dimidiū anni? Quid, in quā, nisi vt significet ex numeris tam superfluis, illam quæ tunc temporis futura esse a dño prædictā abundantia iniquitatis? Ipe em̄ dixit: Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorū. Sed & alibi scriptum est: Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerū. Vtrūq; scriptura veridica tradit, & quia annuncians Christo dño, hi qui credentes vel Christiani ni dicerentur multiplicandi essent super numerū, multis vacuā nominis huius professionem suscipientibus, qui ad electorū nō pertinerent numerū, & quia tēpore persecutionis abundante iniquitate refrigescere haberet charitas multorū. Bene ergo & numerus mēsuū quadragintaduōꝝ satis superfluis, & numerus dieꝝ mille ducētorū sexaginta, multo maxime superfluis, hic legētib; offert, vt vtrūq; scilicet & multiplicitas credentiū siue profitentū, de qua dictū est, annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt sup numerū, & abundantia iniquitatis, de qua item scriptū est: Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorū, pulchra & venerabili significatione mysteriū regni dei nosse merentibus significet. ¶ Qui porro sunt, vel quid sibi volunt duo testes isti, de quibus dicit. L. Et dabo duobus testibus meis & prophetabūt. ¶ Nunquid nō plures q̄ duos hoīes testes ad prophetandū iste prophetaꝝ dominus & autor habuit vel habiturus est? Nunquid non testes eius oēs (vt de ceteris nūc cōfessoribus taceam) apostoli sunt & martyres? Magna vere & grauissima, ponderisq; immensū est hæc in ore potentis dictio, vt cū testes habeat tā multos tāq; innumerabiles, duos tantū se habere pronūciat, & hoc legitimo satis testū numero

Math. 24
Psal. 39

Qui sunt illi duo testes qui pphetabunt.

mero contentus sit. Duoꝝ nāq; ad minus hominū testimoniū lex sacra recipit, & si plures non sint, tamen paucis contenta est. Sic em̄ dicit: Non stabit testis vnus contra aliquē quicq; illud peccati & facinoris fuerit, sed in ore duorū aut triū testū stabit omne verbū. ¶ Igitur & dabo, inq; duobus testibus meis, & prophetabūt. Sic intelligi digne potest, ac si diceret: Cū tu mēsus fueris templū dei & altare, id est, cum tu terminos fidei dilataueris & prolongaueris, vt expedit, calamo tuo, id est, auctoritate scripturæ euangelicæ, non pariar deesse aliquos q̄ te testificentur pro me ita scripsisse, ita sensisse. Quid em̄, si ita dixi, & vey; dixi, q̄ a multi vocati, pauci vero electi? Nunq̄ tam pauci erunt electi, nunq̄ per abundantia iniquitatis ita refrigescet charitas, vt minus q̄ duos testes inuenire queat euangelij veritas. ¶ Quid vero inquis, si saltē duo testes cōtra tot aduersarios extiterint? Nimirū iustū ac legitimū damnationis iudiciū ad eiciendū foras illud, qd supra dixi, atriū gentibus datū. Nōne & cōtra tantā multitudinē filiorū Israel murmurantiū, & terræ repromissionis detrahentiū, duo testes videlicet Iosue filius Nun, & Caleph filius Iephone, suffecerūt ad ipsoꝝ iudiciū, vt merito prosternerent in deserto corpora eorū? Soli nāq; duo hi ad oēm multitudinē locuti sunt dicētes: Terra quā lustrauimus valde bona est, & omnis multitudo, q̄ a testimoniū illorū nō recepit, in deserto prostrata est. Igitur & nūc etiā si nō plures q̄ duo testes mihi fuerint, q̄ testimoniū perhibeant veritati, omnis multitudo cōtradictiū portabit iudiciū quantacūq; sit. ¶ Si em̄ & in passione duo falsi testes aduersarij meis cōtra me sufficere visū sunt, qui surgētes dixerūt: hic dixit, possum destruere templum dei, & in triduo reedificare illud, cur nō & mihi versa vice cōtra aduersarios meos duo veri testes sufficere debeant. ¶ Veruntamen qm̄, vt supra dicere vel quærere cōperā, innumera biles nobis sunt multitudines martyꝝ. i. testū, etiā si numerare velimus solos illos qui in testimoniū sanguinē suū fuderūt, recte iam dicendū quia testes huius q̄ hæc loquitur, & vere q̄ multi sunt, & nihilominus iuxta quandā rationē tantūmodo duo, id est, duobus ordinibus distincti sunt, videlicet, q̄ modo Enoch & Helias, ambo sancti & deo dilecti a semetipsis differūt. Enoch nāq; nullas legit persequutiones pertulisse, sed in pace cū deo ambulauit, & nō inueniebatur, quia tulit eū deus. Helias vero notū est quātas persequutiones impijssimæ Iezabelis pertulit. Secundū duos illos vsq; hodie & vsq; in finē seculi testes Christi distincti sunt, ita videlicet vt alij sint testes q̄ in pace sanctæ ecclesiæ fideliter viuentes, loquēdo pariter & scribēdo testimoniū veritati perhibuerūt & perhibere nō desinūt: alij qui in persequutione pro statu fidei pugnādo, supradictas tēplū dei & altaris, & adorantiū in eo mēsuras defenderūt, & in defensione sanguinē suū fuderunt vel furi sunt. Hi duo sanctorū ordines recte dicunt duo testes. Ait ergo, L. Et dabo duobus testibus meis. Quid dabo eis? Nimirū os & sapientiā, sicut promisi dicēs: Ponite ergo in cordibus vestris non pmeditari quæ admodū respondeatis. Ego em̄ dabo vobis os & sapientiā, cui nō poterunt resistere & cōtradicare oēs aduersarij vestri. Quo dicto nō vtiq; testibus suis sollicitudinē admittere, sed hoc imperat, vt nō prophetēt de cordibus suis, illa tantūmodo scire & dicere cōtenti, q̄ sancta scriptura porrexerit, q̄ sanctus sanctæ scripturæ cōditor spūs suggererit. L. Et prophetabūt, inquit, diebus mille ducentis sexaginta. ¶ Prophetabūt, id est, prædicabunt, nō vtcunq; sed ita vt intelligant & reuelent ea, q̄ intus reposita sunt arcana scripturæ, & hoc diebus mille ducētis sexaginta, id est, etiā in illa nō omnes refrigescentes iniquitatis abundantia, quā huius numeri supra scripta superfluitas significat. Diximus quidē pro posse de huius numeri natura superflua. ¶ Sed adhuc restat qd forte quis quærat, vide licet q̄ cū Daniel dies scripserit mille ducētos nonaginta, isti magis placuerit dicere mille ducētos sexaginta. Ad hoc rōdere licet, quia paulo quidē maior est numerus mille ducenti nonaginta, q̄ mille ducēti sexaginta, verūtamen de partibus minoris huius q̄ de partibus maioris illius, excreuit multo numerosior quātitas. Huius nāq; minoris numeri, id est, mille ducentorū sexaginta partes coaceruatæ, vltra tria milia, sicut iā pmonstratū est, excreuit, illius autē maioris partes (quis & ipse superfluis sit) ad duo milia nō perueniūt. ¶ Quod etiā hic demonstrare promptū est, habet nāq; ille Danielis numerus, scilicet mille ducēti nonaginta partē mediam, id est, sexcētos quadragintaquinq; tertiā, id est, quadringētos triginta, quintā, i. ducētos quinquaginta octo, sextā, id est, ducētos quindecim, decimā, id est, centū vigintiocto, quintādecimā, id est, octoginta sex, tricesimā, id est, q̄dragintatres, quadragiesimā tertiam, id est, triginta, octogiesimā sextā, id est, quindecim, centesimā viceprimā nonā, id est, decē, ducētesimā quintādecimā, id est, sex, ducentesimā quinquagesimā octauā, id est, quinq; quadringētesimā tricesimā, id est, tres, sexcentesimā quadragiesimā quintā, id est, duo, millesimā ducentesimā nonagesimā, id est, vnū. ¶ Plures vel alias huius numeri partes nō facile quis reperiet, q̄ videlicet partes simul coaceruatæ superfluit quidē vltra quantitatem, cuius partes sunt, verūtamen nec ad duo milia, sicut iā dictū est, excreuit, faciunt. em̄ mille octingentos septuaginta octo, cū numeri minoris, id

Deut. 9

Math. 20
Matt. 22

Nume. 13

Math. 26

Gene. 8

3. Reg. 18. 19

Christi dabo os & sapientiā testibus suis. Luc. 21.

Cur Iohannes ait, dies 1260 Dani el vero dies 1290.

C. RVPERTI IN APOCALYP. CAP. XI.

est, mille ducentorum sexaginta, qui presenti loco datus est, in vno redactae partes, vltra tres milia, sicut iam dictum est, protendant. Igitur & ille Daniel & iste Iohannes, siue is qui Iohanni loquitur, vterque numeris superfluis vltus, illa de qua iam saepe dictum est, iniquitatis abundantiam significat. Sed iste qui ex ipsius domini ore audierat, quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum, vt eandem iniquitatis abundantiam acius inueneret, & multo magis superfluum numerum accepit vel dedit, & ab eadem temporis quantitate quam Daniel prouiderat, non valde in longum recessit. Notandum tandem valde, quod cum dixisset, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, addidit. Lami facti sacco. Quid est enim amici sacco, nisi multum humilitati, omnimodo penitentiae studio. Saccus namque dura penitentiae austeritate significat, quo lugentes operiri solent, maximeque penitentes. Sicut de rege Ninive scriptum est, quod ad praedicationem Ionae surrexit de folio suo, & abiicit pallium suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Sed quis non miretur testem istos tantae dignitatis sacco debere amictum? Attamen ita est. Eorum namque est in sacco & cinere peccata hominum lugere, & tanto magis coram domino humiliari, quanto maior in suo tempore est abundantia iniquitatis. Sic Helias cum Iezabel & Achab, prophetas domini occideret, & altaria eius suffoderet, non mollius vestiebat aut in domibus regum erat, sed in desertis, incultus & hispidus, aspera vitam ducebat. Nam de eiusmodi cultu vel habitu eius sic scriptum est: Cuius figurae & habitus, inquit Ochozias, est vir qui occurrit vobis, & locutus est verba haec. At illi dixerunt: Vir pilosus & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Helias Thesbytes est. Hoc respiciens & Apostolus cum dixisset: Sancti ludibria & verbera experti, in super & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladii mortui sunt, etiam haec intulit: Circueuerunt in melotis, in pelibus caprinis, egentes, angustissimi, afflictissimi. Itaque testes isti fideles, eo ipso quod fideles sunt vel erunt illa tribulatione, peccata lugentur populorum, quoniam tunc Helias & Helisaeus in desertis, in solitudinibus, in montibus, & in speluncis peccata Israelis lugentur, ceterisque filij prophetarum. Nunquid enim absque causa peccati, dies illi tribulationis tales erunt? Non vtiq; sed sicut alibi scriptum est: De humo non egredietur dolor, sic & tunc non pro nihilo, sed pro peccato conserget illa tribulatio. Cum autem multa sint peccata in populo Christianitatis, non ab re est scire vel quaerere scripturam exemplis quo maxime vel quali pro peccato illa talis tribulatio contra ecclesiam consergere permittenda sit. Illius & notae sceleris vel fidei vir beatus Hieronymus locum illum in Michaa pertractans: Principes eius in muneribus iudicabatur, & sacerdotibus eius in mercede docebantur, & prophetarum eius in pecunia diuinabantur, & super domum requiescebant, dicentes: Nunquid non dominus in medio nostrum non veniet super nos mala propter haec, causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa sylvae. Haec inter cetera dicit Petrus apostolus: Argentum, inquit, & aurum non habeo. Poterat utique Simoni Mago vendere quod petebat, imo poterat simulare vendentem. Spiritus enim sanctus nec venundari nec emi potest, sed oblata pecunia cum offerente damnauit. Nunc videas prophetas Hierusalem non habere in ore prophetiam, & in domino requiescere, & dicere: Non venient super nos mala. Quorum causa speculatorum dei hostili aratro diuiditur & locus quondam pacis ruinis plenus fit, & templum domini in vepres spinasque conuertitur, & est habitaculum bestiarum. Et post aliqua: Propter quod causa nostri qui tales sumus, quod Sion & diffidamus in sanguine, & Hierusalem in iniquitate, quod iudicamus in muneribus, qui in mercedibus respondemus, quod in pecunia diuinamus, & super hoc facta nobis sanctimoniam vendicantes dicimus: Non venient super nos mala. Audiamus sententiam domini quae sequatur: Sion, & Hierusalem, & mons templi, speculatorum & visio pacis, & templum Christi, in consummatione & in fine, quando refrixerit charitas, & rara fides fuerit, quasi ager arabitur, & rediget in tumulos, & erit in ecclesia sylvae, vt vbi amplae quondam domus erant, & absque numero acerui frugum, ibi vix parua sit casula seruas specie ciborum, refectio animae non habentium. Cum haec dicit, profecto scire nobis & dicere licet, quod causa futurae tribulationis tam magna, peccatum est maxime graduum ecclesiasticorum, peccatum venalitatatis & auaritia, quod nunc aspiciamus & vbique regnare videmus, ambitione nimia cuncta deuastate, auaritia pene vniuersa reposita intus in ecclesijs deuorata, vbi quae licet viuere, libet etiam ambire: Vnde tunc merito fiet, vt quae non licebit viuere, etiam non libeat ambire, multo miserabilius quod tempore persecutionis Neronianae siue Diocletianae, quibus vrgentibus nimirum gradus ecclesiasticos nec emere delectabat, nec vendere vacabat. Igitur amici sacco propheta bunt, id est, penitentiam agentes & alijs praedicantes, & populo testimonium veritatis annuntiant bunt, & deo quatenus plagam cessare faciat, siue vt se ne in errore inducant liberet, tota intentione supplicabunt. Sequitur. Hi sunt duae oliuae & duo candelabra, in conspectu domini stantes. Quasi quaereres, quae ex eo, quod amici sacco prophetabunt, fructus sperari deberent. Hi sunt, inquit, duae oliuae, & duo candelabra. Ac si dicat: Quia sic prophetabunt, idcirco erunt in suo tempore arbores bonae, arbores oliuae, pulchrae & fructiferae, feraces misericordiae de caelo

Math. 24

Ionae 3

Amicus Heliae 3. Reg. 19

4. Reg. 6. accinctus Hebrae. 2.

Iob. 7

Mich. 3

Apo. 3. Acto. 3.

Peccata sacerdotum,

Contra ambitionem & auaritia ecclesiasticorum.

COMMENTARIORVM LIBER VI. CI.

caelo impetratae, vt propter eos breuient dies illi tam mali, tam calamitosi. Ipsi namque sunt electi illi, de quibus ipse in euangelio futura haec praenunciata dicit: Et nisi breuiasset dominus dies, non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit breuiavit dies. Itaque erunt oliuae, id est, causa misericordiae tunc acceleranda. Oliuae namque misericordiae domini solet in scripturis significare, non solummodo pro similitudine fructus, cuius suauis & lenis vulnera curatur vnctione, verum etiam pro ipso nomine quod tractum est a Graeco *eleos*, quod Latine dicitur misericordia. Candelabra vero in quo sunt? In eo videlicet quod in illis diebus tam nigris, tam tenebrosis, clara propheta siue praedicatione lucebunt, ita vt fieri non possit vt in errore inducatur quisquam electorum. Cuius videlicet erroris tantum erit periculum, vt dicere curauerit ipse dominus custos electorum. Surgent enim pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errore inducantur (si fieri potest) etiam electi. Itaque & duae oliuae & duo candelabra hi sunt. Sic in illo tempore, cum Iezabel, nox, & illius antiquae ecclesiae magna obscuritas, caelum obtenebrasset, & per suos satellites prophetas Baal tenebras spargeret, itetit Helias, qui & tanquam candelabrum lucem funderet opportunam, quatenus diceret populo: Dominus ipse est deus, dominus ipse est deus, & tanquam oliua de caelo impetraret populo misericordiam, vt caelum daret pluuiam, & terra daret fructum suum. Vnde dicitur in laudibus patrum: Et surrexit Helias propheta quasi ignis, & verbum illius quasi facula ardebat. Et post pauca: Qui inscriptus es in iudicij temporibus lenire iracundiam domini, conciliare cor patris ad filium & restituere tribum Iacobi: Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Helisaeus tunc temporis oliua altera, & alterum fuit candelabrum, qui pro eiusdem utilitatis intentione, vt misero populo posset prodesse, hoc, optatione sibi data, elegit orare quatenus magistri spiritus duplex fieret in se. De quo ibidem scriptum est: Et in Helisaeo completus est spiritus eius. Et quidem in omnibus istis, inquit ille, non penituit populus, & non recesserunt a peccatis suis vsquedum abiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram. Attamen sequitur: Et relicta est gens perpauca, & princeps in domum Dauid. Et continuo subiungit: Quidam eorum fecerunt quod placeret deo, alij autem multa commiserunt peccata. Ac si dicat: Et si non omnes correxerunt, attamen multis ad correctionem profuerunt. Nimirum ita erit & tecum. Istis namque oliuis & candelabris, de quibus nunc dicitur, in conspectu domini stantibus, etsi multi scandalizabuntur, fieri tamen non poterit, vt etiam electi in errore inducantur. Sane quod ait de istis in conspectu domini stantibus, eiusdem Heliae siue Helisaei quoque professioni consonat, quorum alter videlicet Helias dicit ad Achab: Viuit dominus deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia: alter vero, scilicet Helisaeus ad Ioram regem Israel: Viuit dominus exercituum, inquit, in cuius conspectu sto, quod si non vult Iosaphat regis Iudae erubescere, ne attendissem quid te, nec respexissem. Et hic & illic verbum stantis, habitum significat virtutis, quod videlicet testes fideles, testes domini, non cum errantibus & foris eniciendis iacet in peccatis & vitijs, sed cum veritate recti atque expediti stant in exercitio pietatis, in defensione iustitiae, in obsequio dei super thronum sedentis, & orbem terrae in aequitate iudicantis. Sequitur. Et si quis voluerit nocere, ignis exiet de ore ipsorum, & deuorabit inimicos eorum. Et si quis es voluerit laedere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi caelum ne pluat diebus prophetarum eorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescunque voluerint. Ita haec testium dignitas cum scripturarum maiestate procedit, & pulchrius quam verbis queat explicari, dum futuris vel presentibus intendit, praeteritorum quoque memores nos esse compellit, si verum volumus eorum quae dicitur sensum consequi. Cum enim dicere sic possit: Si quis eos voluerit in errore inducere, & praedicationem siue regulam veritatis haereticam prauitatis turbinibus obruere, iudicium damnationis exiet de ore eorum, vt anathematizent eos & satanae in aeternum tradant interitum. Cur sic maluit intelligere, & si quis eos voluerit nocere, ignis exiet de ore ipsorum, & deuorabit inimicos eorum? Cur, inquam, nisi quia potestatis eius in illo saepedicto Heliae mysticum praestitit exemplum? Sic enim scriptum est: Misitque ad eum, videlicet Ochozias, quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant sub eo: Qui ascendit ad eum, sedentes in vertice montis ait: Homo dei, rex praecipit vt descendas. Respondensque Helias, dixit quinquagenario: Si homo dei sum, descendet ignis de caelo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Descenditque ignis de caelo & deuorauit eum, & quinquaginta qui cum eo erant. Misit principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo, & similiter ignis exiit de ore eius, id est, descendit ad imperium oris eius, & deuorauit eos. Vnde constat quod intentione nocendi dixerint: Homo dei, rex praecipit vt descendas: Homo dei, haec dicit rex: Festina, descende, & idcirco dixerit ille: Descendat ignis de caelo & deuoret vos, diciturque effectus consecutus sit. Nimirum quomodo tunc ignis de ore illius visibilis exiit, & inimicos eius regia cum tumore mandata perferetes deuorauit, sic de ore istorum ignis exiet inuisibilis, id est, iudicium damnationis, & deuorabit eos qui regibus impijs, regumque impiorum capiti Antichristo

Matt. 24

fieret

Math. 24

3. Reg. 18

Ecci. 48

tribus Helisaeus altera oliua

domo

3. Reg. 17

4. Reg. 3

Cur dicit ignis exiet de ore ipsorum.

4. Reg. 16

Exiit ignis de ore Heliae.

christo adulantes nocere illis siue laedere illos voluerint. Item cū dicere possent: Hi habent potestatem ligandi in caelo & in terra, vt non veniat super inimicos eorum propitiatio vel peccatorum remissio, cunctis diebus ministerij vel officij, id est, vsq; in finē seculi, siue in semperiternū, cur sic dicere maluit: Hi habent potestatem claudendi caelum ne pluat diebus prophetiae eorum? Cur, inquā, nisi quia talis quoq; pluuia siue potestatis ad pluuia huiusmodi cohibendam in eodē Helia claruit mysterium? Ille etenim oratione orauit vt nō plueret super terrā, & nō pluit annos tres & menses sex. Et rursus orauit, & caelū dedit pluuiam & terra dedit fructū suum. Quod cū facere domino iubente intenderet, magna cum potestate dixerat regi Achab: Viuit dñs deus Israel in cuius cōspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Sic profecto testes isti aduersarijs suis inimicis Chri & hostibus veritatis claudunt caelū, clausa continēt ora sua qui ipsi sunt caelū, ne pluant super eos verbū, nolentes effundere sermonē, vbi auditus non est, vt pote quos secundum Apostolum post primā & secundā admonitionem deuitare debent, quia subuersi & proprio iudicio condemnati sunt. Tale ob causam primū Iudaeis subuersi, & proprio iudicio condemnati, clausum est huiusmodi caelū deū sequentes autorem, qui de illis vel contra illos in propheta culpā ipsoꝝ prauidens, & nubibus meis, inquit, mandabo ne pluant super eos imbrem. Item cū dicere possent: Et potestatem habent super aquas couertendi eas in sanguinē, nisi vt ad mysticā nos mitteret historiā, vbi testes Moses & Aaron aquas Aegyptiorū aquae verbae sunt in sanguinē, sic istis iudicij diuini potestate vtentibus, haereticorū prauam doctrinam effundentiū, & omnium illis consentientiū conscientiarū, hic audiunt horridā & sanguineam quā sunt bibitori mortis aeternae damnationem. Addidit hic, & percutere terrā omni plaga quotiescunq; voluerint habent potestatem, subaudiendum est, quomodo illi iā dicti Moses & Aaron terrā Aegypti visibiliter tot plagis percusserūt. Sic em̄ sententijs multiplicibus terrā, id est, terrenos homines inuisibiliter percutiunt, donec deficiant rebelles, & vltima damnatione inuoluant, quomodo illi terrā Aegypti visibiliter tā diu contriuerūt, donec vltima plaga percussū Aegyptij cū rege suo deuoluerēt in maris profundū. Sequitur. Et cū finierint testimoniū suū, bestia quae ascendit de abyssu faciet aduersus illos bellū, & vincet illos & occidet eos. Et iacebūt corpora eorū in plateis ciuitatis magna quae vocat̄ spiritaliter Sodoma & Aegyptus, vbi & dñs eorū crucifixus est. Cū, inquit, finierint testimoniū suū. Nimirū cuiq; testium fidelū suum praesinitū est tempus, suusq; numerus, videlicet quousq; testificandi officio fungatur, vel quā vsq; ad mensuram meritoꝝ illoꝝ cumulus sit perficiendus. Hoc ignorantes ipsi dū adhuc in corpore viuentes a dño peregrinant festināter nonnunq; cupiunt dissolui & esse cū Christo, nō attendentes praefestinatione desiderij sursum ad deū anhelantes, vtrum praefecerint testimonium suū an non. Ille autē sciens & prouidens quid vel quantū adhuc super sit, ad ipsoꝝ profectū differt cōplere desiderij, quemadmodū & iste Iohānes, sicut in gestis eius legimus, cū multoties rogaret, quatenus hinc exire & ad Christū sibi venire consideret, refert responsum fuisse sibi, expecta vt populū liberes creditus mihi. Itē persecutores impij, vbi dei profectū & gloriā testimoniū eius odiētes, testes sanctos auferre de terra festināt, deus autē seruat illos, & insidiantū conatus puenit & cassat, donec illi testimoniū suū finiant, sic & ipsa testē fidelē, testiumq; fidelū principē Christū festinabat Herodes occidere, & permissus nō est, donec illi testimoniū suū finiret, qd̄ ita Lucas refert: Accesserunt quidā pharisaeorū dicētes illi: Exi, vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite & dicit vulpi: Ecce enīcio dāmonia, & sanitates p̄ficio hodie & cras, & tertia die cōsumor. Verrunt autē oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare: quia nō capio prophetā perire extra Hierusalē. Igitur cū finierint testimoniū suū, id est, nō ante q̄ finiant testimonium suū, bestia scilicet Antichristus, qui iam dudū, vt ait Apostolus, operatus est & operat̄ ministeriū iniquitatis, faciet aduersus illos bellū. Quale bellum? Nimirū quale solet esse inter veritatem & mendaciū. Isti nāq; testes cōtra quos ille facit vel faciet bellū, nō ferro materia si, sed in verbo veritatis pugnare cōsueuerūt. Bellū ergo faciet aduersus illos, i. veritatem fortiter erecto impugnetur mēdacio. Et vincet illos, id est, pene vsq; ad victoriā depri met illos, sicut illud qd̄ alibi dictū est: Et impleuerūt ambas nauiculas ita vt mergerent, id est, esse oportet ad submersionē premerētur. Exurgent em̄, inquit Christus, pseudochristi & pseudoprophetae, & dabūt signa & portēta ad seducēdos, si fieri potest, etiā electos. Tunc itaq; pius martyr inter tormēta signa nō faciet, bestia autē illa mēdacia faciet signa p̄ prophetas suos, & in hoc videbit superior. Quid tandē? Ecce occidet illos, inquit. Quis occidet nisi is q̄ occidere solet? Nā ipse quidē in persona sua nondū venit, q̄ proprie Antichristus

Heliae potestas. 3. Reg. 17. Iaco. 5. 3. Reg. 8.

Tit. 3.

Esaia. 7.

Exod. 7.

2. Cor. 7. Philip. 1.

Luc. 13.

2. Thess. 2.

Luc. 11. Matth. 24.

christus dicit, & constat quia venturus est, sed in spū eius iam venit Nero, & post eum ex te 2. Thess. 2. ri, in quibus ille filius perditionis, q̄ in suo tpe reuelandus est ministerium iniquitatis iam diu multumq; opatus. Et iacebūt corpora eorū in platea ciuitatis magna. Bestia quae ascendit de abyssu, i. de occulto nobisq; incognito malitiae & tenebrae profundo, vbi nunc est diabolus deo contrarius, antequam perditum illum hominem ingressus, proprie dicat, & sit Antichristus, cum occiderit corpus, post hanc amplius non habebit quod faciat, sed hoc tantum faciet, vt corpora quae occiderit insepulta iacere faciat in plateis. Hoc quā saepe iam factū sit, non ignorat, q̄ martyriū gesta vel passiones legit. Porro, ciuitas magna cuius in plateis iacuerunt vel iacebunt testimia istorū corpora, ciuitas est sancta ciuitati contraria, ciuitas diaboli contraria ciuitati vel ecclesiae dei, cuius primus ciuis & opifex fuit fratericida Cain, & exinde oēs filij superbiae, cuius vel quorū rex ipse diabolus est. Ipse em̄ (inquit dñs) ad beatū Iob rex est super omnes filios superbiae, eiusmodi ciuitatis aedificia sunt vitia oia, maximeq; libido & superbia. Ideo nunc dicit: Quae vocat̄ spiritaliter Sodoma & Aegyptus. Sodoma videlicet propter libidinem, maxime illā quae est contra naturā, cuius Sodoma illa localis in sua poena horridū fuit exemplū. Aegyptus propter superbiam, cuius q̄ dānablis sit praesumptio, Aegyptij cum rege suo in mare merū cū curribus & equis magnum & famosum vniverso mundo pbuere documentū. Recte ergo talibus denotat vocabulis illa ciuitas. Vbi (inquit) & dñs eorū crucifixus est. Dñs testium istorū Iesus Christus est testis fidelis, & hic Hierosolymis extra portam ciuitatis crucifixus est. Ergo ne Hierosolyma ciuitas illa, in qua reges olim iusti regnauerunt, in qua singulare fuit vnus dei templū, Sodoma vocat̄ & Aegyptus? Ita plane si ad prophetiā respicias veritatem, qua suggerente Esaias ita locutus est: Audite verbū dñi principes Sodomorū, percipite auribus legē dei mei p̄plus Gomorrhae. Praemiserat autē in titulo, dicens: Vt ista Esaias filij Amos quam vidit super Iudā & Hierosolym. Igitur carnaliter erat Iuda & Hierosolym, spiritaliter illic Sodoma & Gomorrhae dicti sunt. Alius quoq; propheta cū dicit eidem populo, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, nomini huic alteri locū & causam dat, vt Aegyptus dicat eadem ciuitas, quae videlicet sicut Amorrhæi & Cethæi, sic & Aegyptij de posteritate maledicti Cham fuere exorti. Ferat proinde opprobrium suum ciuitas illa, vbi dñs istorū crucifixus est vt vocet spiritaliter Sodoma & Aegyptus, i. pars computet magnae ciuitatis diaboli, quae istis nominibus denotatur. Et sicut super Sodomam pluit dñs ignem & sulphur, & sicut in Aegyptio aquae virga Mosi percussae in sanguinem versa sunt, sic illi q̄ dñm crucifixerūt, dignū cum ceteris, imo pro ceteris vbiq; gentium homicidis atq; immundis subeant aeternum ignis & sanguinis iudicium. Et videbunt de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus corpora eorū tribus diebus & dimidio, & non finent ea poni in monumentis. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iocundabunt, & munera mittent inuicem, qm̄ hi duo prophetae cruciauerunt eos q̄ inhabitant super terram. Peccatum peccatorū oim deterrimū est, impios letari cum malefecerint, & exultare in rebus pessimis, & merito talibus multus & inexhaustus repositus est thesaurus irae dei viuētis. Hoc peccatum in illos occisores testium sanctorū grauissime denotat enuntiatio haec, qua nunc dicit: Et videbunt & gaudebunt, & iocundabunt, & munera mittent inuicem. Quid em̄ videbunt? Vtiq; magnum scelus suum, s. corpora sanctorū quos occiderunt non posita in monumentis, & suę potestatis esse, vt non ponant in monumentis. Et quam ob rem super hoc tanto gaudebunt, & iocundabunt, & munera mittent inuicem? Qm̄ (inquit) hi duo prophetae cruciauerunt eos, & subaudiendū est, quia occidendo illos magno (vt ipsi putant) cruciatu liberauerunt semetipsos. In promptu esset de gestis vel praesentibus sanctorū proferre exempla, & demonstrare vbi vel quā truces homicidiae prostratis legionibus martyrum gaudiū & iocundati fuerint, imo & in medio fune discubentes, profusis cōuiujs epulati fuerint, tanq̄ de maximis hostibus ingentes triumphos cōsecuti. Sed vnū de dño ipsoꝝ q̄ crucifixus est exemplū sufficit. Cū em̄ crucifixissent illū, ita gaudiū sunt & iocundati, vt mouētes capita sua dicerēt: Vah q̄ destruit templū dei, & in triduo illud reaedificat. Praeterea, quasi munus sibi miserunt inuicem, ducentes illū ad Annā primū, deinde ad Caiphā, deinde ad Pilatū, deinde ad Herodē, deī rursus ad Pilatū. Ita quasi spectaculi munus miserunt inuicē, & huic muneri suo gratiā impiā habuerūt. Deniq; Annas honorē sibi fieri arbitratus ē qd̄ ad se duceret primū, quae erat socer Caiphæ. Pilatus autē & Herodes amici facti sunt in ipsa die, nam antea inimici erant ad inuicem. A deo gaudebāt & iocundabant, tanq̄ immenso liberati cruciatu, quae videlicet sicut nunc dictū est, qm̄ hi duo prophetae cruciauerunt eos, q̄ inhabitant super terrā sic & multo vehemētior ipse dñs prophetas cruciauerat eos, adeo vt grauis eēt illis etiā ad videndū. Pro eo quod ipsi erant inhabitantes terram, i. non minus corde q̄ corpore terreae suae terrenis cupiditatibus inhærebant, iste autē caelestia loquebat, & terrenam illorū reprehendebat auaritiā. Veruntū quod de testibus istis dicitur, & corpora eorum non

2. Thess. 2.

Luc. 13.

Gen. 4. Iob. 41.

Gene. 12.

Exod. 12.

Esaia. 7.

Ezech. 16.

Gene. 9. Exod. 7.

Proverb. 2.

Mat. 27.

Luc. 22.

finent poni in monumentis, hoc in illum dñm ipsoꝝ, q̄ crucifixus est illi facere non sunt permissi. Prouiderat em̄ illi sp̄s sanctus sacræ ac mysticæ legis p̄ præceptum huiusmodi.

Deuter. 21 Quando peccauerit homo qđ morte plectēdum ē & ad iudicatus morti appensus fuerit in patibulo, nō p̄manebit cadauer eius in ligno, sed in eadē die sepeliēt, q̄a maledictus à deo est, q̄ pendet in ligno. In qua sententia notandum, qđ maledictum non p̄cena facit, sed culpa, cum sic p̄mittit, & diligenter determinat, qđ peccauerit homo quod morte plectendum est, demumq̄ subiungit, & ad iudicatus morti, appensus fuerit in patibulo. At illi eum q̄ non habebat culpam arbitrato qđ suo maledictū esse uoluerunt propter p̄cena, qđ Veruntū sicut iam dictū est, auctoritate legis suffragante, non licuit eis prohibere sepul turam, atq̄ ita etiam in hoc nescientes saluti nostræ deferuerunt, vt cuius aīa descenderat ad inferos, cunctas p̄ potentiā insitæ sibi diuinitatis liberatura electoꝝ anias, eius corpus non prohibita sibi sepultura ponere in terra, datumq̄ corporibus mortuoꝝ, vt de sepulchris suis exiliant in resurrectione futura. ¶ Notandum tandem, qđ sic tpa circūscribit, vt dicat, tribus diebus & dimidio videbunt corpora eoꝝ, rursumq̄: L & post tres dies & dimidium sp̄s vitæ à deo intrauit in eos, & steterunt sup pedes suos. ¶ Quantum em̄ tps supra significauerat, dicendo: Et ciuitatem sanctam calcabunt mēsis quadraginta duobus, Itemq̄: Et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, tantundem significat, dicē do, nunc tribus diebus & dimidio. Itemq̄ & post dies tres & dimidium. Tempus ergo & tpa, & dimidium tps, i. annos tres & semissem, tres dies ac dimidium hic appellat. ¶ Cur hoc? Cur dum prophetarent testes isti, tempus prophetiæ illoꝝ diebus mille ducentis sexaginta, i. tribus annis & dimidio præfinitum est, postq̄ autē prophetauerunt, postq̄ bestia occidit corpora, post hæc non habitura qđ faciat, pro tribus annis & dimidio, tres dies & dimidium dicere vel scribere complacitum est? Nimirum q̄a sanctis dei testibus in agone p̄molesto pro veritate certantibus, dum instat, dum præsens est angustia tēpus, dum quo nolunt, ducunt sensui fragilissimæ carnis longum videt, postq̄ autē abierit tempus illud, vt iam vltra non sit mors, neq̄ luctus, neq̄ clamor, neq̄ dolor, quæ prima abierunt, tunc demū positus in æternitate beata, respicientibus post tergum, breue videbit fuisse qđ pertulerunt, & tunc p̄pendent qđ vere Apostolus dixerit, q̄a non sunt condignæ passionēs huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabit in nobis. Ait ergo: Et post dies tres & dimidium sp̄s vitæ à deo intrauit in eos, i. post breue tempus, quibus multum videat, futurum est vt reduces sp̄s in iussu oīpotentis reuertant in artus proprios, & resurgant q̄ mortui in sepulchris iacuerant, vel etiam in sepulchris proiecti fuerant. ¶ Mutata sunt tempora verboꝝ, cum hæcenus de futuro fieret enuntiatio, & ciuitatem sanctam calcabunt, & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt, & iacebunt in plateis corpora eoꝝ, & videbunt de populis, & gaudebunt, nunc autē p̄terito tempore sic dicit, sp̄s vitæ à deo intrauit in eos, & steterunt, Nimirum hoc indicio mutata esse persona significat, q̄a videlicet ab eo qđ supra dictum est, atrium autē qđ est foris templi eīce foras, & ne metiaris, qm̄ datum est gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt, hæc & cæteca vsq̄ ad hunc locum verba sunt eius personæ quæ calamū dedit, hic autem persona Iohannis rursum loqui incipit eodem tempore verboꝝ, s. p̄terito, quo loquebat̄ superius, quod non iniustatum constat esse sermonibus prophetis. Sæpius nanque, dum futura p̄nuntiant, verbis vtunt p̄teriti temporis. Et steterunt (inqt) super pedes suos. ¶ Subauditur in magna constantia. Hoc em̄ innuit illud quod additum est, super pedes suos. Tunc etiam (vt Sapia dicit) stabunt iusti in magna constantia aduersus eos q̄ se angustauerunt, & q̄ abstulerunt labores illorum. Videntes turbabunt timore horribili, De quo timore maloꝝ, simulq̄ de illo statu sanctorū hic protinus subdit: Et timor magnus cecidit super eos q̄ viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cælo dicentē illis: Ascendite huc: Et ascenderunt in cælū in nube, & viderunt illos inimici illoꝝ. ¶ Hoc nimirum viderunt, imo visuri sunt inimici eoꝝ, q̄a vocem audient magnam, dicentis: Ascendite huc, dicētis: Venite benedicti patris mei, precipite regnum. Tunc (inqt) Apostolus) rapiemur in nubibus obuiam dño in aera, & sic semper cum dño erimus. Hoc est qđ videntes turbabunt timore horribili, & mirabunt in subitatione insperatæ salutis, gementesq̄ p̄ angustia sp̄s, dicentes intra se p̄ceniā agentes, & p̄ angustia sp̄s gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudine improperij. Nos insensati vitam illoꝝ æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo ergo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est? Et in illa hora factus est terræ motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisi sunt in terræ motu noīa hoīm septem milia. Et reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam deo cæli. ¶ Nihil verius qđ quod in illa hora quando resurgēt mortui fiet terræ motus magnus, vt euigilent omnes, cum tali tamq̄ profundo somno sopiantur. ¶ Porro, qđ supra ciuitatem magnam dixit, quam & spiritualiter Sodomam & Aegyptum vocari

Sepultura Christi.

Iohan. 21

Infra. 21

Roma. 8

Scabunt iusti: magna constantia &c. Sapient. 7.

Gloria. 103. storum. Math. 27. 1. Theff. 4. Sapient. 7.

vocari asseruit, id nunc non ciuitatē, sed decimā appellat partē ciuitatis, quā & cecidisse vel casuram esse dixit. Et reuera quæ dicit ciuitas diaboli, non ciuitas est, sed ruina sunt, magnæ & sanctæ ciuitatis Hierusalem cælestis, cuius nouem sunt angeloꝝ, & idcirco qui inde ceciderunt, & homines q̄ de illoꝝ sorte sunt, recte dicunt decima pars, ruinosā pars eiusdem ciuitatis. V triq̄ ceciderunt, i. cadent, videlicet in infernum cum diabolo, & angeli eius, & hoīes sequaces eius. Idcirco non fuit contentus dixisse: & decima pars ciuitatis cecidit, sed addidit: Et occisi sunt in terræ motu nomina hoīm septem milia. ¶ Nam septem milia hoīm idem est, ac si diceret, vniuersitas hoīm impioꝝ. ¶ Maluit tamen dicere nomina hoīm, q̄ simpliciter hoīes per quod intelligimus nominatos in hoc seculo, & inclytos homines, videlicet de qualibus in psalmo scriptum est: Tabernacula eoꝝ in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis. Et in Esaiæ: Propter hoc dilatauit infernus aīam suam, & aperuit os suum absq̄ vilo termino, & descendit fortes eius, & populus eius, & sublimes eius, gloriosiq̄ eius ad eum. Quomodo cecidit vel casura est illa decima pars ciuitatis, & hoīm nomina quō occidenda sunt in illa hora terræ motus tam magni? Nimirum eodem, qđ dicit testibus suis, ascēdite huc, i. venite benedicti patris mei, possidete regnum, eodem (inquam) dño dicente, cadite illuc, i. discēdite maledicti in ignē æternum, cadent & ibunt in supplicium æternum. L Et reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam deo cæli. ¶ Qui sunt vel erunt reliqui, nisi omnes electi q̄ stabunt à dextris? Nunqđ autē isti timebunt vel in timorē mittent, qđ diabolus videntibus cunctis p̄cipi tabitur? Timebunt plane, q̄a sic ad beatam Iob dño loquente audiuius vel legimus: Cū sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabunt. Tanto q̄ p̄ pondere terræ excutiet, vt sanctoꝝ etiam p̄dicatoꝝ quos angelos scriptura nominare consuevit, fortitudo turbet. Erat autē in eis aliquo modo tremor lætus, & timor securus, q̄a & cælesti regno se remunerari certi erant, & pro carnis infirmitate contremiscent per tanti turbinis metū. L Et dederunt (inqt) gloriam deo cæli. ¶ Videlicet admirantes virtutē fortissimi, q̄ tam fortem tamq̄ supbum tam fortiter p̄cipitabit. Tali modo decima pars supnæ ciuitatis, quæ dudum de cælo cecidit, remanentibus nouem (vt iam dictū est) angeloꝝ ordinibus, tunc de terra quoq̄ & de aere isto (in q̄ hæcenus nequiter vagant illi magni sp̄s) cadet & p̄cipitabit, quam videlicet partē Apostolus vocat spiritalia neq̄tiae in cælestibus, & hoīes impij simul mittentur. L Væ secundum abiit, ecce væ tertium veniet cito. ¶ Hoc illi loco superiori iungit, vbi præmissio, væ vnum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ, continuo sequitur, q̄a angelus sextus tuba cecinit. Et plaga magna subscribit, solutis quatuor angelis, à quibus occisa est tertia pars hoīm tribus plagis, s. plaga ignis, plaga fumi, & plaga sulphuris. ¶ Sig dē ea quæ hoc sequenti libello tractata sunt, ab eo loco quo sic cœpit: Et vidi aliu angelum fortem descēdentē de cælo, vsq̄ ad presentē locum quo nunc dicit, væ secundū abiit, & ecce væ tertiu veniet cito, neq̄ ad illud secundū, neq̄ ad istud tertium væ, sed ad laudem p̄inet Ch̄i, & magnificentiam gloriæ eius & misericordiae, q̄ illud vltimū væ, ne electis eius imparatis ex improuiso supueniret, per semetipsum venire, & illud prænuntiare dignatus est. ¶ Hoc aduertentes quæ cūq̄ credimus, q̄a Ch̄us Iesus in hunc mundum peccatores saluos facere venit, & quæ cūq̄ legimus, q̄a p̄ semetipsum ore proprio in euangelio suo illud vltimū væ, i. iudicium damnationis impioꝝ futurū esse prædixit, dicamus cum isto q̄ hæc dicit vel scribit, q̄a secundum væ abiit, & ecce væ tertiu veniet cito. L Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt voces magnæ in cælo, dicentes: Factum est regnū huius mūdi dñi nostri & Ch̄i eius, & regnabit in secula seculoꝝ. Et viginti quatuor seniores q̄ in conspectu dei sedēt in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt deū, dicentes: Grās agimus tibi dñe deus ops, q̄ es, & q̄ eras, * qui accepisti virtutē tuā magnam, & regnasti, & iratæ sunt gentes, Et aduenit ira tua, & tps mortuoꝝ iudicare, & reddere mercedem seruis tuis, & prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos q̄ corruerūt terram. ¶ Tuba hæc septima, illa (vt iam supra memorauimus, tuba nouissima est, cuius & Apostolus meminit vbi ad Corinthios scribens, ita dicit: Omnes q̄ dem resurgemus, sed non oēs immutabimur. In momento, in istu oculi, in nouissima tuba: Canet em̄ tuba, & mortui resurgēt incorrupti. Itemq̄ ad Thessalonicenses: Qm̄ ipse dñs in iussu, & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de cælo. ¶ Quis autē dubitet ad cantū tubæ illius septimæ siue nouissimæ, resurrectionē mortuoꝝ, p̄tinere vel futuram esse, de qua & illic Apostolus dicit, & mortui resurgent incorrupti, & hic iste iam præmisi, q̄a sp̄s vitæ à deo intrauit in eos, & steterunt sup pedes suos. Quare ergo sic iste anticipauit, vt prius diceret, sp̄s vitæ à deo intrauit in eos, qđ est mortuos resurgere, & deinde scriberet, væ secundū abiit, & ecce væ tertiu veniet cito, addēs continuo, & septimus angelus tuba cecinit? Quare (inquam) nisi quia resurgere à mortuis, & stare super pedes, non est væ sed gaudium magnum testibus illis, de quibus vel pro quibus il-

Septem milia hoīm, i. oēs impij. Psal. 48. Esaiæ. 8.

Math. 27.

Iob. 41.

Eph. 6.

Supra. 6.

Supra. 10. Timoth. 4.

* Et q̄ vntus es, quia

1. Cor. 15. 1. Theff. 4.

bus illam prophetiam contexit; Deniq; & quod dixit, qd facta terra motu decima pars ciuitatis cecidit, qm̄ pro gloria testium eorum dicit, magis in gaudium sanctorum debuit enuntiari, & idcirco tandem ad illud vā respiciens septimæ tubæ cantū intulit, cuius canētis hæc summa est vox, qua ipsum vā ita concludit: Et aduenit ira tua, & tēpus mortuorum iudicare, & reddere mercedē seruis tuis, & exterminandi eos q; corruerūt terram. Hoc nimis est vltimū vā, & iste cantus tubæ septimæ, de quo veraciter iurauit iste angelus fortis, qd tps̄ amplius non erit, sed in diebus vocis septimi angeli cum cœperit tuba canere, contumabit mysteriū dei. Canente ergo septimo angelo, factæ sunt voces (inqt) magnę in cœlo, dicentes: Factum est regnum huius mundi dñi nostri, & Chfi eius, & regnabit in secula seculorū. ¶ Voces istæ magnæ beatorū angelorū & sanctorū oim̄ non conticescent in æternum. ¶ Cum autē dicunt factum est regnum huius mundi dñi nostri & Chfi eius, subintelligendū est nobis, ita vt impletum sit iam ex illa nouissima tuba id quod dño filio dixit pater dñs: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū. Nam nunc qdem regnat dñs, & iam Chf̄us eius q; dicit in Psalmo: Ego autem constitutus sum rex ab eo sup̄ Sion montem sanctum eius, in gloria regni sui est, ex quo resurrexit à mortuis, & in cœlum ascendit, iuxta prophetiā eiusdem Psalmistæ præconiū: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum sup̄ opera manuum tuarū. ¶ Sed adhuc rebellis ex magna parte recalcitrat mundus, & sanctos eius ministros psequit. Proinde Apostolus cum huius testimonij meminisset, dicens: Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum sup̄ opa manuum tuarū, oīa subiecisti sub pedibus eius, continuo subiunxit fatuus: de quo loquimur: Nunc autem nondum videmus oīa illi esse subiecta. Itaq; sicut iam dictum est, iam qdem regnat dñs, & Chf̄us eius, & præsens quoq; ecclesiæ regnū eius dicit & est, sed sunt adhuc multa in regno eius scandala, quæ canente nouissima tuba colligent. Quod cum factum fuerit, tunc demū pleno ore rite cantabit: Factum est regnū huius mundi dñi nostri & Chfi eius, qd vincētis in carcere inferni cunctis hostibus, pacatum regnum, & in pace regnabunt in secula seculorū. ¶ Et viginti quatuor seniores q; in conspectu dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt deum, dicentes: Grās agimus tibi dñe deus oīpotens, q; es, & q; eras, qd accepisti virtutē tuam magnā, & regnasti, & iratae sunt gentes: Et aduenit ira tua, & tempus mortuorum iudicare, & reddere mercedem seruis tuis, & prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos q; corruerunt terram. ¶ Multis & bonis dei opibus, magnis & æternis beneficijs eius, magna & sempiternæ gratiæ actiones debent. Quid autē ist o eiusdem dñi dei omnipotentis beneficio maius & pulchrius, quod commemorantes dicunt, qd accepisti virtutem tuam, & regnasti? Quid em̄ magnificentius q; qd virtutem suā dñs accepit, & regnauit? Regnabat quippe peccatum, regnabat mors ab Adam, regnabat diabolus mundi huius obrinens principatum, & hic erat fortis armatus q; in pace sua possi debeat & custodiebat atrium suum. Sup̄ hoc generi humano condolens accepit virtutem suam, & regnauit, superuenit fortior, vicit illum, & vasa eius diripuit. Hæc est illa acceptio virtutis & regni, de qua & Psalmista prædixit: Dñs regnauit decorem indutus est, indutus est dñs fortitudinem, & præcinxit se. ¶ Quomodo vel quando illam virtutem suam accepit? Imo quæ est illa virtus dei, nisi spūs dei, digitus dei, dicente ipso q; regnauit, si in digito dei eicio dæmonia, profecto puenit in vos regnum dei? Nam quod spūs dei virtus eius recte dicat, & sit, Gabriel quoq; archangelus ad Mariam testat, cum dicit: Spūs sanctus seperueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. ¶ Vnde notandum, quod non dixerint tantum, qd accepisti virtutem, sed accepisti (inquiunt) virtutem tuam. Et em̄ homo factus dei filius, siue cum fieret homo, in ipsa qdem conceptione sui virtutem istam accepit, sed antequam fieret homo, virtus eadem sua erat, qd suus & patris vnus spiritus erat. Itaq; non sine magno pondere dictum est, accepisti virtutem tuam, qd quod fideliter credimus virtutem siue spm̄ quem in natura humanitatis dono accepit, eandem virtutem, eundem spm̄, prius qd mundus fieret, vnus idemq; dei filius in natura diuinitatis consubstantialem sibi habuit. ¶ Recte igit vbi tale tantumq; regnantis dñi beneficium consummabit, cadentes in facies suas viginti quatuor seniores, i. vniuersi ecclesiæ patres, magistri siue rectores, adorant, & dicunt: Grās agimus tibi dñe deus omnipotens &c. Illa gratiarum actio cadentium in facies suas, i. ordinata reuerentia subijcientium animas suas, finē nullam habitura est. ¶ Quod dicunt, qui es, & q; eras, malam damnatorū aduersarioꝝ voluptatem percipit, & sine sine diuerberat, qd hoc agere nitebatur, vt non esset, vt non subsisteret, sicut & Psalmista ex persona ipsius aduersum illos contestatur: Inimici mei dixerunt mala mihi. Quando morietur, & peribit nomen eius? Præmissio nanque, quia accepisti virtutem tuam, & regnasti, id est, incarnatus de tuo spiritu sancto, & principem mundi foras eiecisti, continuo subnectunt: Et iratae sunt gentes. Ad quid enim iratae sunt

Supra. 10

Psal. 109
Psal. 72

Psal. 8
In regno
Chfi. i. ecc
clesia, sunt
adhuc multa
scandala
Hebræo. 2

Roma. 7. 6
Iohan. 12
Matth. 12
Lucæ. 11
Psal. 92

Matth. 12
Lucæ. 11

Psal. 40

sunt gentes, vel quid irascendo efficere voluerunt gentes, nisi hoc vt non esset? Sane hic à nomine gentium Iudæi non excipiuntur, quia primi irati sunt, & maxime inuiderunt, iradentes illum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, dicentes (sicut iam meminimus) quando morietur, & peribit nomen eius. Vnde item in Psalmo vehementer insultabundus illis impropere spiritus sanctus: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Vere inania meditati sunt, quia tu domine, & antequam homo fieres deus eras, & nunc postquam gentes iratae sunt, & fremuerunt te occidentes, resurrexisti & es. Hinc est quod itidem in Dauid dicis ad patrem: Exurrexi & adhuc sum tecum. ¶ Iratae sunt igitur gentes, id est, te occiderunt, & (sicut iam dictum est) te occidendo fremuerunt. Sed quid deinde? Et aduenit (inquiunt) ira tua. ¶ Recte & ordinate, quia gentes prius iratae sunt, post aduenit ira tua. Hic est ordo iustitiæ legitimus, vt nulli deus irascatur, nisi illi qui prior fuerit iratus intumescendo, resistendo, suumq; reatum in similitudinem præuicatoris Adæ defendendo. Vbi quis irascitur, & resistit, ibi demum deus irascitur & resistit, & contra fortem, vtitur sua vi, quæ non potest portari. Hinc Psalmista cum dixisset: Tu terribilis es, & quis resistet tibi, continuo subiunxit, extunc ira tua. Ac si dicat: Non ex quo q; peccat, sed ex q; peccatum suum defendendo tuæq; iustitiæ resistendo multiplicat, extunc ira tua, cui non est qui resistere valeat, sicut alibi scriptum est: Deus cuius iræ nemo resistere potest. Hic & particulariter in singulis hominibus, & vniuersaliter in omni genere humano iudicij ordo seruatur. Dicunt ergo: Et iratae sunt gentes, & aduenit ira tua. Ac si dicant: Quia gentes penitentiam te prædicante recipere noluerunt, sed econtra magis iratae sunt, & fremuerunt, & inania meditati sunt, & astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum, & aduersus Christum eius, iuste nunc demum aduenit ira tua, sicut ibidem de te subscriptum est: Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Nam exponentes quid dixerint, & aduenit ira tua, subsequuntur, & dicunt: Et tempus mortuorum iudicare, & reddere mercedem seruis tuis, & prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos, qui corruerunt terram. ¶ Ira eius quæ aduenit, effectus est, exterminare eos, q; corruerūt terram. Nā reddere mercedem sanctis, non ira sed gratia pro gratia est, gratia beatitudinis pro gratia vocationis, vel fidei beatitudinem promerentis. ¶ Et recte sic sermo contextus vel ordinatus est (vt prius dictum sit) reddere mercedem seruis suis, ac deinde: & exterminandi eos, qui corruerunt terram. Nam & secundum veridicum ordinem, siue ordinatā veritatem euangelij, ius merces reddetur dextris seruis dei, deinde exterminabuntur sinistri. Ius enim dicit rex ille his, qui à dextris erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Ac deinde his qui à sinistris erunt: Ite maledicti in ignem æternum. Tali nanque modo & seruis dei merces reddetur, & corruptores terræ exterminabuntur. ¶ Qui autem sunt corruptores terræ, nisi corruptores corporum & animarum, seruientes omnimodæ cupiditati suæ? Neque enim in iudicio dei causa exigitur corruptionis, nisi eius qua corrumpitur creatura rationalis, quæ cum terra dei esse deberet, & afferre fructum fidei, sanctimonie & pacis, siue dilectionis, ita corrupta est in semetipsa, vt amaras incredulitatis omniumq; libidinum spinas afferret, ac perinde maledictioni deputata sit. ¶ Ita in debus vocis septimi angeli cum cœperit tuba canere, contumabitur mysterium dei, & sicut iurauit angelus ille fortis, qui stetit supra mare, & supra terram, manumq; suam in cœlum leuauit, tempus amplius non erit, tempus penitentia non dabitur ultra peccatoribus, per tantos tubarum præcedentium, (quas enumerauimus) cantus, terrificos sufficienter præmonitis. Non partim, sicut in cæterarum canibus tubarū sed simul omnes corruptores terræ peribunt, & exterminabuntur in iussu regnantis domini, in voce archangelis, in tuba dei, vt nullum ultra regno dei faciant scandalum.

Matth. 23
Lucæ. 18
Psal. 2

Psal. 138

Ira dei post
irā pccōria

Psal. 79

Iob. 9

Psal. 82

Prius dā
merces bonis,
deinde
exterminā
tur impij
Matth. 25

Supra. 10

Thess. 2

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN

nis Apostoli Commentarioꝝ, Liber. VII.

CAP. XII

Supra. 8



Apertum est templum domini in caelo, & visa est arca testamen-
ti eius in templo eius. Et facta sunt fulgura, & voces, & terramotus,
& grando magna. Et signum magnum apparuit in caelo: Mulier
amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stel-
larum duodecim, & in vtero habens, & clamabat parturiens, & cru-
ciat vt pariat. **I** Meminisse hic oportet loci superioris, vbi septē
angelis stantibus in conspectu dei, datae sunt septē tubae, q̄ & para-
uerunt se, vt tuba canerent, quoz̄ p̄ cantus singulos q̄ d̄ acciderit,
q̄ d̄ actū sit scriptura hęc p̄ ordinē hactenus digessit. Nam illic an-
teq̄ dicat, & septē angeli parauerunt se, vt tuba canerēt, introdu-
ctio sit alterius angeli, q̄ venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureū, & datae sunt
illi incensa multa, vt daret de ofonibus sanctoz̄ oīm sup̄ altare aureū, qd̄ est ante thronū
Ita dispositis hinc septē angelis q̄bus tubae datae sunt, inde alio angelo q̄ habebat thuribu-
lum aureum, prius digestum est qd̄ actum sit p̄ singulos cantus tubaz̄, & conscriptae sunt
septē vindictae peccatoꝝ. **E**t nunc demū resumpto principio scribit̄ quid actum sit cum
officio angeli habentis thuribulum aureum, & narrat̄ grande bellum certamenq̄ proli-
xum angeli, q̄ & nunc Michael dicit̄, praeriantis cum dracone magno & rufo septē capitū
& insignes declamant̄ victoriae martyrum, cantantiū tandem post labores praerionz̄, quasi
canticum nouum. **H**ic manifeste spūs fortitudinis opera praedicant, qui in ordine se-
ptem spirituum quartus inuenit̄, spiritui consilij coniunctus, cuius in septē tubis canenti-
bus prouidentiam supra memorauimus. Ait ergo. **E**t apertum est templū dñi in caelo. **I**
Coniunctio ista qua dicit̄, & apertum est, nos ad superiora reducit vbi dixerat: Et alius
angelus venit, & stetit ante altare, &c. Simul namq̄ actum est, vt & templū dñi aperiretur
& iuxta altare staret angelus. **T**unc etenim templū dñi apertū est, quando fidem dñi pro-
missiones Chři in cordibus suis receperunt sancti hoīes, & tunc iuxta altare stetit angelus
quando propter eandem fidem gēti iusto Michael est princeps deputatus, sicut in suo
loco plenius cum scripturaz̄ autoritate monstrauimus. **A**pertū est ergo templum dñi
in caelo, i. crediderunt, & credendo in Chřm venturū, templum dñi facti sunt sancti pa-
tres, Abraham, Isaac, & Iacob. **E**t visa est arca testamenti eius in templo eius, i. i. prospe-
cta & a longe salutata est incarnatio Chři filij dei, quae nunc in templo suo, i. in ecclesia
sua, auro mundissimo, i. diuinitatis suae magna claritate radians conspicit̄. **I**dcirco autem
per arcam testamēti recte incarnatio intelligit̄ filij dei, q̄ videlicet in typum eius, dño iu-
bente, fecit Moses in eremo simul arcam foederis simul & propitiatorium, Arca nāq̄ eun-
dem dei filiū incarnandū, propitiatoriū vero eundē significabat pro peccatis hoīm passu-
rum. **E**t facta sunt fulgura, & voces, & terramotus, & grando magna. **S**ubaudit̄ vbi ac-
cepit angelus thuribulū, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram. **S**ic etenim illic
continuo subiunctū est: **E**t facta sunt tonitrua, & voces, & terramotus. **Q**uod licet recte
intelligat̄ de spū sancto quem dñs in apostolos suos misit, q̄ & sedit sup̄ eos tanq̄ ignis, ni-
hilominus tamē, & de eo recte intelligi diximus, quod gēti illi lex data est in monte Synai
in dispositione angeloz̄, vt ait Stephanus prothomartyr. **S**ig dem fulgura & voces, quae p̄
apostolos spiritaliter micuerunt, vel auditae sunt, realiter in monte Synai, qñ data est lex,
non defuerūt, vt recte de vtraq̄. **L**egis & euangelij cōmotione intelligere liceat illud **P**salm̄
mista: **D**eus cū egredieris in conspectu populi tui, cum pirantires in deserto, terra mo-
ta est &c. **I**taq̄ ad illa reducta tpa, quibus beata sanctoz̄ progenies Chři vēturi fidem in
promissione concepit, & ceterae gentes vias suas pmissae sunt ingredi, sicut in septem tu-
bis, totidem notas & insignes spectauimus vindictas peccatoꝝ, sic nunc iam in his quae se-
quunt̄, vsq̄ ad agnū stantē supra montē Sion bella spectemus victoriasq̄ sanctoz̄. **H**oc
ita incipit: **E**t signum magnum apparuit in caelo: **M**ulier amicta sole, & luna sub pedibus
eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, & clamabat parturiens,
& cruciat vt pariat. **V**ere magnum & magnae rei fuit hoc signū. **S**ignificabat nāq̄ mulier il-
la sanctā ecclesiā, quā & in multis prophetaz̄ locis scripturaz̄ inuenimus appellari mulie-
rem viro, i. deo coniunctā & dilectā, imo & nonnunq̄ pro parte praeruaricatoꝝ, vitij, &
& peccatis idololatriae seruientij redargui velut adulterā. **H**aec mulier extūc recte dicit̄
amicta sole, ex quo Chřm verum iustitiae solem accepit in repromissione. **L**una sub pe-
dibus

Spūs fortis
cudinis hic
praedicaē

Danielo
Supra lib. 3
in principio.

Exod. 37

Supra. 8
Acto. 2.
Exod. 19
Acto. 7.
Psalms. 67

di-
bitate
bilitate
recte
mundi
huius
bona
mutabilia
significat,
q̄bus
stultus
seruit,
sapiens
impat.
Hoc
ergo
laudi
est
sanctis
p̄ribus,
quod
diuites
quidem
fuerunt,
sicut
sacrae
historiae
tradunt,
sed
ipsas
diuitias
non
passi
sunt
suis
affectibus
dñari,
sed
ipsi
dominati
sunt
diuitijs,
dispensando
vt
poscebat
vñs
priuatus
aut
public⁹,
atq̄
ita
laudabiliter
eiusmodi
diuites
excusantur,
quia
non
est
census
in
crimine,
sed
affectus. **A**t
contra
quisquis
credit
quidem
in
Christum,
sed
affectu
inhæret
&
seruit
lucris
rerum
temporalium,
seruus
est,
non
dominus
illarū,
neq̄
dici
recte
potest
de
anima
eius,
q̄
sit
mulier
amicta
sole,
&
luna
sub
pedibus
eius,
sed
nimis
per
uerse
amiciri
luna,
solemq̄
nititur
habere
sub
pedibus.
Sequitur: **E**t
in
capite
eius
corona
stellarum
duodecim. **I**n
capite
huius
mulieris
corona
stellarum
duodecim
conspicit̄,
quia
in
initio
nascens
ecclesiae
duodecim
patriarchae,
itemq̄
in
initio
renascens
eiusdem
duo-
decim
ap̄l
notissimi
ac
splendidi
dinumerantur. **N**unc
interim
ordinem
mirabilium
coele-
stium
secuturi,
coronam
duodecim
stellarum,
numez̄
intelligimus
duodecim
filiorum
sive
tri-
uum
Israel.
Nam
&
Ioseph
somnia
narrans,
videbam,
inquit,
solem
&
lunam,
&
stellas
vndecim
adorare
me. **E**tenim
pater
ipse
propter
Chřm
quem
in
promissione
habebat,
cū
sol
erat: **m̄** autem
quae
cumq̄
illi
optima
erat
(qm̄
naturalis
m̄
obierat)
luna
erat,
p̄
eiusdem
Chři
fide
lucida: **v**ndecim
autem
fratres
quibus
somnia
narrabat,
vndecim
stellae
futurae
erant: **I**oseph
ipse
stella
erat
duodecima. **I**gitur
in
capite
mulieris
corona
stellarum
duodecim,
in
initio
ecclesiae
chorus
filiorum
vel
tribuum
Israel
duodecim. **E**t
in
vtero
habens,
&
clama-
bat
parturiens,
&
cruciat
vt
pariat. **Q**uid
erat
habere
in
vtero,
nisi
promissionis
fidem
ser-
uare
in
cordis
secretis? **E**tenim
qm̄
primum
ad
Abraham
locutus
est
deus,
dicens: **E**t
in
semi-
ne
tuo
benedicent
omnes
gentes
(qd̄
profecto
semen
Chři
est)
ille
promittenti
credidit,
in
eandem
fidem
sperantibus
eius
posteris,
extunc
mulier
in
vtero
habere
cepit. **E**rat
autē
de
us
q̄
promiserat
eiusdem
mulieris
vir,
paterq̄
&
autor
illius
conceptionis, i. fidei, per
quam
Chřs
qui
venturus
erat,
iam
in
p̄m
credentium
cordibus
habitabat. **P**roficiēte
autem
per
tempora
credentium
multitudine,
successerunt
Moses
&
prophetae,
q̄
fidem
quam
suscepe-
rant,
loquendo
pariter
&
scribendo
non
sine
magna
desiderij
intentione
significabant. **S**e-
quit̄
ergo: **E**t
clamabat
parturiens,
&
cruciat
vt
pariat. **Q**uod
dixit: &
clamabat
parturiens,
hoc
repetiuit
imo
cōpleuit
addendo,
&
cruciat
vt
pariat. **P**ax
quippe
fuisse
dixisse
hoc
tū,
&
clamabat
parturiens: **V**ideret
enim
nihil
amplius
intelligi
velle
q̄
ac
si
dixisset,
cū
pa-
reret
cepit
clamare. **A**t
illa
priusquam
pateret,
priusquam
partum
effunderet,
parturiuit
et
clamauit. **P**arturire
namq̄
est
ante
partum
cruciarī: quia
videlicet
parturire
meditatiū,
pa-
rere
autem
perfectum
verbum
est. **I**gitur
quomodo
mulier
carnaliter
grauida,
instante
ho-
ra
pariendi
tota
est
in
meditatione
parris
sui,
tandiu
in
illa
expectatione
occupata
est,
tan-
diu
cruciatum
sustinet
donec
pariat,
ita
&
illa
talīs
mulier
spiritaliter
p̄gnans: **C**lamabat,
in-
quit,
parturiens,
&
cruciat
vt
pariat. **C**lamores
eius
multos
ad
medium
p̄ferre
possemus,
sed
exempli
gr̄a
vnu
hic
in
Esaia
propheta
sufficit
locus: **D**ñe
quis
credidit
auditū
n̄ro,
&
brachium
dñi
cui
reuelatum
est? **E**t
ascendit
sicut
virgultum
coram
eo,
&
sicut
radix
de
ter-
ra
siccanti. **N**on
est
species
ei
nec
decor. **E**t
vidimus
eum,
&
non
erat
aspectus: &
desidera-
uimus
eum
despectum
&
nouissimum
virorum,
virum
dolorum,
&
scientem
infirmi-
tatem: **E**t
quasi
absconditus
vultus
eius
&
despectus,
vnde
nec
reputauimus
eū. **V**ere
languores
no-
stros
ipse
tulit,
&
dolores
nostros
ipse
portauit. **H**aec
&
his
similia
dicentes
sancti
prophe-
tae
cum
clamarent
&
dolerent,
nunquid
eiusdē
clamoris
vel
doloris
sui
causam
euenire,
cer-
tam-
ue
esse
nolebant? **I**mo
maxime
cupiebant,
ipso
attestante
dño
cum
dicit̄: **B**eati
oculi
q̄
vident
quae
vos
videtis. **D**ico
enim
vobis,
q̄
multi
prophetae
&
reges
voluterunt
videre
quae
vos
videtis,
&
non
viderunt: &
audire
quae
auditis,
&
non
audierunt. **N**onne
in
hoc
d̄q̄
vera
est
similitudo
mulieris
parturientis,
&
parturiendo
clamantis? **I**lla
nāq̄
parturiendo
qui-
dem
clamat,
quia
doleret: sed
nimirum
sic
mauult
dolere,
q̄
sano
vtero
sterilis
permanere. **S**e-
quit̄: **E**t
visum
est
aliud
signum
in
caelo,
&
ecce
draco
magnus
&
rufus,
habens
capita
se-
ptem,
&
cornua
decem,
&
in
capitibus
suis
septem
diademata,
&
cauda
eius
trahebat
tertia
partem
stellarum
caeli,
&
misit
eas
in
terram. **E**t
draco
stetit
ante
mulierem
quae
erat
paritura,
vt
cum
peperisset,
filium
eius
deuoraret. **E**t
peperit
filium
masculum,
qui
recturus
erat
omnes
gentes
in
virga
ferrea. **E**t
raptus
est
filius
eius
ad
deū,
&
ad
thronum
eius. **V**ere,
aliud,
i. al-
terius
rei
fuit
hoc
signū. **F**uit
enim
signum
diaboli,
q̄
semp̄
aduersus
mulierē
illā
inimicitias
ex-
ercuit,
&
exercere
non
desinit,
malas
sibi,
bonas
autē
mulieri. **D**eus
nāq̄
bonus,
eandem
pro
bono
mulieris
inimicitias
posuit,
quemadmodū
in
initio
loquens
ad
serpentē
dicit̄: **I**nimi-
citas
ponā
inter
te
&
mulierē,
&
semen
tuū
&
semen
illius. **I**psa
conteret
caput
tuum,
&
tu
infridiaberis
calcaneo
eius. **D**eniq̄
serpentis
illius,
id
est,
diaboli
qui
in
serpente
locutus
est,
draco
iste
signum
fuit: sicut
contra
mulierē
illa
sole
amicta,
signum
erat
ecclesiae
toti⁹,
cuius
beata
virgo
Maria
portio
maxima,
portio
est
optima
p̄
felicitate
vteri
pprij. **V**isum
est
er-
go, in-

Gene. 37

Gene. 22
Galat. 7.

Esaia. 53.

Luc. 10

Gene. 3.

go, inquit, signū aliud: & ecce draco magnus & rufus. Vñ magnus & vnde rufus? Magnus, videlicet, quia habēs capita septē, & cornua decē: rufus autē ex eo maxime, quia cauda eius trahebat tertiā partē stellæ cœli, & rufum sanguinē sicut, stetit ante mulierē quę erat paritūra, vt cum peperisset, filium eius deuoraret. Inde magnus, inde rufus. ¶ Quid porro signū ficabant illa septem capita? Hoc nimirum vt compendiosius clarescat, primo sciendum est, draconem talem sic magnum, sic rufum, ita significasse diabolum, vt simul etiā significaret corpus eius vniuersum. s. omnē generationē nequam, generationem Cain, aduersantem ab initio generationi sanctę, generationi Abel, generationi quęrentium dominum, quęrentium faciem dei Iacob: cuius, vt iam dictū est, mulier talis signum fuit. ¶ His ita p̄spectis, iam intelligi promptum est, capita draconis illos recte dici q̄ principales extiterunt in opere siue intentione diaboli, videlicet in obsidione iam dictę mulieris, in intentione occidendi puerperium ecclesię dei, p̄faciendi verbum dei, destruendi fidem seminis Abraham. i. Chři. Huius modi capita veraciter septem sunt: quia nimirum ex quo pater Abraham & posteri eius fidem seminis (in quo benedicuntur omnes gentes) susceperunt, septem sunt mūdi huius regna ex traditione sanctarum scripturarū, quę aduersus eādē fidē dimicauerunt, sed nondum venit regnum septimum. Primum namq; ex quo credidit Abraham, regnū fuit Pharaonis & Aegyptiorū: filios Israel odientium: secundū regnū fuit Izabelis, & filiorū vel posterorum eius impiorū, regnum Israel & Iuda, qui prophetas occiderunt tertium Babyloniū, quartum Persicū siue Medicum, quintum Macedonicū, sextum Romanum, septimum qđ futurum est Antichristi regnum. Pręter hęc regna septem nullū aliud memorat sancta scriptura stetitisse vel stare ante illam mulierem ad deuorandum filium eius, contra sanctam ecclesiam, ex qua credidit Abraham, ad destruendam fidem seminis eius. Singulorum huiusmodi capitum sanguineos rictus paulisper exempli gratia contingamus. ¶ Primus Aegyptiorum rex Pharaon, populo suo dicit: Quicquid masculini sexus natum fuerit in flumē p̄ijciet: quicquid feminei, reseruate. Item: Vacatis otio, & iccirco dicitis: Eamus & sacrificemus domino. Et multa his similia. ¶ Post hunc Izabel captiuato viro suo rege Achab, vt abiret & seruiret Baal, & adoraret eum, prophetas domini occidit, quemadmodum & Helias Thesbytes gemebundus dicit: Dñe altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quęrunt animam meam vt auferant eam. In Iuda quoq; semen eiusdem Izabelis, rex Ioas Zachariam prophetam occidit, atq; extunc etiam in Hierusalē draco ille mulieris huius sanguinē bibere cępit, prophetas occidendo ne prophetarent, vel quia prophetabant in nomine domini: nec ante desinit, donec partu æditum filii eius crucifigendo deuorare se credit. Sed de hoc postmodū planius dicendū erit. ¶ Tertio loco Nabuchodonozor rex Babyloniis, traductis in captiuitatē cum reliquis Iudęis p̄phetis domini, statuā erexit, & eo vsq; abolere voluit nomen domini, vt diceret tribus pueris: Si non adoraueritis, mittemini in fornacē ignis ardentis. Et quis est deus qui eripiat vos de manu mea? &c. ¶ Quarto deinde loco regnū Persarū atq; Medorū, genus vniuersum Iudęorū, in quo tantū eatenus notus erat deus, delere voluit agente Aman hoste Iudęorū, qui erat de stirpe Agag quē occidit, & in frustra concidit Samuel corā domino. Cū enī illū exaltasset rex Assuerus, & posuisset solū eius super omnes principes quos habebat, cunctiq; serui regis qui in foribus palatij morabantur, flecterent genu & adorarent Aman, solus autem Mardocheus non flecteret genu, neq; adoraret eum, iratus est valde, & pro nihilo ducens in vnum Mardocheum mittere manus suas, magis voluit omnem Iudęorum qui erant in regno Assueri perdere nationem. Vnde Hester: Hostis, inquit, & inimicus noster pessimus est iste Aman. Itē: Nunc autē hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regē. ¶ Quintum caput draconis huius, regnū Macedonicū, Qualiter regnante Antiocho, qui appellatus est Epiphanes. i. nobilis siue illustris, mulierē istā infestauerit, cōpellendū sic incipit: Duę mulieres delatę sunt natos suos circumcidisse, quas infantibus ad vbera suspensis cū publice per ciuitatē circumduxissent, per muros p̄cipitauerunt. Quid enī intendebat per hoc & per cętera quę sequuntur, nisi hoc vt conceptus mulieris. i. seminis Abraham fides, cuius testimoniū illis erat signaculum circumcisionis, funditus extingueretur. ¶ De sexto capite. i. regno Romanorū, quis nesciat quantū fœuerit ad deuorandū filiū huius mulieris? Nempe istud est qđ cum capite illo secundo scilicet Iudaico regno concordī rictu ferociter nimis hiauit, in primis vt filium illum in persona propria deuoraret, qñ traditus est filius hominis gentibus ad illudendum, & flagellandū, & crucifigendum, capite illo scilicet Iudaico populo dicente ministri huius alterius magni capitij: Si hunc dimittis, non es amicus Cęsarıs, Deinde, quod paulo

Psal. 23.

Exod. 1. f. 3. Reg. 19.

Exod. 1. f.

3. Reg. 19. 2. Para. 24.

Dan. 3.

Hester. 3. 1. Reg. 17.

Hester. 7.

1. Mach. 1. 2. Mach. 6. Ibidem.

Matth. 20.

Iohan. 12.

paulo post dicemus, bellū maximū quod fecit draco repugnāte Michaelē & angelis eius. Itē qđ adiecit, facere filium cum reliquis de semine mulieris huius, qđ capite factū est nisi Romano imperio, quod per orbem vniuersum missis edictis & legibus publicis tot milia martyrum interfecit. ¶ De septimo tandem capite cum se erexerit, i. de hoīe peccati filio p̄ditionis Antichristo cum reuelatus fuerit, qđ aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur, quis nesciat quia mulierem istam siue reliquias seminis ei⁹ ita persequetur, vt quem admodum dñs dicit, talis tunc tribulatio sit, q̄lis non fuit ab initio, nec est, nec erit? Ipse namque erit de quo Daniel angelus dicit: Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret, &c. ¶ De istis septem capitibus alio postmodum loco cum dixisset huic Iohanni angelus, septem capita bestijs septem montes & reges septem sunt, continuo subiunxit: Quinq; ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit. Et cum venerit oportet illum breue tempus manere. Quod hic tacitum est, illic suppletur, videlicet qđ super bestiam (quę nō est alia nisi draco iste) mulier sederit, mulier alia, mulieri isti quam draco impugnat semper opposita. i. ciuitas diaboli, ciuitas dei semper contraria. Quid autem est quod ait, quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit? Videlicet quia cum hęc viderentur vel scriberentur, quinque regnorum iam dictorum reges, qui mulierem sępe dictam persecuti sunt, iā dudum transferant, regis autem regni Romani, regis siue imperatoris Neronis decreta contra Christi ecclesiam fœuebant, & a successoribus eius seruabatur. Alius autem. i. Antichristus nondum venerat, sed necdum venit. Sed de his alijs. Nunc presentia persequamur. ¶ Cum dixisset habens capita septem, addidit: Et cornua decem. ¶ In Daniele quoq; scriptum est de bestia quarta, quę significabat regnum Romanorum, quod habere cornua decē. Et oēs fere scriptores ecclesiastici tradiderunt in consummatione mundi, qñ regnum destruendū est Romanorum, decem futuros reges qui orbem Romanū inter se diuidant, & vndecimū surrecturum esse paruulum regem, qui tres reges de decem regibus superaturus sit, regem Aegyptiorum, regem Africę, regem Aethiopię, atq; hoc esse quod illic scriptum est: Et ecce conu aliud paruulum ortum est de medio eorum, & tria de cornib⁹ primis euulsa sunt de facie eius, quod videlicet cornu erit Antichristus. Verum hic vbi non quarta bestia, vt illic, solum significans regnum Romanorum, sed draco. i. diabolus conspiciatur, & septē eius capita describunt, nullūq; sit mentio de tribus euulsis cornibus, aliud dicere licet, quod cępro sensui cum scripturarum autoritate coniungatur. Septem quidem tāmmodo draconis capita, sed decem videntur cornua. ¶ Quia videlicet vnum ex regnis supradictis regnum Macedonicum in reges quatuor diuisum fuit. Mortuo namq; Alexandro magno surrexerunt, p̄ eo quatuor duces eius qui sibi imperium diuiserunt. Aegyptum enim Ptolemeus Lagi filius tenuit, Macedonias Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri, Syriam & Babylonem, & omnia regna Orientis Seleucus Nicanor, Asia regnauit Antigonus. Hoc est quod in Daniele legitur: Hircus autem caprę factus est magnus nimis. Cumq; creuisset fractum est cornu magnum, & orta sunt cornua quatuor subter illud per quatuor v̄tos cœli. Quod exponens angelus dicit: Porro hircus caprarum rex Gręcorū est: Et cornu grande erat inter oculos ei⁹, ipse est rex primus. Quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo, quatuor reges de gente eius consurgunt: Continuoq; addit: Sed non in fortitudine eius. Nullus enī illorum fortitudini siue magnitudini Alexandri potuit æquari. Itaq; septem, vt iam dictum est, capita, sed decem cornua. i. septem regna, sed decem fuerunt reges, quibus draco ille sese armauerat. Sed sequitur adhuc: Et in capitibus suis septem diademata. ¶ Si decem cornua decem reges sunt, quō non totidem sunt diademata quot cornua? Nōne omnes illi qđ reges quatuor, in quos regnum illud vnum diuisum est, habuerunt diademata? Scriptum est enim in libro Machabæorum primo: Et obtinuerunt pueri eius videlicet Alexandri regnū vnusquisq; in loco suo, & imposuerunt sibi omnes diademata post mortem eius. Quō ergo non dictum est decem, sed septem diademata, cum fuerint decem cornua? Nimirum quia vnus vnus capitij quatuor cornua. i. vnus regni Macedonicī reges quorū fuerint, vno tantum ex illis aduersus mulierem draco vsus est. i. posteritate Seleuci, cuius in parte Syria, in qua continebatur Iudęa, obuēnit. Ex illis namq; qui regnauerunt in Syria, exiuit radix peccatrix Antiochus Epiphanes, i. illustris. Hoc vnum diadema ex illis quatuor draco rufus in sua causa contra mulierem induit, & illud sanguine sanctorum sęuus homicida cruentauit. Deniq; licet & cęterę regni diuisi partes Iudęā interdum lacerauerint, tñ hoc vere constat, quia partis vnus rex qui Syriam & cum illa Iudęam obtinebat, causam draconis contra mulierem egit, intentionem diaboli contra dei legem exercuit. Hic vt iam dictum est, erat Antiochus illustris, de quo Daniel p̄uidēs dicit: De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum, & factum est grande contra Meridiem, & cōtra Orientem & contra fortitudinem, & magnificatum est vsque ad fortitudinem cœli. Et deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas, & vsq; ad principem fortitudinis magnificatus est, & ab eo ruit iuge

2. Thess. 2. Daniel. 2.

Infra. 17.

Daniel. 7.

Daniel. 2.

1. Mach. 12.

Daniel. 8.

iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur aut datum est contra iuge sacrificium propter peccata, & proferretur veritas in terra, & faciet, & prosperabit. Quod istidem exponens angelus qui supra: Post regnum, inquit, eorum cum cruerint iniquitates, cō surget rex impudens facie, intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis. Et supra q̄ credi potest vniuersa vastabit, & prosperabit & faciet, & interficiet robustos, & populum sanctoꝝ secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius, & cor suū magnificabit, & in copia rerum oīm occidet plurimos, & contra principem principum confurget. ¶ Iste namq; rex ille iam dictus Antiochus extitit, qui vsq; ad fortitudinem cœli, i. filios Israel, q̄ angelorum vallabantur auxilio, erexit magnificetiam suam, ita vt de sanctis plurimos idololatriæ subijceret, & velut stellas cœli conculcaret pedibus suis. Atq; ita factum est, vt Meridiem & Orientem, i. Aegyptum & Persidem suo teneret imperio. Quodq; ait, & vsq; ad principem fortitudinis magnificatus est: Hoc significat quod erexit fit contra deum, & sanctos illius persecutus, & ab eo tulerit iuge sacrificium, quod mane & vespere offerebatur, & polluerit atq; deiecit locū sanctificationis eius; & hoc nō sua virtute, sed propter peccata populi. Atq; ita factum est vt veritas p̄sterneret in terram, & cultu idolorum florente, dei religio (quæ istius sæpe dicte mulieris erat ornatus) conquiesceret. Nunc cætera profequamur: Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & m̄ sit eas in terram. ¶ Stellas cœli filios Israel significare iā supra diximus, & duodecim stellarum coronā, quā in capite suo mulier habebat, duodecim fuisse patriarchas, per q̄s ecclesia in initio propagata est, iuxta illud somniū Ioseph dicentis: Videbā solē & lunā, & stellas vndecim adorare me. Ipse namq; Ioseph stella erat duodecima. Ad oēm q̄q; multitudinē filioꝝ Israel Moses dicit: Dixiꝝ vobis in illo tempore, nō possum solus sustinere vos, q̄ dñs deus vester multiplicabit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli plurimi. ¶ Quis aut nesciat in illa oppugnatione mulieris, vbi cunq; draco illam impugnavit, pleroseq; ex illa gēte fouisse & adiuuasse dolosam nequitiam draconis? Nam exēpli gr̄a: Vbi in Antiocho iā dicto draco iste seuire cœpit, sic scriptum est: In diebus illis exierunt ex Israel filij iniq; & suaserunt multis dicentes: Eamus & disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt, q̄a ex quo recessim⁹ ab eis, inuenerunt nos mala multa. Et bonus visus est sermo in oculis eorū. Et destinauerūt aliqui de p̄p̄o, & abierūt ad regē, & dedit illis potestatem vt facerent iustitiā gentiū. Et ædificauerunt gymnasiū in Hierosolymis secundū leges nationū, & fecerunt sibi p̄putia, & recesserūt à testamēto sancto, & iūcti sunt nationib⁹, & venūdauit sunt vt facerent malū. Plura omittimus q̄ proferri possent in exempli stellarum eiusmodi cadentiū de altitudine cœli, de dignitate testamēti dei, ita vt etiā adiuuaret p̄tes diaboli, impugnando illos q̄ p̄ferre volebant in religione p̄næ fidei. Cauda ergo draconis palā est quia trahebant tertiam partē stellarum cœli. ¶ Et misit eas, inq; in terram. ¶ Vt videlicet terræ incumberent q̄ cœlo intendere debuerant, terræ trā cuperent, q̄ beatam cœlestium spem expectare iussi fuerant. Sequitur: Et draco stetit ante mulierē quæ erat paritura, vt cum peperisset, filiū ei⁹ deuoraret. ¶ Hęc erat intentio draconis tot capita subrigentis, tot conua vibrantis. Hęc, inquam, erat nequissima cupiditas diaboli, tot regna commouentis, tot reges inflāmantis in odiū diuinæ religionis, vt cum peperisset mulier quæ erat paritura, cum Ch̄ma ædidisset ecclesia, partente virgine Maria filiū eius deuoraret, i. nomē eius de hominum memoria tolleret, vt partus huiusmodi nulla vtilitas, nullus fruct⁹ existeret. Sed sequitur: Et peperit filiū masculinum q̄ recturus erat gentes in virga ferrea. ¶ Ac si dicat: Ille quidem draco funestus mulieris parturiētis excitatus clamoribus, stabat ante illam attentus vt deuoraret filium eius, maximēq; in Herode insaniebat sanguineum caput, q̄ prophético commotus ille oraculo quod audierat, & tu tu Bethleem terra Iuda, nequaq; minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat p̄p̄m meum Israel, quæ fuit puerum ad perdēdum eum, misitq; in Bethleem, & occidit omnes pueros qui erant in ea, & in omnibus finibus eius, quasi impossibile foret nō simul occidi & illū. Sed sic fatuus draco, qui in illo seuebat, quō consilium siue propositū dei euacua re se posse putabat. ¶ Ille namq; recturus erat gentes in virga ferrea, & hoc in scripturis veritatis præfixum erat, exempli gr̄a, ipso dicente in Psalmista: Dñs dixit ad me filius me⁹ es tu ego hodie genui te: Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionē tuā terminos terræ. Reges eos in virga ferrea. Quō ergo illum tā cito malitiosa draconis fatuitas, deuorare se posse sperabat, cum scriptum fuisset de illo, quod recturus esset gentes in virga ferrea? Sane virga ferrea, id est, inflexibili iustitia. ¶ Item quod ait filium masculinum, idē est ac si diceret, fortissimum: Masculus enim, id est fortis filius tunc natus est nobis, quem ad modum propheta prædixerat: Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, Egit tamen draco ille quantum potuit, non desistens filium illum persequi, vt deuoraret, i. vt memoria eius deleteret, dicens illud quod in Psalmo audimus: Quando moriet & peribit nomen eius? Hęc dicendo impatienter effecit vt crucifigeretur: & hoc agendo, deuorari

Gene. 37. Deut. 1.

Math. 12. Mich. 5.

Psal. 2.

Esaia. 9.

Psal. 40.

rari illum, & perire putauit nomen eius. Sed vide quid sequitur: Et raptus est filius eius ad deum & ad thronum eius. ¶ Quam vere hoc factum sit quis nescit? Quis non audiuit? Cum enim deuoratus esse putaret, vt pote in terra sepultus, & signato lapide in terra cōclusus, tūc solutis dolorib⁹ inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, resurrexit & in cœlū ascendit, & sedet à dextris dei, triumphante veritate scripturæ dicentis in David: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Raptus est igitur filius mulieris, ecclesiæ filius, mulieris virginis Mariæ ad deum & ad thronum eius, atq; illinc despiciens vniuersa capita draconis irridet, sicut itidem in Psalmo sp̄s sanctus locutus est: Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dñs subfannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Ego autē constitutus sum rex ab eo, &c. Sequitur: Et mulier fugit in solitudinem vbi habet locū paratum à deo, vt ibi pascat illam diebus mille ducētis sexaginta. ¶ Rapto filio suo ad deum & ad thronum eius, mulier in solitudinem fugit, i. sedente iam Christo domino ad dexterā patris, & dato sp̄i sancto ecclesia illius temporis vitam solitariam elegit. Sic enim in Actibus apostolorum legitur: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Nec quisquā aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Diuidebatur autem singulis put cuiq; opus erat. Nimirum hoc erat, mulierē fugisse in solitudinem, quia videlicet nihil possidere vel concupiscere in hoc mundo, fida & tranquilla mentis solitudo est. Contra, possidere vel cupere vel ambire, nō solitudo, sed magna sollicitudo & inquietudo est. Itaq; in solitudinem mulier fugit, quando ecclesia nil in hoc mundo possidere proposuit, prouocans filios suos ad imitandum se. Exempli gr̄a: Cum in Ap̄lo dicit: Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse: Qui sine vxore est, sollicitus est quæ sunt dñi, quō placeat deo. Inter hæc & huiusmodi dicit: Vellem autem omnes homines, esse sicut me ipsum. ¶ In huiusmodi solitudine habet, inquit, mulier locum paratum à deo. Quis est locus mulieris in hac solitudine, nisi deus ipse. Deniq; & Psalmista orans dicit: Esto mihi in deum protectorem, & in locum refugij. Et in Iob de peccatore pereunte scriptum est: Sicut consumi nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos, non ascendet, nec reuertetur vltra in domum suam, neq; cognoscet eum amplius locus eius. Nam quod ait, neq; cognoscet eū amplius locus eius, idem est ac si diceret: Nō requirit eum amplius deus, qui oīm beatorum locus est, extra quem nullus est beatus, in quo etiam nunc dum ab ipso peregrinamur, pes animæ. i. Christiana spes figuratur. Hunc locum paratum habet à deo, à nullo enim parari nobis potest deus nisi ab ipso deo, & hoc in illa tali solitudine, vbi contemplationi vacando possit hūc locum suum cognoscere, semperq; casum suum cauere, dicendo: Non veniat mihi pes superbiæ, & manus p̄toris nō moueat me. ¶ Præterea & in hoc paratus est illi locus à deo in illa solitudine, vt ibi pascant illam. Hanc enim legem dominus præscripsit filiis matris, ecclesiæ filijs, qui nondum peruenerunt ad apicem perfectionis maternæ, vt nihil in hoc mundo velint possidere, & hoc illis iussit, vt pascant illam matrem suam, i. euangelizantē sibi charitatem maternam, perfectionem apostolicam. Dixit enim: Dignus est operarius cibo suo. Et alibi: In eadem autē domo manete edentes & bibētes quæ apud illos sunt. Dignus est em̄ operarius mercede sua. Huius dignitatis siue debiti memor Ap̄s ad Corinthios dicit: Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? Et qui altari deseruiūt cum altari participantur. Ita & dominus ordinauit ijs qui euangelium annuntiant, de euāgelio viuere. Item: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnū est si nos carnalia vestra metamus? ¶ Pascunt ergo illam diebus mille ducentis sexaginta, i. q̄ diu peregrinādo in hoc seculo persecutiones tolerat. Nam quia tanto tempore agitanda est persecutio summa draconis isto, in illo perditionis filio, i. Antichristo, totas effundente inimicitias, recte tot dieb⁹ vniuersa persecutionum omnium tempora subintelligimus, de quo videlicet tempore siue dierum numero iam loco alio plenius tractatum est. Sequitur: Et factum est prælium magnum in cœlo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone. Et draco pugnat & angeli eius, & non valuerunt, neq; locus inuētus est eorum amplius in cœlo. ¶ Magnum & mirabile in conspectu animæ Iohannis taliū imaginum spectaculum, mirabilis sensus siue animi eius habitus, quem concipere poterat spectando talia vel tanta tamq; horrida signa mirabiliū secretorū. Vix summā admirationis somniare vel meditando nobismetipsis imaginare possumus, videlicet admirabili cū horrore illud persensisse. ¶ Quam inuit⁹ draco ille diabolus de tēplis & aris vel simulacris gentiū pelleretur: qd fieri coeptum est, vbi raptus est filius ille ad deum & ad thronum eius. Dixit enim mox ascensurus: Euntes in mundū vniuersum prædicare euāgelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Quod idem erat ac si diceret: Euntes fortem illum armatum à me iam victum de atrio suo propellite, draconem illum diaboli à me fune ligatum, imo & q̄si hamo captum, & in sudibus nares perforatū, circolo in naribus, & armilla in maxilla perforata constrictum de templis & aris extrahite, vt vasa eius trahā ad me sicut p̄dixi: Quia si exaltatus fuero à terra, oīa

Math. 27.

Acto. 2. Psal. 102.

Psal. 2.

Acto. 4.

1. Cor. 7.

Psal. 30. Iob. 7.

Psal. 37.

Math. 10. Luc. 10. 1. Cor. 9.

Marc. 16. Math. 13. Luc. 11.

Iohann. 12.

traham ad meipsum. Inde terrifici sonitus persecutionum per orbem uniuersum, quarum erat signum hoc praelium imaginariu, praelium magnu. Factum est, inquit, praelium magnum. Vbi in caelo. Per quod significabatur ecclesia, terra longe altior, terrenis hominibus & terra sapientibus longe superior, cuius est in caelis conuersatio. Non enim iam ecclesia, postquam raptus est filius eius ad deum & ad thronu eius, pugnare dignaretur in terra, quod tamen antea licito facere solebat, quando propter terram, propter terrena bona, sancti reges & prophetae armis materialibus multa gesserunt pro. Nunc alius erat causa status, & alius perfectae intentionis affectus, contemnere terram & appetere caelum, cohibere manus & librare linguam eruditam, offerre gladijs carnem & verbo defendere fidem. Pugnabat itaque in caelo. Quod autem draco erat vel pugnabat in caelo. In caelo nimirum erat arbitrato suo, videbaturque sibi similis altissimo, cum exhiberetur ei quasi diuina religio, & a miseris gentibus (quas seduxerat, coleretur pro deo. Itaque & ipse pugnabat quasi in caelo, dum contenderet haberi pro caelesti deo. Propterea nemo fere qui nesciat draconem istum in aere vagari, & permissam usque ad tempus iudicii exercere potestatem, ipsumque aera usitato in scripturis more caelum dici, ut illic: Volucres caeli & pisces maris. In isto caelo, i. in aere nos quoque usque hodie contra illum pugnam habemus, sicut & Aplos ad Ephesios scribens loquitur. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates & retores mundi tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiae in caelestibus. Sunt ergo spiritualia nequitiae, i. draco iste & angeli eius in caelestibus, non ubi sydera disposita essent, & sancti angeli commorantur, sed in huius aeris infimi caliginoso habitaculo, ubi & nebulae conglobantur. Et tamen scriptum est quod cooperit caelum nubibus, ubi & aues non volitant, & tamen dicuntur volatilia caeli. In his ergo caelestibus, non in illa superiore tranquillitate caelestium habitant isti nequissimi spiritus, contra quos nobis colluctatio spiritualis indicitur, ut de uictis angelis malis, illo primo perfruamur, quod angelis bonis incorrupta aeternitate sociemur. Vnde alio loco idem Aplos, cum significaret tenebrosam diaboli principatum, secundum spiritum, inquit, mundi huius, secundum principem potestatis aeris, qui nunc operatur in filiis infidelitatis. Quod ait hic, principem potestatis aeris, hoc illic dixit, spiritualia nequitiae in caelestibus. Igitur & iuxta literam sic recte intelligitur, quod praelium imaginariu in isto caelo, id est, aere Iohannes fieri viderit, in significationem eius praelij, quod de templis & aris, imo & de cordibus hominum diabolus iam coeperat erigi, cuius videlicet praelij finis erit, ut mittatur in ignem aeternum draco iste cum angelis suis, atque ita fiat quod subiunctum est: Et non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. In caelo, inquam, non tantum quod est spiritualis vel caelestis fidelium conuersatio, sed nec in aere isto in quem detrusus est, detrudendus iterum in tartarum illo iudicii die magno & tremendo. Sed iam ipsa verba ordine prosequamur. I. Michael, inquit, & angeli eius praeliabantur cum dracone. Et draco pugnabat & angeli eius. Nusquam in tota serie scripturarum ante illum saepedictae mulieris partum Michael archangelus pugnasse cum dracone, eumque vicisse legitur, quia videlicet nondum draconis eiusdem caput, ut vinci posset ab angelis, cotriuierat ille mulieris filius, quod nunc fecit, & faciendo raptus est ad deum & ad thronu eius, vnde & illi in Psalmo canit: Tu contribulasti capita draconum in aquis: Tu confregisti capita draconum. Et quidem plura leguntur in scripturis antea acta pro hominibus insignita angelicae fortitudinis. Exempli gratia, ut illic: Factum est igitur in nocte illa venit angelus domini, & percussit castra Assyriorum centum octoginta quinque milia. Verum hoc & caetera huic familia fieri non erat pugnare angelos bonos aduersus angelos malos pro hominibus impijs ad pietatem conuertendis, sed erat angelos bonos ad impiorum hominum perditionem malorum angelorum seruitio uti, restante Psalmo cum dicit: Misit in eos iram indignationis suae, indignationem & iram & tribulationem, immisionesque angelos malos. Hic non ita est. Mali angeli non immittuntur ut homines impij occidant, sed contra malos angelos a bonis angelis praelium committit, ut homines ab impietatis errore liberent. Quod praelium hoc gestum est aut geritur? Quibus vel qualibus armis acies ille utuntur? Et quidem in illa visione Iohannis huius armorum materialium quaedam similitudines videri potuisse non dubitamus, sed angeli siue boni siue mali, cum sint spiritus, corporali siue materiali armatura non induuntur. Attamen draco ille quod natura non habuit arte maligna sibi assumpsit, scilicet omne genus armorum quibus bella geruntur inter homines, & homicidia peraguntur, scilicet gladios regum & imperatorum, secures consulum, vincula carcerumque iudicum, & omnia omnino genera tormentorum. Primus quem Romae inuasit siue arripuit, Neronis gladius extitit, & in illo pugnauit. At vero Michael & angeli eius econtra praeliantes, nihil de huiusmodi genere armorum habuerunt aut quaesierunt, sed ut sunt administratorum spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis, commilitonibus suae partis hominibus Christianis, qui sunt vel erant de semine illius magnae mulieris, signa miraculorum ab Iesu Christo per spiritum sanctum data ministraverunt, praesent-

Esaia. 14.

Psal. 8
Eph. 6.

Eph. 21

Philip. 3

Psal. 73

4. Reg. 19
Esaia. 37

Psal. 77

Hebr. 11

praesentes illis & cooperantes ad curandos infirmos, ad suscitandos mortuos, assistentes pijs martyribus in tormentis & aculeis colloquentes illis, & colloquio suo consolantes & refouentes illos, in carceribus & vinculis, religantes etiam angelos draconis, & extrahentes de antiquis templorum simulacris, quae omnia sic esse facta non ignorat quisquis sanctorum martyrum siue apostolorum gesta legit. Exempli gratia: Vbi agoizanti in aculeo martyri miles adhuc gentilis dicit: Video ante te iuuenem pulcherrimum stantem cum linteo & extergentem membra tua. De qua re adiuro te per Christum qui te misit angelum suum, ne me derelinquas. Nunquid illic tamen, ubi visibiliter apparuerunt sancti angeli pijs martyribus, praesentes fuisse credendi sunt? Imo & ubi visibiliter non apparuerunt praesentes, semper aauerunt, conpatientes patientibus, adhaerentes laborantibus, vulnera dinumerantes, sanguinem profluentem metientes, responsa singulorum conscribentes, & inter haec omnia preces gemitusque morientium aureo thuribulo velut incensa multa concremans ante oculos domini dei, & illius qui raptus fuerat ad thronu eius filij victoriosi, perferebat Michael. Hoc modo cum dracone praeliatur Michael & angeli eius. Caeterum armis materialibus ad defensionem sui pars ista nihil agere moliebatur, cum totae interdu legiones martyrum prosternerent, arma tenentes militaria, quibus ad defensionem reipublicae fideliter sese ac fortiter accinxerunt, quae tamen in causa fidei Christianae vllatenus attricare despiciabant. Vnde verissime propheta cum dixisset: Iugum enim oneris eius, & virga humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, addidit: sicut in die Madian, videlicet quando mirabili genere pugnandi Gedeon cum trecentis viris Madian superauit. Quomodo? Intra lagenas missae sunt lapides, contractis vero lagenis ostensa sunt lampades, quae choruscante luce hostes territi in fugam versi sunt. Designat est in tubis clamor praedicationis, in lapidibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum, quorum despecta salute martyres hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladios non armis & gladijs, sed patientia superarent. Nimirum huiusce praelij coplices esse, imo duces & principes Michael & angeli eius iure delectabat. Draco & angeli eius materialibus quoque, ut iam dictum est, armis pugnabant, & illius sexti capitis, i. Romani regni diadema cruentum caede Christianorum, & abundantia sanguinis imbutum, quoties se in pugna excutiebat, toties orbem terrarum sanguine compluebat. Et non valuerunt, inquit, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. Quid non valuerunt? Nimirum contra fortioris Michaelis & angelorum eius fortitudinem diutius stare, quin foris eicerentur cum illo suo principe rufo dracone, sicut ille filius mulieris praedixerat: Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Ita namque foras eiectus est, ut in locis, in quibus sordes eius computruerant, religio Christiana floreret, in templis in quibus idololatriam cuiusque turpitudinis steterat, crux Christi splenderet, ut per ora, quae Iouem adulterum cantitare solita fuerant, nomen Christi, & laus sanctae trinitatis cum gloria personaret. Hoc est quod ait: Neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. Quod idem est ac si diceret: Neque relictus est illi locus in quo exhiberetur ei caelestis, vel diuina religio. Futurum autem est, ut, sicut iam supra dictum est, nec in isto illi vacet comparare caelo aereo. Eousque praelium protenditur, donec in profundum inferni, videntibus cunctis praecipitur, non vltra, saltem ad hoc caelum ascensurus. Vnde adhuc sequitur: Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Satanas, qui seducit uniuersum orbem, proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. Nam proiectus est in terram, i. perdita grandis aeternitatis quae caelum sibi obtinere videbatur dum coleretur ut deus, amisso electorum populo, in quo caelo suo iam inhabitat deus, eos tantum nunc possidet, qui pertinaciter terram diligendo, ipsi terra sunt, tandemque cum illis & angelis suis mittetur in ignem aeternum. Nimirum quando sic proiectus, tunc melius cognoscitur ab eis quorum de cordibus eicitur, vel quibus videntibus praecipitur. Recte ergo nunc tandem nominibus & proprietatibus suis idem draco describitur cum dicitur: Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & Satanas, qui seducit uniuersum orbem. Nam quasi quaereres, quis est ille draco magnus, addidit dicens: serpens antiquus, ac si diceret: Draco tam magnus ipse est ille serpens, qui in tempore antiquo quando factus est primus homo, serpentem animantem ingressus, per os eius locutus est, & inde serpens dici meretur, quia per serpentem, quem ingressus est, opus iniquitatis & malitiae operatus est, decipiendo plasma dei, in eo quod ait: Comedite & eritis sicut dii. Item quasi quaereres, quid est nomen eius, addidit: qui vocatur diabolus & Satanas. Diabolus deorsum fluens, Satanas aduersarius interpretatur, vtrorumque vocabulorum causa nota sunt. Diabolus namque, i. deorsum fluens iccirco dicitur, quia de caelo per superbiam cadendo deorsum fluxit, pernitens peccator a facie dei, sicut fluit cera a facie ignis. Satanas, i. aduersarius iccirco dicitur, quia sic quoque de caelo lapsus, deo creatori aduersari non desinit. Adhuc enim tanquam parum sit aut fuerit quod dixit: Similis ero altissimo, altius per tumorem extollitur, testante Apostolo cum de illo perditionis filio in quo iste diabolus erit, ita loquitur: homo per se, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus,

Esaia. 2
Iudic. 7

Iohan. 12

Gene. 3

Esaia. 14
Psal. 67
Esaia. 14

2. Thess. 2

aut quod colitur. In q̄ Satan̄as iste aduersatur? In eo videlicet quod loquitur mendacium, vt decipiat creaturam, ad faciendum secundū adulterium, ostendens se tāquam sit deus, atq; ita diabolus ipse pro deo, tanq̄ adulter pro viro legitimo suscipiatur. Sequitur ergo: **L** Qui seducit vn̄uersum orbem. Quo enim vel vnde seducit vel abducit orbem vn̄uersum, nisi à cultu dei debito ad cultum sui met indebitum. ¶ Hic talis proiectus est in terram, vt videlicet solus deus suum cœlum, i. mentes intimas & religionem publicam possideat electorū omnium, ille autem solam possideat terram, i. perditorum hominum vitam omni modo terrenā de qualibus ad deum in initio seductionis locutus est deus: Terram comedes cūctis diebus. ¶ Terræ eiusmodi portio præcipua sunt Iudæi, qui quasi æmulando terrā crucifixerint deū cœli, loquentes cum astutia maligni huius serpētis, quemadmodum in persona eiusdē Christi Psalms dicit: Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terræ loquebantur, dolos cogitabant. Nempe quasi iustæ iracundię causam pergrandem sibi finxerunt, qñ velut pauitantes & tremebundi dixerunt: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani & tollet nostrum locum & gentem. Itaq; & istos terram suam serpens comedit, completa prophetia cantici Deuteronomij quæ dicit: Dentes bestiarum immittā in eos cum furore trahentium super terram atq; serpentium. Sequitur: **L** Et audiui vocem magnam de cœlo dicentem: Nunc facta est salus & virtus, & regnū dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectū dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni, & propter verbū testimonij sui, & non dilexerunt animam suam vsq; ad mortem. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. ¶ Vox illa magna quam iste in spū audiuit, concensus iste publicus, q̄ cœlum dei, i. ecclesia per totum orbem hodie laudes canit, concinentibus imo præcinentibus angelis gloriam deo in excelsis, secundum propheticam concessionem Psalms dicentis deo altissimo: Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. Et subinde Benedicite gentes deum nostrum, & audiat facite vocem laudi eius. Vis igitur audire & scire quis fructus quæ ve utilitas, ex eo prouenerit, qd̄ ille draco magnus, ille serpens antiquus diabolus & Satan̄as proiectus est in terram cum angelis suis: Dicunt magna voce cantores gratiæ dei, laudatores operum Christi filij dei: Nunc facta est salus, & virtus & regnū dei nostri, & potestas Christi eius. Vnde constat ita factum esse: Quia proiectus est, inquit, accusator fratrum nostrorū, q̄ accusabat illos ante conspectū dei nostri die ac nocte. Ergo ne antequam ille projiceretur in terram non erat salus, & non erat virtus? Nō erat regnū, nō erat potestas dei nostri & Christi eius? Non utiq; salus erat sed perditio, & mors, nō erat virtus, sed infirmitas & corruptio: non erat in hominibus regnū dei nostri, sed regnū peccati & mortis: non erat potestas Christi eius, sed potestas principis tenebrarum qui in hoc mundo principabat. Nō erant hæc omnia facta, sed futura, vel facienda promittebantur, & paucos in lege veteri spes ista consolabatur. Quā autem raptus ad deum & ad thronum eius ipsa passione & resurrectione qua rapiebatur, & transibat ex hoc mundo ad patrem, perditionem & mortem, corporū q̄q; mortaliū corruptionē destruxit. ¶ Tūc facta est salus & virtus, salus, i. remissio peccatorum nrorū, quæ est resurrectio animarū. Et virtus, i. reformatio resurgentium corporū nrorū. Tunc, inquam, & extunc factum est regnū, imo facti sumus nos regnū dei nri, & facta est potestas Christi eius in cœlo & in terra, quemadmodum non ante, sed postquam resurrexit ipse astruens, data est, inquit, mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Recte igitur quia proiectus est ille Satan̄as, ita cantatum est. ¶ Quare autem vel vnde ille Satan̄as accusator fratrum dictus est aut dici debet? Videlicet quia tenebat chirographum decreti aduersum nos, quod nobis contrarium erat, in quo peccatum Adæ scriptum erat, cuius nos recitatione semper accusabat, confidens ac iactabundus, quod illo chirographo teste genus humanum iure esset possessio sua. ¶ Verum ubi proiectus est, ibi chirographum illud perdidit, quemadmodum Apostolus dicit: Coniuiuificauit nos deus cum Christo donans nobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti qd̄ erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphās illos in semetipso. ¶ Quo facto irruerūt super eum videlicet draconem magnum vulneratum, sicut in Psalmo canitur: Tu humiliasti vulneratum superbum. Irruerunt, inquam, sancti apostoli & martyres (sicut p̄sens quoq; prælium testatur) adiuantibus Michaelē & angelis eius, magnū concidentēs aduersarium, & de victoria Christi in suo pariter & eius sanguine triumpharūt, hoc est quod nunc cātantes illi cœlestes dicunt: **L** Et ipsi vicerunt illum p̄pter sanguinem agni, & p̄pter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animam suam vsq; ad mortem. ¶ Qui ipsi vicerunt illum? Nimirum illi qui accusabant ab accusatore illo, in ipsa accusatione suæ accusationis causa, cōstanti certamine, legitima sui defensione illum vicerunt, & obmutescere fecerūt: & hoc non p̄pter se, non propter virtutem iustitiæ suæ conditionis propriæ, sed propter sanguinē agni quo

Gene. 3.

Psalms. 34.

Iohan. 11.

Luce. 2
Psal. 67.

Roma. 2

Coloss. 2

Psal. 22

quo redempti sunt, & propter verbum testimonij sui, i. p̄pter fidem per quam testimonij reddit illis spūs quod sint filij dei. Adde quod pro eodem verbo testimonij sui, propter confessionem fidei suas animas expenderunt victores siue præliatores isti. ¶ Nam hoc est quod nunc dicit: Et non dilexerunt animam suam vsq; ad mortem. Non dilexerunt, i. odio habuerunt odio perfecto, de quo dñs ipsoꝝ dicit in Euangelio: Et qui odit animam suā in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Sic non diligendo, imo odiendo animam suā, ipsi vicerunt illum: **L** Propterea lætamini cœli & qui habitatis in eis. ¶ Vos cœli, vos beatæ patriæ sinus lucidi, propterea lætamini & vos qui habitatis in eis o fratres nostri, qui prius accusabamini q̄ terra essetis, & ab illo magno & antiq; serpente comedi iure deberetis, nūc autem in cœlis habitatis, imo & cœli estis, de quibus ille proiectus & foras missus est. Sequitur: **L** Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. ¶ Lætantibus cœlis & his q̄ habitant in eis, quasi à dextris reducto oculo, sinistro respiciens: vā, inquit, terræ & mari. Meminisse nanq; debemus qd̄ añ dictum est: Et proiectus est draco ille magnus in terrā: & scire, terram illam in quam de cœlo proiectus est, impiorum & non credentium esse molem durissimam atq; grauissimam, sola terrena & vana quærentiū. Vnde & redarguuntur voce spūs sancti in Psalmo dicentis: Filij hominum vsque quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendaciū: ¶ Dicuntur etiam mare, propter inquietas quas patiuntur & amant omnium vitiorum curarumq; inutitium amaritudines, imo & fluctus feri maris dicuntur in scripturis, iuxta illud Iudæ: **A**psi: Hi sunt in epulis suis maculæ coniuantes, sine timore semetipsos pacentes, nubes sine aq̄, quæ à ventis circūferuntur, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones. Et vt altius cū diuina scripturæ antiquæ autoritate, hanc terram & hoc mare à cœlo illo distinguamus, de quo proiectus est draco ille terra & mare omnes illi sunt, qui vltra benedictionem quæ data fuerat antequam peccaret Adam, creuerunt & multiplicati sunt, dicente ad mulierem domini deo: Multiplicabo ærinas tuas & conceptus tuos. ¶ Nā illi cœli sunt q̄s ante peccatū nasci iussit benedicendo illis duobus primis, & dicendo: Crescite & multiplicamini. Et de isto cœlo sic proiectus est, vt omnes secundum propositum vocati sancti, imo præsciti & prædestinati, iustificati & magnificati constituantur à dextris, dicaturq; eis secundum propositum, quo in primis illis parentibus fuerant bñdicti: Venite benedicti p̄ris mei, possidete præparatū vobis regnū, sintq; ipsi patenter cœlū suæ regnū cœlorū. Væ igitur, inq̄, terræ & mari, videlicet omnibus q̄ cœlum non merentur esse vel dici. Quare? Quia descēdit diabolus ad vos habens iram magnam. Apostropham fecit ad illam terram & illud mare, quasi requisissent dicentes: Quare vel vnde nobis vā? Diabolus, inq̄, descēdit ad vos, subauditur de cœlo proiectus est. ¶ Sed nunquid antequam de illo cœlo, de illis q̄ nunc dicuntur cœlum suæ regnū cœlorū, projiceretur, terram illam & mare illud non possidebat? Imo & securior possidebat, & multo magis hæc illi possideri in pace erant, pace sua, pace maligna. Quomodo ergo ad hæc descendit? Nimirum maiorē ebullēdo iram in illis. Nā hoc est qd̄ addidit, habes iram magnā. Profecto & antea cū ira possidebat terrā illā & mare illud, quia videlicet quasi naturale semper habuit odium aduersum humanum genus. Cur ergo nunc dicit, habes irā, addens etiā, magnam: nisi quia ex tunc nequiores fecit eos q̄ terra & mare dicunt. ¶ Nā exempli gratia, de Iudæis vtiq; terrenis, i. terram diligentibus, ita dñs mystice loquitur: Cum imundus spūs exierit ab hoīe, ambulat per loca arida & inaquosa, quærens requiē & non inueniens, dicit: Reuertar in domū meā vnde exiui, & cū venerit, inuenit scopis mundatā: Et tunc vadit & assumit septem alios spūs nequiores se, & ingressi habitant ibi, & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hæc nanq; dicendo vehementi inuectione proloquit, qd̄ postq̄ draco ille de cœlo proiectus est in illā terrā, multiplicata iniquitate descendit, i. postq̄ Christo passo princeps huius mundi foras missus est, maiore cum nequitia Iudæos possidet q̄ possederit olim in terrā Aegypti, à quibus, tunc exiuit dum susciperent cultū vn̄ius veri dei. Porro de gentibus, quæ per mare hic, vt alibi iam dictum est, recte significantur, de gētib; inquam, quæ cunq; non receperunt euangelium Christi, similiter constat quod nequius eos nunc possidet quā antea possidebat, cum Christus nondum illis annuntiatu; fuisset, quod nunc factum est. Vnde Apostolus: Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem in omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. Et de illis quicunque adhuc gentes sunt, quicunq; post illum auditū gentiliter viuunt, quid scriptura dicit, vnde colligere possumus, quod ad illos licet iam possessos diabolus de cœlo descenderit? Cum dixisset Psalmsista: Exurge domine non confortetur homo, continuo subiunxit, iudicetur gentes in conspectu tuo. ¶ Et addidit adhuc: Constitue domine legislatorem super eos, sciant gentes quoniam hoīes sunt, subaudit & non dii, vt quidem ipsoꝝ principes haberi volūt aut voluerunt. Quem legislatorem sup eos constitui concedit nisi diabolus latorē legis suæ non dei, non legis iustitiæ, sed p̄cā: Descendit ergo ad vos o terra & mare diabolus q̄ vos antea se-

Iohan. 11.

Psalms. 49.

Iudæ. 4.

Gene. 3.

Gene. 1
Roma. 2

Matth. 27.

Matth. 2.

Iohan. 7.

Roma. 10.
Psal. 118.

Psalms. 72.

gnius

Iohan. 17

gnius possidebat. Qualis ad vos descendit. Habens, inquit, iram magnam. ¶ In quo iram eius quam nunc habet sic descendens, sic proiectus, discernere possumus, quod vere magna sit comparatione eius irae quae prius habuit. In eo videlicet quod prius vos faciebat errare per ignorantiam, nunc autem facit vos blasphemare per inuidiam. Haec est ira magna, inuidia maligna vobis inspirata. Nunc enim, quia Christi euangelium audistis, excusationem de peccato vestro non habetis: & claret quia non ignorantes, id est, irari, sed invidentes estis. Tales vos ille multiplicatis fecum nequitiae spiritibus nunc agit, sciens quia modicum tempus habet. Scit enim quia dies iudicii prope est, ultra quod sibi mulierem illam persequi non vacet. Sequitur: Et postquam vidit draco quod proiectus est in terram, persecutus est mulierem, quae peperit masculum. Et datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae, ut volaret in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis a facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine. ¶ Hoc illud est propter quod exclamauerat, dicens: Vae terrae & mari, &c. Haec illa est ira magna, quae in terram draconis, quae vocatur diabolus & Satanas, quam videlicet iram mirabiliter haec visio mirabilis insinuat in eo quod dictum est: Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine. ¶ Reuocemus ad memoriam de gestis ecclesiasticis, quod postquam draco ille proiectus est in terram, postquam proficiente Christiana fide, desertis ac destructis idolis, amisit usurpata quasi diuinam culturam gloriam. Iam Romani fastigio imperii filium adorante mulieris huius, qui raptus est ad deum & ad thronum eius, Christus imperatore Constantino in fronte sua signum gestante crucis Christi, Arrius presbyter magnus haeresiarum sub nomine Christiano in blasphemiam Christi filii dei procaciter nimis erupit, loquacitate intolerabili: & cognoscemus quam vere, quam congrue secundum rei gerendae proprietatem istud in visione demonstratum & taliter dictum aut scriptum sit. ¶ Quid enim verius quam quod nunc ait, quia postquam vidit draco, quod proiectus est in terram, persecutus est mulierem, mittens post illam ex ore suo aquam tanquam flumen? Vidit enim diabolus non posse ulterius veterem idololatriam, summis principibus inclinatis ad suscipiendam Christiani nominis professionem, totamque conuertit suae malignitatis abundantiam ad scripturarum veritatem corrumpendam, atque hoc modo cepit persequi mulierem quam peperit masculum. Vide quid dicat, quia non ait, persecutus est masculum filium, sed persecutus est, inquit, mulierem quae peperit masculum. ¶ Non enim per os Arrii, caeterorumque eiusmodi haereticorum doctrinam profundens impiam, hoc aperte exigebat a quolibet, ut negaret Christum, siue nomen Christianum, sed ut Christum quisque constens, aliam, quam apostolica veritas tradiderat, reciperet confessionis aut fidei regulam, hoc intendens, imo contentens, persequebatur mulierem illam, ut de Christi ecclesia suam Satanas faceret synagogam. Nimirum loquacitate & clamorosa hoc agens contentione, mittebat ex ore suo serpens ille aquam tanquam flumen. ¶ Nota quod non dixit, misit ex ore suo flumen, sed misit aquam tanquam flumen. Aqua denique quam serpens ille de ore suo mittit, similitudinem fluminis habere potest, sed vere flumen esse non potest. Nam flumen verum, flumen aquae viuae, sancta scriptura, veramque catholicam doctrinam est, quam ecclesia quae est mulier ista, mittere consuevit de fonte veritatis quam habens in semetipsa hortus est domini, sicut dicitur in Cantico: Hortus conclusus soror mea sponsa hortus conclusus, fons signatus. Item in Euangelio: Qui in me credit, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae viuae. Serpens autem de ore suo, quod erat Arrius, aquas mortuas, aquas putidas doctrinae nequam emittebat: sed quia de scripturis eiusdem disputabat, & testimonia sibi usurpabat, quas recipit & habet mulier ista, aquam suam flumen aquae viuae, flumen sanctae doctrinae videri volebat. Ut quid hoc? Ut eam, inquit, trahi faceret a flumine. Nimirum a fide in perniciam, a veritate in mendacium, a luce in tenebras, a vita in mortem, ab altitudine in profundum, a caelo in infernum. Sic enim & tam in diuersa imo contraria trahuntur, quoniamque profluentem ex ore blasphemantium haereticorum loquacitatem mirantes sepunt: Et audiuit terra mulierem, & aperuit os suum, & absorbit flumen quod misit draco de ore suo. ¶ Tunc utique quando illud famosissimum in Nicea concilium feruor Christiani principis Constantini excitauit, publicis asinis atque mulis, & curracibus equis, equos & qui cum eis erant ad synodum venire praecipiens, tunc, inquam, adiuit terra mulierem, quia de tota pene terra, de toto orbe terrarum conuenientes viri illustres, ex omnibus gentibus viri religiosi, viri famosi, disputare scientes, omni elocutionis arte exercitati, ad defendendam catholicam veritatem ecclesiam confederunt, inter quos eminentissimi erant magnus Eustachius Antiochenae ecclesiae praesul, & Eusebius cognomine Pamphili aliique plures, quorum meritis & viui curati & mortui ferebantur suscitati, inter quos erant etiam nonnulli ferreo ignito superioribus persecutionibus ambutti, siue dextros oculos effossi, aut certe dexteras suas abscissi. Vnus horum erat Paphnutius Aegyptius. Illic nimirum videbat populum athletarum & martyrum Christi in vno loco congregatorum. Aderant simul Syri, Cilices, Phoenices, Arabes, Palaestini, Aegyptii, Thebaei, Libyes, Mesopotamii, Persae, Scythae, Pontici, Asiani, Phryges, Thraeces, Macedones, Achiui, & Epirotae. Cunctae omnino ecclesiarum quae totam Europam Libyamque & Asiam replebant, simul erant ministrorum dei congesta cacumina, vnaque ofonis domus, tanquam a deo dilatata intrinsecus ferebat omnes in idem. Illic terra, id est, conuentus congregatus de vniuersa terra, aperuit os suum scilicet ad loquendum, ad disputandum, & ad proferenda testimonia scripturarum, & absorbit flumen quod misit draco de ore suo, id est, admihilauit atque damnauit sectam doctrinae nequam, quae confecta fuerat spiritu diabolico. Illic namque Arrii dogma destructum est. ¶ Nihilominus & tunc quando Constantinopolitanum, quo Eunomii & Macedonii error conuincitur, Et tunc quoniam Ephesinum in quo Nestorii impietas iudicatur. ¶ Et tunc quoniam Chalcedonense, in quo Eutychis, Dioscorique prauitas reprobatur, celebratum est concilium, terra aperuit os suum, & absorbit eiusmodi flumen, euadente muliere, & duabus alis volante, sicut hic praedictum est: Quia datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae, ut volaret in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis a facie serpentis. ¶ Magna namque aquila, sicut alio in loco superius diximus, sancta est scriptura, & huius duae alae duo sunt testamenta, quae huic mulieri data, id est, intelligibilia sunt facta, ut habeat quo subleuet in caelum cor suum, & non incidat flumen quod fluit per terram, flumen diabolicum, flumen haereticarum loquacitatis laqueosum & sophisticis retibus plenum. ¶ Eiusmodi habens alas in desertum volat in locum suum, id est, sanctum sectatur otium, ut vacet illi meditationi inseruire scripturarum, iuxta illud Sapientis: Scribe sapientiam in tempore otii, & qui minoratur actu, id est, qui corporali exercitatione minus exercetur, quemadmodum Iacob, qui simplex domi habitabat, non tantum agens quantum Esau, quod utpote venator corporaliter exercebatur. Iccirco namque Iacob sapientiam percepit, illi autem exercitatio qua exercebatur ad modicum profecit. Proinde Apostolus strenuum instruens discipulum, exerce autem, inquit, te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est & futurae. Illic ergo mulier haec euolans in illud desertum, in illum talem locum suum, & sanctum otium, ad pietatis exercitium, aliter, inquit, subaudit contemplatione veritatis, & lectionibus sacris, imo & corporalibus, ut iam alibi dictum est, ex munificentia filiorum suorum stipendij. Aliter, inquam, a facie serpentis, id est, ita ut non timeat serpentem: Per tempus & tempora, & dimidium temporis, id est, tribus annis & dimidio, quanto tempore Antichristus persecutione sua mundum vexabit, atque iccirco recte per hunc terminum omne intelligitur tempus, quod persecutione patitur ecclesia, pro eo quod in Christo pie viuit. Absorptum est itaque flumen siue phantasma fluminis serpentini, quando concilium sanctum concilium Nicenum, nefarium Arrii dogma damnauit. Sed vide quid sequitur: Et iratus est draco in mulierem, & adiecit facere praellium cum reliquis de semine eius qui custodiunt mandatum dei, & habent testimonium Iesu. ¶ Iratus est draco in mulierem, quia videlicet iam extincto Arrio, rursus per quemdam presbyterum dogma illud pullulauit. Hinc rursus priuatim & publice disputationes, discepciones, iniuriae, inimicitiae, & plurima quae de talibus saepius solent euenire. Nec longa mora interfuit, & de imperatoris Constantij leuitate praesumentes haeretici, bellum commouerunt Christianis, nec minora fecerunt quam fecerant dudum persequentes tyranni gentiles & sacrilegi. Ait ergo de dracone mulierem persequente: Et adiecit facere praellium cum reliquis de semine eius. ¶ Videlicet quia per se proficiebat solo flumine, quod miserat de ore suo: Quia trahere non poterat mulierem illo doctrinae suae profluuium, bellum exterius adiecit, gladium linguae suae vis haeretica crudeliter addidit. ¶ Et primum quidem catholici suis expellebantur ecclesiis, deinde tormentis etiam communicare cogebantur haereticis, ita ut plurimi plagae immunitate deficerent. Alii substantijs, alii humana ciuilitate priuabantur, alii in frontibus characteres ponebantur, ut essent huiusmodi signo notati. Haec agebant per vniuersas vrbes Orientis, praecipue tamen in regia vrbe Constantinopoli. ¶ Accesserat namque tandem in auxilium diabolus Valens imperator, alioque seductus haereticarum coniugis, quae primitus Arrianae fallaciae captationibus irretita, virum quoque corrumpere secum in blasphemiam foueam persuasit autore seductionis Eudoxio, qui tunc temporis Constantinopolitanae gubernacula tenens ecclesiam, nauim suam mergebat, non regebat. Hac fiducia freti Arriani amplius effrenati, vexabant vehementer orthodoxos, cadentes, contumeliosos agentes, carceribus recludentes, damnificantes saepe pecunijs, & omnia contra eos facientes importabiliter. Sed cur parua de magnis loquor? Denique quanta, quam crudelia haeretici in catholicos commiserint, cum sparsim imo prolixius ecclesiasticis contineantur historijs. ¶ Pro documento breuiore vel solae sufficiunt literae mirabilis Petri Alexandrini, in quibus ille tragœdias illorum temporum deplorans, haec inter caetera dicit: Lucius quasi successore mihi expulso directus, lupi nequitiam & actus habere festinans, magnus impietatis diabolicae socius indiuisus, armiger amarissimus & minister eius collecta multitudinem populorum, presbyteros atque diaconos decem & nouem numero comprehendens

Cantic. 4 Iohan. 7

Nicenu concilium.

nices, Arabes, Palaestini, Aegyptii, Thebaei, Libyes, Mesopotamii, Persae, Scythae, Pontici, Asiani, Phryges, Thraeces, Macedones, Achiui, & Epirotae. Cunctae omnino ecclesiarum quae totam Europam Libyamque & Asiam replebant, simul erant ministrorum dei congesta cacumina, vnaque ofonis domus, tanquam a deo dilatata intrinsecus ferebat omnes in idem. Illic terra, id est, conuentus congregatus de vniuersa terra, aperuit os suum scilicet ad loquendum, ad disputandum, & ad proferenda testimonia scripturarum, & absorbit flumen quod misit draco de ore suo, id est, admihilauit atque damnauit sectam doctrinae nequam, quae confecta fuerat spiritu diabolico. Illic namque Arrii dogma destructum est. ¶ Nihilominus & tunc quando Constantinopolitanum, quo Eunomii & Macedonii error conuincitur, Et tunc quoniam Ephesinum in quo Nestorii impietas iudicatur. ¶ Et tunc quoniam Chalcedonense, in quo Eutychis, Dioscorique prauitas reprobatur, celebratum est concilium, terra aperuit os suum, & absorbit eiusmodi flumen, euadente muliere, & duabus alis volante, sicut hic praedictum est: Quia datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae, ut volaret in desertum in locum suum, ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis a facie serpentis. ¶ Magna namque aquila, sicut alio in loco superius diximus, sancta est scriptura, & huius duae alae duo sunt testamenta, quae huic mulieri data, id est, intelligibilia sunt facta, ut habeat quo subleuet in caelum cor suum, & non incidat flumen quod fluit per terram, flumen diabolicum, flumen haereticarum loquacitatis laqueosum & sophisticis retibus plenum. ¶ Eiusmodi habens alas in desertum volat in locum suum, id est, sanctum sectatur otium, ut vacet illi meditationi inseruire scripturarum, iuxta illud Sapientis: Scribe sapientiam in tempore otii, & qui minoratur actu, id est, qui corporali exercitatione minus exercetur, quemadmodum Iacob, qui simplex domi habitabat, non tantum agens quantum Esau, quod utpote venator corporaliter exercebatur. Iccirco namque Iacob sapientiam percepit, illi autem exercitatio qua exercebatur ad modicum profecit. Proinde Apostolus strenuum instruens discipulum, exerce autem, inquit, te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est & futurae. Illic ergo mulier haec euolans in illud desertum, in illum talem locum suum, & sanctum otium, ad pietatis exercitium, aliter, inquit, subaudit contemplatione veritatis, & lectionibus sacris, imo & corporalibus, ut iam alibi dictum est, ex munificentia filiorum suorum stipendij. Aliter, inquam, a facie serpentis, id est, ita ut non timeat serpentem: Per tempus & tempora, & dimidium temporis, id est, tribus annis & dimidio, quanto tempore Antichristus persecutione sua mundum vexabit, atque iccirco recte per hunc terminum omne intelligitur tempus, quod persecutione patitur ecclesia, pro eo quod in Christo pie viuit. Absorptum est itaque flumen siue phantasma fluminis serpentini, quando concilium sanctum concilium Nicenum, nefarium Arrii dogma damnauit. Sed vide quid sequitur: Et iratus est draco in mulierem, & adiecit facere praellium cum reliquis de semine eius qui custodiunt mandatum dei, & habent testimonium Iesu. ¶ Iratus est draco in mulierem, quia videlicet iam extincto Arrio, rursus per quemdam presbyterum dogma illud pullulauit. Hinc rursus priuatim & publice disputationes, discepciones, iniuriae, inimicitiae, & plurima quae de talibus saepius solent euenire. Nec longa mora interfuit, & de imperatoris Constantij leuitate praesumentes haeretici, bellum commouerunt Christianis, nec minora fecerunt quam fecerant dudum persequentes tyranni gentiles & sacrilegi. Ait ergo de dracone mulierem persequente: Et adiecit facere praellium cum reliquis de semine eius. ¶ Videlicet quia per se proficiebat solo flumine, quod miserat de ore suo: Quia trahere non poterat mulierem illo doctrinae suae profluuium, bellum exterius adiecit, gladium linguae suae vis haeretica crudeliter addidit. ¶ Et primum quidem catholici suis expellebantur ecclesiis, deinde tormentis etiam communicare cogebantur haereticis, ita ut plurimi plagae immunitate deficerent. Alii substantijs, alii humana ciuilitate priuabantur, alii in frontibus characteres ponebantur, ut essent huiusmodi signo notati. Haec agebant per vniuersas vrbes Orientis, praecipue tamen in regia vrbe Constantinopoli. ¶ Accesserat namque tandem in auxilium diabolus Valens imperator, alioque seductus haereticarum coniugis, quae primitus Arrianae fallaciae captationibus irretita, virum quoque corrumpere secum in blasphemiam foueam persuasit autore seductionis Eudoxio, qui tunc temporis Constantinopolitanae gubernacula tenens ecclesiam, nauim suam mergebat, non regebat. Hac fiducia freti Arriani amplius effrenati, vexabant vehementer orthodoxos, cadentes, contumeliosos agentes, carceribus recludentes, damnificantes saepe pecunijs, & omnia contra eos facientes importabiliter. Sed cur parua de magnis loquor? Denique quanta, quam crudelia haeretici in catholicos commiserint, cum sparsim imo prolixius ecclesiasticis contineantur historijs. ¶ Pro documento breuiore vel solae sufficiunt literae mirabilis Petri Alexandrini, in quibus ille tragœdias illorum temporum deplorans, haec inter caetera dicit: Lucius quasi successore mihi expulso directus, lupi nequitiam & actus habere festinans, magnus impietatis diabolicae socius indiuisus, armiger amarissimus & minister eius collecta multitudinem populorum, presbyteros atque diaconos decem & nouem numero comprehendens

Ecc. 38. Gene. 27.

1. Tim. 4.

Abit.

Valens imperator Arrianus.

hendens, quorum quidam octogesima transcenderant annum, tanq̄ captos in quodā scelerē, & Romanorū inimicos legibus coartabat. Hęc etiam principem Valentem grata habere pronuntians: flectimini, inquit, miserimi, & Arrianorū concordate dogmatibus, flectimini, ignoscet enim vobis diuinitas, Et post aliqua: O multa inhumanitas iudicantis magisq̄ piudicantis. Qui em̄ propter pietatem decertati sunt, nec homicidis cōparari possunt. Quorū vtiq̄ corpora infepulta relicta sunt, & pie laborātes escis bestiarū volatiliūq̄; p̄fici sunt. Quicq̄; patribus natoꝝ, naturali conscientia comparari voluerunt, velut iniqui capite facti sunt. Quę lex Romanorū, quę Barbarorū sententia, quoslibet patribus condolentes punit: Qñ quispiā veterum huiusmodi gessit iniquitatem? His atq̄; huiuscemodi crudelibus gestis perspicuum est, qñ vel quomodo draco ille cum flumine loquacitatis male dogmatizantis quod emisit de ore suo, bellum quoq̄; facere adiecit cum reliquis de femine mulieris, qui supersuerant funestis persecutorum gentiliū gladijs. ¶ Sed isti reliqui quales erant, vel quomodo possent vincit: Ait enim: Qui custodiunt mandata dei, & habent testimoniū Iesu. Idem enim est ac si dicat: Qui vigilantes sunt in bonis operibus, & sancto cōfirmati sp̄i ritu. Ipse namq̄; sp̄s testimonium est Iesu, reddendo, vt Ap̄s ait, testimonium spiritui nr̄o, quod sumus filij dei. Isti ergo tam flumine, quā bello persecutionis circumuenti, dicebant fortes, dicebant insuperabiles cuiuscunq̄; Arrianę impietatis defensori: Quiesce, iam quiesce his nos terrere sermonibus, cessa verba vana proferre. Nos neq̄; uouimus neq̄; recentem colimus deum. Et licet inaniter furias teq̄; concutias sicut vehemens ventus, in dogmatib⁹ pietatis vsq̄; ad mortem consistimus, non impotentem, non insipientem, non sine veritate aliquando fatentes deum, non aliquando quidem existētem, sicut impietas Arrij temporalem prædicat filium, & his similia.

Roma. 8

LIBRI SEPTIMI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIO RVM LIBER VIII.

CAP. XIII



T STETI SVPER arenam maris, & vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita ei⁹ nomina blasphemiarū. Quę huc vsq̄; vīsa vel scripta tractauim⁹ de dracone magno & rufo tot capitum, tam multorū; cornuum, q̄ deorare intenderat illius beate mulieris filiū masculū, & illo raptō ad deum & ad thronum eius, tā grande commisit plūm, cū his qui habent testimoniū eius, hæctenus & añ nostrā ætatē rebus adimpleta esse luce clarius est. ¶ Adhuc vna tribulatio in nouissimo futura est, q̄ cæteræ complebunt, dura & oim pessima tribulationum, qñ vt Ap̄s ait, reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus, cuius est aduentus secundū operationē Satanę, in omni virtute, signis, & prodigijs, & mendacibus, & in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent. Ideo, inquit, mittet illis deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Illa, inquam, vna tribulatio nunc superest, quę quod vere magna futura sit, dominus ipse grauissime testatus est, ita vt diceret: Erunt em̄ dies illi tribulationis tales, q̄les non fuerunt ab initio creaturę, quam condidit deus vsq̄; nunc, neq̄; fiet. Item: Surgent, inquit, pseudochristi & pseudoprophetę, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducatur, si fieri potest etiam, electi. ¶ De illo homine peccati filio perditionis, de extollentia & aduersatione eius, de virtute & signis atq̄; prodigijs eius mēdacibus, de tribulatione magna q̄ electos tribulabit, vt decipere possit, nunc visio hæc celestis agere incipit, dum hic spectator mirabilium dicit: Et steti super arenam maris. ¶ Dignum spectaculo est quod dicit: Steti super arenā maris. Nā super arenam non fida statio, sed ruina siue propinquitas ruinę spectari solet. Exempli gr̄a vt in Euangelio: Et omnis qui audit verba mea hæc & non facit ea, similis est viro stulto, qui ædificat domum suam super arenam, Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti

z, Theff. 2,

Matth. 24,

Matth. 7,

venti & irruerunt in domū illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Cū ergo super arenā ruina cōtingere soleat, hic autē se super arenam stetit dicit, quid per hoc innuitur nisi repositis illius difficultas, & tribulationis nimietas, quę tanta erit, vt quemadmodum dicitur: nisi breuiati fuissent dies illi, nō fieret salua omnis caro, quādo & talia totq̄; sicut prodigia mēdacij, vt in errore inducatur, si fieri potest, etiā electi: Steti igitur, inquit super arenā maris, dubiū & periculosum valde significans tunc tēporis statum, quando electi & stantes vacillabunt, & vacillantes stabunt, quia cū ipsa tribulatione signa videntes, etiā ipsi qui dem mirabuntur, sed fieri nō poterit vt in errore inducatur. Itaq̄; stans super arenā maris: L Vidi, ait, de mari bestia ascendentē. ¶ De quo mari? De illo nimis cui vā, cui ira & sempiternus ardor gehennę, q̄a diabolus, videlicet bestia, q̄ nunc ascendere dicitur, ad illud descendit, sicut supra dictū est, vbi draco ille de cœlo proiectus fuerat: Væ terrę & mari, q̄a descendit diabolus ad vos, habēs irā magnā. ¶ Ille draco, ille diabolus nūc alio quidē sed vicino nomine bestia dicitur, nō ab re, sed pro nouæ rei magnitudine, q̄a videlicet, qui prius erat diabolus & draco dicebat, in homine erit, & hoīe armabitur, qui & homo peccati, hō, vt paulo ante meminimus, erit filius perditionis. Idcirco pulchre appellatio quoq̄; mutata est, vt bestia dicat: erit em̄ homo ille secundū operationem eiusdē satanę deo & omni creaturę infestus, secundū proprietatē siue etymologiā appellationis: q̄a bestia quā si festia dicitur, per antiphrasin, eo q̄ infesta sit. De mari, id est, de seculo p̄senti nequā, de fluxu generis humani nascēdo bestia talis ascēdit, de multitudine impiorū, de vno sa populo sitate malignantiū. Tradit nōnulli, q̄ ille locus maris, vnde nasci debeat, Babylonia sit. Nā sicut, inquit, dñs & redemptor noster Bethleem sibi p̄didit vbi pro nobis humanitatē assumere dignaret, sic diabolus illi homini, perditō, q̄ Antichristus dicit, locū nouit aptū, in q̄ radix omniū malorū oriri debeat, scilicet ciuitatē Babylonię. ¶ Vt quoniā hoc certā autoritatē in scripturis nō habet, autenticis, vnde cūq̄; ascendat, vbi cūq̄; nascat sciendū quoniā in ipso cōceptionis eius initio diabolus simul introibit in vterū matris eius & ex virtute diaboli cōfouebitur, & conturbatur in ventre matris eius, & virtus diaboli semper cū illo erit. Et sicut in matre dñi nostri sp̄s sanctus venit, & eā sua virtute obumbravit & diuinitate repleuit, vt de sp̄o sancto conciperet, & quod nasceretur diuinū esset ita quoq̄; diabolus in matre Antichristi descendit, & totā eam replebit, totā circumdabit totam tenebit, totā interius & exterius possidebit, vt diabolo cooperatē per hominē cōcipiat, & quod natū fuerit totū sit iniquum, totum malum. ¶ Vnde & ille talis, taliter cōceptus, homo peccati recte dicitur, & est propria appellatio eius. Nullus em̄ vsquā in omnibus scripturis tali appellatione censetur. Serui quidē peccati dicunt & dici possunt omnes qui faciūt peccatū, quemadmodū dñs dicit: Omnis q̄ facit peccatū, seruus est peccati: Sed hic singularis peccator, vt aliquid plus q̄ peccati seruitus in illo esse significet, homo peccati recte dici debuit: quia videlicet, quē admodū Christus, qui, vt ait Apostolus, factus est nobis iustitia, homo iustus & deus iustitię dicitur, sic eōtra ille Christo cōtrarius, homo peccator, & homo peccati recte nuncupat. ¶ Notandū deinde q̄ nō dixit: Vidi de mari bestia illā progredientē, sed vidi, inquit, ascendentē: Quid em̄ est illā videri vel dici ascendentē? Aut q̄ ascendere siue ascensurā esse putamus bestia talem? Nunquid in cœlū vnde cecidit, iuxta veritatē dicentē: Videbā satanā sicut fulgor de cœlo cadentē? Nō vtiq̄; qui cecidit ille ascēdit, sed qui descēdit ipse solus ascēdit, de quo & Apostolus dicit: Quod autē ascēdit, quid est, nisi q̄a & descēdit, primū in inferiores partes terrę? Qui descēdit ipse est & qui ascendit super oēs cœlos, vt adimpleret oīa. Quo ergo ascendit iste, qui nō descendit, sed cecidit? Nusq̄; ascēdit, sed in semetipso magis ac magis tumuit. Omnino sic intelligi oportet: Vidi bestia ascendentē, ac si diceret: Vidi bestia in semetipsa se extollentē. Totus namq̄; ascensus eius, tanta extollentia est, quantā Apostolus p̄ hæc verba intimare intendit: Et extollitur super omne q̄d dicitur deus aut q̄d colitur, ita vt in tēplo dei sedeat, ostēdens se tanq̄; sit deus. Melius igitur atq̄; vehemētius dictū est, vt dici debuit: Vidi bestiam ascendentē, q̄ si diceret: Vidi bestia de mari exeuntē: quia sic & p̄ nomen bestię stultitię ferocitatis eius, & p̄ verbū ascendētis, nimio rumori eiusdē cōpetenter exprobrat. ¶ Habentē, inquit, capita septē, & cornua decē. ¶ Hoc & de dracone illo magno & rufo supra dixit, q̄ haberet capita septē & cornua decē: Nimis, quia & bestia hæc & draco ille vnus idemq̄; diabolus est, cū corpore suo, id est, cū vniuerso impiorū populo. Nā sicut illic iā dictū est, capita septē, regna sunt septē, quorū; p̄secutiones bene ex scripturis cognitę eo tendebāt, vt in mūdo extingueret sanctū vere diuinitatis nomē. ¶ Et quidē hæcten⁹ ipaxim atq̄; successim capita illa frenduerūt, vnūquodq̄; vice sua cōtra deū faciēs bellum. Primo, regnū Aegyptiorū filijs Israel illudentiū Pharaone dicēte: Vacatis otio, & idcirco dicitis, eamus & sacrificemus dño. Secūdo, regnū carnalis Israel, Iezabel & posteris eius, p̄phetas dñi occidētibus. Tertio, regnū Babyloniōꝝ, Nabuchodonosor cōpellente captiuatū dei po-

Matth. 24,

Supra. 12
Antichristus
cur bestia
dicitur.

Matth. 2,
Mich. 1,

Conceptio
Antichristi

Lucæ. 1,

Roma. 8
Iohan. 8
z, Theff. 2,

1, Cor. 1,

Lucæ. 10
Iohan. 3
Ephē. 4

z, Theff. 2

Exodi. 7.
2. Reg. 19
Dan. 3.
Hester. 3.
1. Mach. 1.
2. Mach. 7.
Matt. 24

Supra. 12

Exodi. 7

Ezechi. 31

3. Reg. 16

3. Reg. 19

Danic. 3
Iudich. 5

Hester. 3
Hester. 13

3. Reg. 16

1. Mach. 1.
Daniel. 8.

dei populū auream quā fecerit statuā adorare. Quarto, regnū Persarū atq; Medorū, volente Aman Iudæorū genus vniuersum perimere. Quinto regnū Græcorū Antiocho Epiphane crudelia nimis & impia gerēte, vt in libro Machab. legimus. Sexto, regnū Romanorū, Nerone & posteris eius Christianos persecutētib; Septimū quod futurū est regnū Antichristi, eodē filio perditionis tantā persecutiōne agente, quāta ab initio creaturæ nō fuit nec erit. Ita, inquam, haec tenus sparsim atq; successim singula debacchata sunt capita draconis. Cū autē venerit qd nunc tractamus, quū bestia hæc de mari ascēderit, habēs capita septē, cuncta simul capita rictibus proprijs hiabūt atq; frendēt sup Christianos dentibus suis, secundū intentionē septimi & maximi capitis qd Antichristus erit. Nā ille per vniuersum orbē nuncios mitteret, & p̄dicatores suos. Prædicatio autē eius & potestas pertingeret à mari vsq; ad mare, ab oriēte vsq; ad occidentē, ab aquilone vsq; ad septentrionē. Reges & principes primo ad se cōuertēt, ac deinde p̄ illos persecutiōne sub omni cælo excitabit super oēs populos Christi cōstitentes. Proinde notandū qd cū dixisset, habētē capita septē & cornua decē, addidit & super cornua eius decē diademata. Hoc loco quorū cornua totidē scribunt diademata. Non ita autē supra, sed decē quidē scripta sunt draconis illius cornua, septē vero diademata. Meminisse ergo debemus regnorū eorundē quæ iam numerauimus, quia cū regna fuerint septē, reges illoꝝ fuere decem, quoniam regnū Græcorū, qd vnum erat mortuo Alexandro magno in quatuor eius successores diuisum est, Ptolomæū Lagi filium, Philippū cognomento Arideum, Seleucū qui & Nicanor, & Antigonū. In partē Seleuci (sicut illo iā loco diximus vbi de dracone & capitibus atq; cornibus eius tractauimus) Syria cū Iudæis cecit, & huius tantū posteri, quorū deterrimus ille Antiochus Epiphane extitit, impugnaverūt nomē dñi, sicut habemus ex memorabilibus Machabæorū gestis. Quapropter qm̄ septē regnorū decē quidē reges fuerūt, sed tres diuisiones regni, Græcorū reges cōtra dei cultū nihil egerunt, bene illic decem quidē cornua, septē capitū draconis, sed septē tantū diademata numerata sunt. At vero cū venerit ille filius perditionis, nō ita erit. Nullū quippe regnū, nulla pars cuiusq; regni à persecutiōne in Christianos vacabit. Bene igitur quorū cornua tot diademata, qd videlicet, q̄t erunt reges, tot erūt huiusce impietatis ministeria. Et super capita eius nō blasphemias. In nomina blasphemias, i. nomina diuinitatis usurpatæ vel affectatæ similitudinē diuinæ. Et quidē de primo istorū capitum, id est, de regno Aegyptiorū certū est quia blasphemauit, nō tantū in eo qd cōtra deū stetit, filios Israel premedo vt nullā haberēt recordatiōne nominis dñi, verū etiā in eo qd ipsam affectauit similitudinē dei. Vnde & typū tenet diaboli, diciturq; propheta in exprobratiōne illius ex ore dñi: Fili hoīs dic Pharaoni regi Aegypti & populo eius: Cui similis factus es in magnitudine tua? Et post aliqua: Cui assimilatus es in inlyte atq; sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cū lignis voluptatis ad terrā vltimā, in medio incircuncisorū dormies, cū his q̄ interfecti sunt gladio. Ipse est Pharaō & oīs multitudo eius, dicit dñs deus. De regno Israelitarū certū est qd Lezabel blasphemauit, nō tantū modo cogens Baal pro deo coli, verū etiā peruertendo iuratiōne nominis dñi tunc tēporis vītata, vt quia solitū erat sic iurari: Hæc mihi faciat deus, & hæc addat, ipsa sic iuraret, exēpli gratia, cōtra Heliam: Hæc mihi faciat dñs, & hæc addat, nisi cras hac hōra posuero animā tuā, sicut animā vnus ex illis, subaudif propheta Baal q̄s occidisti. De regno Babyloniorū notū est qd magnifice gloriatū est, maxime quādo statuam erexit aureā, cōpellens vt adoraret eā, blasphemauit & dixit: Et quis est deus qui eripiat vos de manu mea? Itēq; in libro Iudith scriptū est: Præceperat em̄ Holoferni Nabuchodonosor rex, vt oēs deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceret deus, ab ijs nationibus, q̄ potuissent eius potētiæ subiugari. De regno Persarū atq; Medorū item nouimus, qd superbiæ nomē illi Aman superbissimus inscripsit, qd comperto qd Mardocheus nō se adoraret, valde iratus est. Mardocheus autē orās hæc ad deū inter cætera dicit: Libenter pro salute Israel etiā vestigia pedū eius deosculari paratus essem, sed timui, ne honorē dei mei transferrē ad hominē, & ne quē adorare excepto deo meo. Quod cū dicit satis exprimit, qd superbus ille nō qualem cūq; adoratiōne, sed illā exigebat sibi, q̄ soli deo debita est. Nā est adoratiō qua saluo honore dei liceat adorare & adorari, quā Mardocheus nō tantopere refugisset, cū & propheta sanctus regē hominē adorauerit, sicut scriptū est: Et nunciauerūt regi dicētes: Adest Nathan propheta: Cūq; introisset & stetit in conspectu regis, & adorasset pronus in terrā, &c. De regno Græcorū fere nemo qui nesciat quia blasphemauit, & blasphemias notam sibi inussit, videlicet quādo Antiochus sæpe dictus ascendens Hierosolymis multitudine graui, intrauit in sanctificationem cū superbia, & locutus est superbiam magnum. De cuius superba blasphemia Daniel p̄uidens: Et magnificatus est, inquit, vsq; ad fortitudinē cæli, & deiecit de fortitudine & de stellis, & cōculcauit eas, & vsq; ad principē fortitudinis magnificatus est, & ab eo tulit iuge sacrifici-

sacrificium, &c. De regno Romanorū quis nesciat qd blasphemias nomē sibi aktius inscripserit, dando regibus suis, rapinā diuini nominis. Nā (vt de cæteris taceam, qui post q̄ mortui fuerūt inter deos relati sunt) Octavianus Augustus adhuc viuēs & in corpore præfens, deus dictus est, templū quoq; atq; simulacrū, nec non & sacrificiorū ritus sibi met exhibitos à fatuis nimiumq; stultis adulantū populorū turbis nimis præsumptor admisit. De regno Antichristi qd caput septimū erit, nō longius exempla petantur siue testimonia blasphemias, quæ caput illud impuræ notandū siue coronandū sit. Nam hic postmodū de illo scriptura ista dicit: Et datū est ei os loquens magna & blasphemias, & aperuit os suum in blasphemias ad deū, blasphemare nomē eius, & tabernaculū eius, igitur super capita bestiarū nomina blasphemias, quia singula regna regibus suis nomē, qd est deus, ascripserunt, vel ipsi reges vltro p̄ripuerunt, quod nimis est blasphemare. Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut vrsi, & os eius sicut os leonis. Parsus in visione Danielis, vbi quatuor bestiarū gradēs ascendebāt de mari diuersæ inter se, regnū significat Macedonū. Est autē bestia velocissima quæ præceps fertur ad sanguinē, & saltu in mortē ruit. Comparatur ergo illi regnū Macedonum, regnum Alexandri, cuius victorijs velocius nihil fuit, quippe qui ab Illyrico & Adriatico mari vsq; ad Indicū oceanū & Gangen fluuiū, nō tam prælijs q̄ victorijs percurrit, & sex annis Europæ partē, & omnē sibi Asiā subiugauit. Illi regno eiusmodi pardo similis erat, inquit, bestia, quā vidi: videlicet secū dū malignitatē supradicti Antiochi, qui, vt idem Daniel p̄dixit, magnificatus est vsq; ad fortitudinē cæli, siue vsq; ad principē fortitudinis, & ab eo iuge sacrificium tulit. Deniq; hoc pleriq; doctoz ita ad Antichristū referūt, vt qd sub illo Antiocho in typo factū est, sub Antichristo in veritate dicant esse cōplendū. Igitur similis erat pardo, id est, cōplebit Antichristus illud qd per Antiochū præfiguratū est de illo. Et pedes, inquit, eius sicut vrsi. Vrsus in eadē Danielis visione regnū Persarum atq; Medorū significat, videlicet propter eiusdē regni duritiā atq; ferocitatem. Illius vrsi pedibus, pedes huius bestiarū comparantur. Qui porro erunt huius pedes, nisi nequitia eius satellites, pessimæ eius legationum per totū mundū ad effundendum sanguinem portitores? Et qui illius vrsi, scilicet illius regni Persarū atq; Medorum pedes fuerunt, nisi complices Aman Agagita, hostis Iudæorū, qui susceptas, imo impetratas à rege crudeles epistolas de occidēdis Iudæis, sæua mādara cōtinentes, portare festinauerūt. Quod ergo dicit, & pedes eius similes vrsi, id est ac si diceret: & ministri eius sicut Aman ad effundendū sanguinē erūt festini. Et os eius sicut os leonis. In eadē visione Danielis nō leo, sed qd sæuius est, læna regnum Babylonium significat, videlicet propter sæuitiā eius & crudelitatem, siue propter luxuriam, & vitæ libidini feruentē. Igitur os eius sicut os leonis, videlicet cū superba loquitur atq; crudelia, velut ille rex Babylonis cū diceret: Et quis est deus qui eripiat vos de manu mea? Et nota qd illic in visione Danielis, prima ponit læna, deinde alia similis vrsi, deinde alia q̄si pardo, deinde bestia quarta siue noīe terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis, hæc autē ordine reciprocato regnū Antichristi primū, bestia dicitur nomine generali absq; nomine speciali: deinde in ea similitudo pardi, deinde in pedibus eius similitudo vrsi, deinde in ore eius similitudo leonis. Per qd mystice apostasia diabolici sp̄s, qui in hōie illo totus redūdabit, significatur, q̄ pertinax sit, mala sua reciprocando, sc̄p in sua vestigia reuoluendo. Sequitur adhuc, Et dedit illi draco virtutē suam, & potestatem magnam. Mirabiliter & illuc reducti in eadē visione Danielis detinemur, vt cū dicit: Dedit illi draco virtutē suā, hoc esse videamus contrarium ei quod filio hominis dedit ille antiquus dierū, virtutē & potestatem suam magnam. Sicut illic post ascensum bestiarum illarū grandium lænæ, vrsi, pardi, & quartæ, cuius nomen tacuit, continuo sequitur: Et aspiciēbā donec throni positi sunt, & antiquus dierū sedit. Et subinde: Aspiciēbā ego in visione noctis, & ecce cū nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquū dierū peruenit, & in conspectu eius obrulerunt eū, & dedit ei potestatem, & honorē, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruiēnt ei. Potestas eius potestas æterna, quæ nō auferetur, & regnū eius quod non corrumpetur. Hic ecōtra post quā feram illā communi siue generali vocabulo bestia appellauit, eamq; similem pardo, & pedes eius sicut vrsi, & os sicut leonis habere dixit, & hoc innuit, quia ille homo peccati vsq; ad antiquū draconē peruenit, dicēdo: Et dedit illi draco virtutē suā, & potestatem magnā: ac postmodū repetendū: Et data est ei potestas in omnē tribū, & populū, & linguā, & gentē. Porro qd illic dictū est, potestas eius potestas æterna, quæ nō auferetur, & regnū eius quod nō corrumpetur: Hic in isto cōtrario nullatenus saltē adulteratū, vt cætera sunt inuenimus. Nec em̄ potestas illa quā dedit iste huic filio perditionis, æterna siue incorruptibilis pot esse vel dici. Quid igit sibi vult iste ruinofus peccati tyrannus, iste mortis p̄positus? Quomodo altissimū hic imitatur? Nū istud est illud qd olim promittebat sibi dicens in corde suo, similis ero altissimo: O veternosum pa-

Octavianus Augustus.

Danic. 8

Daniel. 7

Hester. 3

Danic. 3.
Danic. 7
Duplex ordo in quatuor bestiarū visione.

Daniel. 7

Quid Antichristus, Ela. 14

trem mendacii, qm modo in eo quo maxime mendax est, veracē se esse vult gloriari? Qui ē
 em hac similitudine dissimilius, qd hac imitatione separatus huc oculos suos mirātes ad
 tale spectaculū, conuertat omne cœlū, cunctus orbis terrarū, vniuersa generationes secu-
 lorū. ¶ Altissimus de corde suo veritatem, verū & bonum verbum genuit, ipsumq; in car-
 nari voluit, atq; illi homini propter perfectā humilitatis obedientiā, potestātē suā vere ma-
 gnā in cœlo & in terra dedit: hic autē imitator eius, memor qd dixerat, ero similis altissi-
 mo, quasi similiter voēs facere, mendaciū de corde suo genuit, ipsumq; in hoīe illo qui vē-
 turus est, totū cōgregabit atq; fundabit. ¶ Illi quoq; omne potestātē suā dabit, videlicet
 oia regna mundi. Veruntamen nec illud de suo, sed de rapina dabit. Nā q; in euāgelio sal-
 uatori tentando ostendēs omnia regna mūdi & gloriā eorū, dicens: Hæc oia dabo tibi,
 si cadēs adoraueris me, addit etiā: Hæc omnia mihi tradita sunt, & cui volo do illa, mē-
 titur: q; nō omnino aut vere tradita sunt illi, sed ipse rapuit, cuius videlicet rapinā pinci-
 pium deceptio fuit, qua primū hominē decepit. Deniq; iuxta veritatē dñi est terra & ple-
 nitudo eius, nihilq; est omnino qd illius esse debeat, præter solū rationalis creaturæ vitū.
 Ergo quod dicendo potestatem siue virtutem, addidit magnam: non pro vero, sed pro
 estimatione eius dictū intellige. Videamus adhuc quod sequitur. L. Et vidi vnū de capitibus
 suis quasi occisum in mortē, & plaga mortis eius curata est. ¶ Vnus idēq; homo pec-
 cati Antichristus, & paulo ante bestia capiti septē, & hic vnū de capitibus bestie dicitur,
 videlicet bestia tot capiti, pro corpore suo quod est omnis generatio impiorū, vnum au-
 tem caput pro sua persona, & pro illius tēporis sui quo reuelādus est, principatu, rex om-
 nium superbie filiorū. ¶ Sane qd hic dicit, caput istud bestie quasi occisum in mortem, &
 plagā mortis eius curatā: hoc idem post aliqua repetit, caput ipsum bestie appellās, cum
 dicit: vt faciant imaginē bestie quæ habet plagā gladii, & vixit. Vbi quæso caput istud oc-
 cisum fuit? Vbi plagā gladii accepit? Quomodo plaga mortis eius curata est? Quomodo
 vixit? Imo quomodo istud ad nomē spectat Antichristi, id est, Chriſto cōtrarij? Vere mo-
 do mirabili, modo execrabili. Verus namq; Christus plagas clauorū, & plagam lanceæ ac-
 cepit, & peccato mortuus fuit: nunc autē mors eius curata est, & ipse deo viuūt. ¶ Hic autē
 o res mira in cœlo coram patre & filio & spiritu sancto, iudicio subactus corā omni cœ-
 lorū curia, beatorūq; angelorū sancto senatu, pro superbia crimine sententiā capitalem
 accepit, & gladio percussus est æternæ dñationis, atq; ita deo mortuus peccato vixit, &
 adhuc viuūt. Viuūt, certe viuūt, q; semetipsum nimis p̄tinaciter defendit, neq; se pro mor-
 tuo, sed pro deo vult haberi, imo supra omne qd dicitur deus, aut qd colitur, se extollit.
 Nunquid ergo vere plaga mortis eius curata est? Nō curata est, sed ipse rebellis gladii, re-
 bellis sententiæ dei, nihil sibi plagā illam nocuisse contendit. Quid em? Et anteq; in illū in-
 grediatur diabolus, propriū vas filius perditionis, quāuis in cœlo percussus fuerit, tēpla sibi
 bi atq; aras atq; sacerdotes, & sacrificia quasi deo viuo conquisiuit: & postq; hominem il-
 lum ingressus fuerit, regna mundi obtinebit, & in templo dei sedebit, ostēdens se tanquā
 sit deus. Quomodo iste concedet, vel propriæ saltē conscientie consentiens, q; occisus,
 q; vulneratus vnquam fuerit, aut vulnerari aut occidi vnquam debuerit? ¶ O tyrannē, ty-
 rannē, miramur vnde tā fatua duritia, tam dura fatuitas, quomodo vel vnde tibi, & tamē
 in genere nostro multos tibi cōformes à te prædoctos legimus, videmus secundū exem-
 plum tuū indurari & infatuari. Nam quisquis in crimine conuictus, iudicio addictus, con-
 tra conscientia propriam facit, consciusq; criminis semetipsum defendens, sententiam re-
 lidit. Exempli gratia: Potens quisquam adulteri sui homicidij reus atq; rebellis dū gla-
 dium anathematis quo iuste percutitur, vi sua relidit, recte atq; vere de isto iudicamus, q;
 habet plagam gladii & viuūt, id est, quia in conscientia proprio iudicio condemnatus est,
 & tamen per contumacia sese defendit tanquā iustus sit. Sequitur. L. Et admirata est vni-
 uersa terra post bestiam, & adorauerunt draconē qui dedit potestātē bestie, & adoraue-
 runt bestia dicentes: Quis similis bestie, & quis poterit pugnare cū ea? ¶ Hic illa genera-
 tio maxime culpatur, quæ talē illum hominē susceptura est, secundum grauem & veridicā
 cam conuersionem illius hominis, qui benedictus venit in nomine dñi, qua dicit: Ego
 veni in nomine patris mei, & nō susceperūt me: alius veniet in nomine suo, illū suscipiet.
 Illi nāq; terra sunt, & terrena sapiunt, & illa susceptio, qua suscipient illū, admiratio ista
 est, de qua nūc dicit: Et admirata est vniuersa terra post bestia. In hoc ergo culpant, in
 hoc illis exprobrat, q; nisi terra essent, si quid eorū quæ sursum sunt saperēt, nō admirarēt
 tur, nō magnipenderēt terrenā eius altitudinē, terrenam potentiam, terrenā gloriā, quā
 verus Christus adeo nihil pendit, vt eo tēpore quādo primū salutabatur ex Israel à tur-
 bis dicentibus: Benedictus qui venit in nomine dñi, a sella sedere volauerit, in contemptū
 omis terrenæ celsitudinis. Amplius autē eos percutit in eo quod subiungit, L. Et adoraue-
 runt draconē qui dedit potestātē bestie, & adorauerunt bestiam dicentes: Quis similis
 bestie

Matth. 4.
Luc. 4.
Psalm. 23.

Diabolus
deo mortuus,
viuūt
peccato

2. Thess. 2.

Iohan. 17.

Matth. 21.

bestie, & quis poterit pugnare cum ea? ¶ Dicitur, & adorauerūt bestiam, præ misit, & ado-
 rauerunt draconem. i. diabolū, iccirco errate permittuntur vt adorarent bestiam. i. Anti-
 christum. ¶ Sed dicitis: Quomodo saltem impij dicantur adorasse diabolū, qui etiam sæpe
 maledicunt diabolū? Ad hæc, inquam: Certe (vt de cæteris modo taceam) saltē in eo dia-
 bolū adorauerunt, quod mammonæ seruiuerunt. Nā & Apostolus de auaritia dicit, quod
 simulacrorū seruitus sit. Ergo quia mammonæ iam dudum serui fuerant, & mammonæ serui-
 uendo adorabant diabolū, quid miraris quod deinde bestiam adorauerunt habentem di-
 uitias, valentem dare aurum & argentum, vt pote cui dedit draco potestatem omnium quæ
 sua sunt? ¶ Itaq; admirantes & adorantes dicent: Quis similis bestie? Ita percontabitur, si-
 biq; rñdebunt: Nullus. Dicent adhuc: Et quis poterit pugnare cum ea? Sic fatui fatua loquē-
 tes, non recordabuntur qd quondam Pharaō cum curribus & equitibus suis, pugnante deo
 p̄ Israele, in mare merfus sit, q; canes comederunt Iezabel, quod Nabuchodonosor ex hoī-
 bus eiectus est, & per septem tempora scenum comedit vt bos, q; Aman in patibulo appen-
 sus est, q; Antiochus viuēs intrinsecus compituit, & sicut Daniel p̄dixerat sine manu con-
 contritus est, q; Nero minister diaboli vt dedecorose vixit, ita & turpius perijt. Hæc nō re-
 cordabuntur, imo nec si quis commemoret hæc, audire patientur. Nā de ipsis maxime verū
 erit quod dicit Apostolus: Er à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas aut cōuertentur.
 ¶ Tam stultæ admirationis exemplū in illis quoq; mirari possumus, de quibus in Acti-
 bus apostolorū scriptum est: Statuto autem die Herodes vestitus veste regia fedit pro tribu
 nali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat, dei voces, & nō hominis. Deniq;
 quis similis bestie, & quis poterit pugnare cum ea, voces dei sunt & non hominis. i. voces
 quas soli deo liceat appellare & non homini. Exempli gratia, in Psalmo iustus dicit: Omnia
 ossa mea dicent, domine quis similis tui? Isti autem dicunt: Quis similis bestie, i. quis similis
 Christo? Nam ex persona Iohannis bestia dicitur, à seductis autem ille homo Christus di-
 cetur. Item iustus deo dicit: Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Isti autem e contra dicūt de
 bestia: Et quis poterit pugnare cum ea? Hoc est quod nunc diximus exemplum eius Hero-
 dem qd fuisse, cui vulgus nimis prona adulatione acclamauit, voces dei & non hominis. Et
 quantum fuit propter qd illi videlicet Herodi voces acclamauerunt eiusmodi? Exiguū sa-
 ne lōgēq; minus q̄ futura est magnitudo huius bestie. ¶ Iosephus in decimonono libro An-
 tiquitatū euidentius cōmemorat illud vanitatis ridiculū: Cū, inquit, in honorē Cæsaris spe-
 ctacula ciuibus æderet, vortuo vt videbatur salutis Cæsaris die, cumq; illuc totius prouincię
 viri & honore & facultatibus præditi conuenissent, secundo spectaculorum die indutus ve-
 ste fulgenti ex auro argenteoq; mirabiliter intexta, incipiēte die procedit ad theatrum. Vbi
 cum primos solis radios argentea vestis gremio suscepisset, repercusso splendore duplicatā
 spectantibus lucem fulgore metalli vibrantis effudit, vt intuentibus perfiringeret aciem ter-
 ror aspectus, & per hoc plus aliquid de eo q̄ humanæ naturæ est, artifex arrogantia menti-
 retur, illico adulantis vulgū concrepant voces, honorem sonantes, sed exitiū ferentes, & hinc
 atq; illinc ab eis clamantibus deus compellabatur, vtq; fieret propitius suppliciter exoraba-
 tur, dicentibus populis, quod nunc vsq; te vt hoīem timuimus, sed ex hoc iam supra huma-
 nam naturam te esse fatemur. ¶ Igit si p̄ veste argentea sole radiante repercussa homini vni-
 us prouinciæ regulo trā attribuerunt, quanto putas bestie tam magnæ clangore voces dei
 concrepabant, possidenti omne aurum & omne argentum, simul etiam fulgenti luce mira-
 culorum? aut nunquid homines illius temporis minus prouinciam ad adulationē? Quales em
 illis nouissimis diebus illis periculosis temporibus homines erunt. Nimirum, vt ait Aposto-
 lus, seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemī, parentibus inobedientes, ingrati, scele-
 sti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, prodito-
 res, p̄terui, tumidi, voluptatū amatores magis q̄ dei. Cum istis miserit deus operationē er-
 roris, quid miraris eos acclamare voces dei & non hominis? Et de illo quidem Herode te-
 nuiter dictum est, eo quod non dedisset honorem deo. s. ad quiescendum immoderato fauori
 populi, de ista vero bestia longe maius est quod hæc scriptura dicit. Sequitur em: L. Et da-
 tum est ei os loquens magna, & blasphemā: & data est illi potestas facere mēses quadragin-
 ta duos. ¶ Et continuo vt exponat oris illius magnitudinem, vel quæ magna illud os locu-
 rum sit, adhuc addit: L. Et aperuit os suum in blasphemias ad deū, blasphemare nomen eius
 & tabernaculū eius, & eos qui in cœlo habitāt. ¶ Itemq; exponens quæ potestas illi def, vel
 qualiter acceptā exerceat potestātē per menses quadraginta duos, addit adhuc: L. Et datum
 est illi bellum facere cum sanctis & vincere illos, Et data est ei potestas in omem tribum, &
 populū

2. Thess. 2.

Ephe. 1.

Exodi. 14.
4. Reg. 9.

Dani. 4.
Hester. 7.
1. Mach. 6.
Daniel. 8.
1. Timo. 4.
Acto. 12.

Psalm. 34.

Psalm. 77.

2. Timo. 3.

2. Thess. 2.
Acto. 12.

Iob. 41. populum, & linguam, & gentem. Hoc p̄cti insigne est eius de quo scriptum est: Et ipse est rex super omnes filios superbia, quod non tantum acquiescet immoderato fauori dicenti- um, q̄s similis bestia: verum etiam os magnum, os magna loquens habebit, arrogando sibi magnificentiam dei, & exigendo ab omnibus voces dei & non hois, vt dicant omnes, q̄s similis tui. Hoc exiget non tantum ore, verum etiam bellica p̄tate. Iccirco aperiet os suum in blasphemias ad deum: videlicet, sicut ait Ap̄ls, extollendo se supra omne quod d̄s deus, aut quod colitur. Iccirco bellum faciet cum sanctis, & vincet illos, videlicet qui blasphemante ore non poterit, bellando se vindicabit atq; occidendo. ¶ Et nota diligēter quod hęc omnia faciet secundum nomen suum, imo secundum hęc iam nomen illi impositum est, q̄d est An- tichristus, i. Christo contrarius. Ftenim omnia quę hic dicunt contraria sunt eis q̄ de Ch̄so legimus. Primo, quod datum est illi os loquens magna, ori Christi contrarium est. Deniq; os Christi paruum & taciturnum fuit. Scriptum quippe est: Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: Sicut ovis ad occisionē ducetur, & quasi agnus coram tondeute obmu- tescet, & non aperiet os suum. Item in propheta cuius Euangelista quoq; meminit: Nō con- tender, neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis vocem eius. ¶ Et hic quidem in blasphe- mias ad deum illud os magniloquum aperiet: ille aut in confessionem & laudem dei os suū aperuit. Exēpli gr̄a, cū dicit: Cōfiteor tibi p̄ dñe celi & terrę. Hęc oino cōtraria sunt. Itē non solum nomen dñi, sed & tabernaculum eius, & eos qui habitant in celo blasphemabit. Ille autem non solummodo p̄ dño celi & terrę confessus est, sed & tabernaculum eius, i. ecclesiam, & eos qui in cœlis habitāt vel habitaturi sunt honorificauit & hūificauit, & in hoc os suum aperuit, sicut in Euangelio scriptum est: Et aperiens os suum docebat eos, dicenst Beati pauperes spū, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, &c. quę ita concludit. Gaude te & exultate, q̄m merces v̄sa multa est in celo. Hęc manifeste contraria sunt. ¶ Item pote- stas eius facere bellum cum sanctis per menses quadraginta duos: illius autem potestas p̄ tam- tumdem temporis fuit pacem parare sanctis, quemadmodum dicit: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hęc nimirum contraria sunt. Item potestas huius in omnem tribū & populum, & linguam, & gentem: illius autem potestas a deo nulla in quenq; fuit, vt ne sal- tem de minimis iudicaret agellis. Imo cū dixisset ei q̄dam de turba: magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatē, ille dixit ei: Hō, quis me cōstituit iudicē aut diuisorem super vos? Sed & cū cognouisset q̄a venturi essent hi quos pauerat de quinq; panibus & duobus pi- scibus numero quasi quinq; milia, vt raperent & facerent eum regem: fugit, inquit Euange- lista, in montem ipse solus, quia videlicet sicut postea dixit Pilato: regnum eius non erat de hoc mundo, nec est. Hęc nihilominus contraria sunt. Sequitur enim: L. Et adorabūt eū oēs qui inhabitant terram, quorum non sunt nomina scripta in libro vitę agni q̄ occisus est ab origine m̄di. ¶ Magnam & veram illorum q̄ eum adoraturi sunt determinationem fecit, dicendo: q̄s non sunt noīa scripta in libro vitę agni. In libro vitę, hoc est, in celo, sicut in Euāgelio dictū est: Sed in hoc gaude, q̄ noīa v̄stra scripta sunt in celo. Vbi ergo scripta sunt noīa illoꝝ qui eum adorabunt? In terra, sicut propheta testat: Recedentes a te in terra scribentur. Hoc ip̄m in p̄senti determinatione tacitum non est. Dicitur namq; q̄rū nō sunt scripta noīa in libro vitę, p̄misit omnes qui inhabitant terram. Nam terram inhabitare, est terrenis toto desiderio inhiare. Quod q̄ facit a deo recedit, & in terra scribit, iuxta quod ali- bi prophetica confessione dictum est: Deleantur de libro viuientium, & cum iustis non scri- bant. At ille solos adoratores illos admittit, quoz nomina scripta sunt in libro vitę ab origi- ne mundi. ¶ Qui liber est p̄scientię dei, & beatę certitudo p̄destinatiōis, sicut certa cura determinatione angelus ad Danielem dicit: Et in tpe illo saluabitur populus tuus oīs qui in- uentus fuerit scriptus in libro. ¶ Scripturę istę contrarię sunt, & libri ipsi contrarij, sed et scribendoz causę libroz contrarię sunt. Nam libri boni, libri vitę in quo scripti sunt oēs, & soli saluandi, causa est propositum dei, de quo Ap̄ls dicit: Scimus q̄m diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos p̄sciuit, & p̄destinauit conformes fieri imaginis filij sui, &c. ¶ De isto libro cum dixisset hic, quorum non sunt scripta nomina in libro vitę agni qui occisus est, addidit: ab origi- ne mundi. Non sic legendū vel subintelligendū est, in libro vitę agni q̄ occisus est ab origi- ne mundi, sed ita: Quorum nomina non sunt ab origine mundi scripta in libro vitę agni q̄ occisus est. Et est sensus: Non sunt scripta in libro vitę ab origine mundi. i. non fuerunt in proposito dei in ipsa origine m̄di, videlicet q̄ creatis primis hominibus benedixit illis, & ait: Crescite & multiplicamini & replete terram, & subjicite eam. Deniq; quos illa benedi- ctione iussit nasci, omnes & soli in libro vitę sunt scripti. ¶ Qui, videlicet liber vitę, iccirco recte d̄s liber agni, quia cuncti electi quorum nomina in illo scripta sunt, non aliter quā p̄ agnum Iesum Christum, per sanguinem eiusdem agni Iesu Christi, benedictionem illam q̄ nasci vel multiplicari iussi sunt, quā & in Adam perdiderunt, recuperare potuerūt aut pos- sunt.

sunt. Ad gloriam illius vt nascerentur & viuerēt, erant in proposito, & p̄scientia, & p̄desti- natione dei, sicut Ap̄ls iam loco supra dicto cum dixisset: His qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos p̄sciuit & p̄destinauit, continuo subiecit: conformes fieri imaginis filij sui, & per humilitatem mortis eius vocati, siue ex dispersione in vnum con- gregati, & iustificati, & magnificati sunt. ¶ Porro libri mali, libri mortis, in quo scripti sunt omnes & soli qui non pertinent ad illud propositum dei, causa fuit p̄ctm, q̄m primum in hęc mundum intrauit per inuidiam diaboli, testante scriptura, cum non ante se post actū eiusdē p̄cti deus mulieri dicit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Ista multiplicitas si- ue superfluitas conceptuū, & ab initio semper multitudine sua vehementer oppressit tardi- us atq; parcius nascentes filios benedictionis, incipiens a primogenito Euz Cain, qui fratre suum Abel iustum occidit, & in illis nouissimis diebus, de quibus nunc sermo est, adorās & dicens, q̄s similis bestia, & quis poterit pugnare cum ea, residuos persequetur, & occidet fi- lios eiusdē benedictionis. Sequitur: L. Si quis habet aurem audiat. Qui in captiuitatem duxe- rit, in captiuitatem vadet: & q̄ gladio occiderit, oportet eum *similiter occidi. ¶ Vehemen- ter nos excitare atq; ad audiendū attentos facere voluit, p̄mittendo: Si quis habet aurē au- diat. Quis aut ad istam vocem hæsitet? Quis non statim propositionem veram esse conce- dat, quę dicit: qui in captiuitatem duxerit, in captiuitate vadet: & q̄ gladio occiderit, oportet eum similiter occidi? Idem namq; est quod cum Petro dixisset: Conuerte gladium tuum in locū suum, continuo subiunxit: oēs enim qui acceperint gladiū, gladio peribunt. ¶ Vbi & subaudiendū est, nisi p̄nitentiā egerint: quemadmodū & in lege, vbi dictum est, q̄ hoc vel illud fecerit, Exempli gr̄a: Qui percusserit volens hoīem occidere, morte moriatur, subaudi- endum est, nisi p̄nitentiā egerit. Aliter enim regula sanę doctrinę non stabit. Itaq; ve- ra propositione audita vel concessa, respice & considera, quia bestia hęc, homo iste peccati qui se dicit Ch̄m esse, sed bestia est, gladium accepit, in captiuitatem duxit, & gladio occi- dit, faciendo bellum cum sanctis, vt sicut postmodum hęc scriptura dicit: Occidatur quicūq; imaginem eius non adorauerit. Igitur inexcusabiles erunt quicūq; bestiam talē adorabunt. Habent em̄ signū quo cognoscant certissime esse illum non dei, sed diaboli filiū, vt pote ho- minem homicidam, hominem sanguinarium. Nam in hoc, inquit hic idem Iohannes, ma- nifesti sunt filij dei & filij diaboli. In quo manifesti sunt: Continuo cum subiunxisset: omnis q̄ non est iustus, non est ex deo, addidit: & q̄ non diligit fratrem suū. Statimq; euestigio cū dixisset: quoniam hęc est annuntiatio quam audistis ab initio, vt diligatis alterutrum, adie- cit atq; ait: Non sic Cain: qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. ¶ Hoc est signum in q̄ cognoscant hi qui ex deo sunt, ex maligno illum esse malignum, quia occidit, sicut iam di- ctum, & in captiuitatem ducet, q̄d non facit nec fecit omnis qui ex deo est. Hoc audiat si q̄s habet aurem, hoc ad memoriam reuocet q̄squis fidelem habet rōnem. Et cum viderit illum ducere in captiuitatem & gladio occidere, etiam si scientiā copiam, vel testimoniorum de scripturis non habet abundantiam, saltem ex hoc solo quod ille homicida est, sciat quod ex deo nō est, & iccirco nō stabit. ¶ Sed sicut ceteri hoīes recipiūt vicē, vt q̄ gladiū acceperint gladio pereant: ita & iste pro captiuitate captiuitatē, p̄ occisiōe recipiat occisionē, pro tem- porali æternā, p̄ simpla duplam, vt qui sanctoz corpora tm̄ captiuauit atq; occidit, ipse ca- ptiuitatē recipiat & occisionē simul animę & corporis. ¶ Quid em̄ si nō statim fiet? Imo si statim fieret, si statim cum prima blasphemia illud os magnum appellaretur, & cum initio belli siue gladij quem accipiet, statim gladio cœlesti periret, vnde vel in quo patiētia sancto- rum probaretur & fides? Sequitur: L. Hęc est patientia & fides sanctorum. ¶ Ac si dicat: In hoc sanctorū fidelis patiētia patiētię fides probāda est, q̄a bestia illa faciet quidem & pro- sperabit, & dirigitur dolus in manu eius. At illi nihilominus tamen credent & perseuerāter p̄ vero habebunt id quod dictum est, quia q̄ in captiuitatem duxerit captiuabitur, & q̄ gla- dio occiderit, ipse similiter occidetur. Nec vero frustrabitur hęc patientia fidesq; sanctorum, quia post finem vel consummationem bestialis occisionis quę per menses quadraginta du- os protelabitur, imo abbreviabit, interficiet illum dominus Iesus spū oris sui, & destruet il- lustratione aduentus sui. Sequitur: L. Et vidi aliam bestiam, ascendentem de terra, habētem cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco, & potestatem prioris bestię omnem faciebat in conspectu eius. Et fecit terrām & habitantes in ea adorare bestia primā, cuius cura- rata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiam ignē faceret de celo descendere in ter- ram in cōspectu hominum. ¶ Bestiam illam septem capitum vniuersam impiorum gñatio- nem esse iam diximus, & ipsa septem capita, septem fuisse vel esse regna mundi, quorum po- tentia diuersis temporibus sanctos altissimi contriuit, quorum septimū caput Antichristus erit. Quę est ergo hęc alia bestia quam vidit ascendentē de terra? Aut quō dux sunt bestię, cum vnum sit corpus gñationis prauę & peruersę, sicut econtra vnum est corpus gñatio- nis vnus sanctę & electę? ¶ Ad hęc sciendum, quia generatio nequam cum vna sit, alia ta-

Sapient. 23
Gene. 3.
Gene. 4.
Gladio?
Matth. 26
Exod. 21
I. Iohan. 3
Dan. 6
2. Thessa. 2
L 4 men

men & alia dicitur bestia, propter geminam vim, s. bellicam siue regiam atq; magicam. De
 magica vi nunc scriptura hæc narrationem diuinæ visionis incipit, cum dicit: Et vidi aliam
 bestiam ascendentem de terra. ¶ Quasi putas alia bestia hæc ascendit, quam iste ascendentem
 vidit? Nimirum vno eodemq; tempore quando illa bestia prior ascendit, habens septem ca-
 pita, quorum septimum caput regnum erit Antichristi. Etenim vbi primum generatio im-
 piorum generatione sanctorum seruituti subiecit & afflixit, atq; ad amaritudinē perduxit in
 operibus duris, luti & lateris, in super Pharaone præcipiente omni populo suo ac dicente: Quic-
 quid masculini sexus natū fuerit, in flumen projicite: quicquid feminei, referuate: tūc cū illa
 regia siue hostica vi pariter contra deum ascendit & magica vis, Quomodo? Videlicet cum
 ingressi fuissent Moses & Aaron ad Pharaonem, vt facerent signa sicut præceperat dñs: vo-
 cauit Pharaon sapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptias, &
 arcana quædam similiter. Igitur aliam bestiam tunc ascendentem vidi, inquit. ¶ Quid autē
 hoc ad rem præsentem, vbi manifeste de aperta persecutione loquebatur Antichristi, q̄ erit
 in diebus nouissimis? Profecto quia prius quidem esse cœperunt, & pugna aduersus deum
 præstigia magorum, sed tunc magis abundabunt. Surgent enim, inquit Christus, pseudochri-
 sti & pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si
 fieri potest) etiā electi. Hoc idem de bestia hac præfenti capitulo scripturæ huius series de-
 clarabit. ¶ Nunquam defuit hæc pessima vis in societate crudelis gladij, regibus (qui perse-
 cuti sunt & contriuerūt sanctos altissimi) Aegyptijs, Israeliticis, Babylonijs, Medis atq; Per-
 sis, Græcis, Romanis: nec potestati Antichristi deerit, imo abundantior atq; potentior ade-
 rit. Verum Romani imperatores illa secretius vsi sunt, quorū Iulianus apostata malitiosus
 atq; ardentius arti illi incubuit: Græci quoq; atq; Macedones non adeo euidenter superio-
 res aut Persæ, Babylonij atq; Aegyptij, publice & quasi licenter illa vsi sunt, publicisq; nomi-
 nibus magi ipsos se prædicauerunt, nec absconderūt. Porro Israelici reges magos suos p-
 phetali noie palliabant, qualium vna die quadringentos quinquaginta viros Helias occidit,
 omnes prophetas Baal. Qualem bestiam hæc ascendentem iste vidit? L habentem, inquit,
 cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco. ¶ Sicut bestia septem capitum, quæ prius
 descripta est p cornua decē, sic & bestia hæc habet cornua duo: quæ videlicet sicut regnorum
 decē primi reges fuere notissimi, q̄s & superius cōmemorauimus, ita & magicæ artis duo sunt au-
 tores notissimi magisq; notati, quos contra Mosen & Aarō, sicut iā dictū est, Pharao cōuo-
 cauit. Duo namq; fuerunt, Iānes & Mābres, sicut & Ap̄s meminit. Qui cum dixisset: Ex his
 enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ du-
 cuntur varijs desiderijs, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes,
 continuo subiunxit: Quemadmodū enim Iānes & Mābres resistunt Mose, ita & isti resi-
 stūt veritati, homines corrupti mēte, reprobi circa fidem, sed ultra non proficiunt. Inspien-
 tia enim eorū manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Igitur duo cornua bestia hæc ha-
 buit, vbi primū ascendit, i. duos principes suæ efficaciz magicæ ars habuit, vbi primū cōtra
 deum stetit. ¶ Et cornua hæc similia agni, videlicet superba & contraria similitudine, facien-
 do similiter miracula, vt sunt per verbum dei, quod est agnus dei. Nam & si literam histori-
 cam spectes, vbi primū bestia hæc ascendit, valde conuenienter, & proprie dictum est, simi-
 lia agni. Deniq; cuncta quæ fecerunt signa Moses & Aaron coram Pharaone & Aegyptijs
 pulchre dicuntur signa agni, videlicet pro eo quod cuncta illa consummata sunt per sangui-
 nem agni, quem populus Israel vt vltima plaga Pharao & Aegyptus rangeretur, ad vespere-
 ram immolauit. Illic plane cornua bestie similia videbantur cornibus agni, vbi scriptū est:
 Fecerunt malefici etiā ipsi per incantationes suas Aegyptias & arcana quædā similiter, pie-
 ceruntq; singuli virgas suas quæ versæ sunt in dracones. Item: Cum eleuans virgam Moses
 percussisset aquā fluminis, & versa esset in sanguinem, fecerunt, inquit scriptura, similes male-
 fici Aegyptiorum incantationibus suis. Tertio fecerunt per incantationes suas similiter, edu-
 xeruntq; ranas super terram Aegypti. Hucusq; fingere potuerunt similitudinem cornuum
 agni, sed ultra non potuerunt, victosq; se esse fatentes, dixerunt: Dignus dei hic est. Eodem
 modo per tempora sequentia sub cæteris regnis supradictis ars magica semper affectauit si-
 militudinē dei, voluitq; videri quod non minora faceret signa quàm fiebant per verbū dei.
 De qua præsumptione huius bestie nunc protinus dicit: Et loquebatur sicut draco, id est, si-
 cut diabolus, qui taliter locutus est: Ero similis altissimo. Nā & hoc legimus in plerisq; vete-
 ribus gestis, quod vt pro dijs colerentur, quibusdam magicis exigebant tormentis. L Et hæc
 bestia potestare prioris bestie omnē faciebat in conspectu eius. ¶ Ac sic dicat: Signa facien-
 tes magi confortabāt regios aios ad non credendū & resistendū signis & virtutibus dei, vt
 non minus potentes viderentur sibi q̄ erat deus, qui cum tantis prædicabatur prodigijs, cum
 haberent & ipsi secum tales, qui similia facerent illi. Hoc erat facere oēm potestatem bestie
 in conspectu eius, ætimationē magnifici cordis eius roborate, ne sibi met impotēs videret.
 L Et fece-

L Et fecerunt terrā, & inhabitantes in ea adorare bestiam primā, cuius curata est plaga mor-
 tis. Cæteris omiſſis quæ acta sunt, ex quo apparuerunt illa iā dicta duo cornua similia agni
 quæ petrauit ars magica coniuncta contra deum regnoq; supradictorū gladijs, ad illos,
 de quibus pauloante loquebat dies nouissimos, præ sensu litera nos reducit. Nam bestia cuius
 curata est plaga mortis, septimū bestie caput erit Antichristus, de cuius plaga vbi illam acce-
 perit, quō curata sit, siue curatā videri velit, iam supra pro posse dictū est. Ergo fecit, i. fa-
 ciet terrā, & oēs habitantes in ea, s. terrenos hoīes, thesaurizantes non in cælo, sed in ter-
 ra, cupiditate sacrilega adorare bestiam primam, videlicet, principalem Antichristi potentiam,
 bestialemq; eius suscipere extollentiam, qua extollit supra omne quod dicit deus aut
 quod colit. Quomodo hoc fecit? Ait: L Et fecit signa magna, vt ignem faceret de cælo
 descendere in terram in conspectu hoīm. ¶ Magna vis, magna & mira efficacia spūs sedu-
 ctionis, sed quibus hoc erit magnum? Nimirum his q̄ pereunt (vt ait apostolus) eo q̄ charita-
 tem veritatis non receperunt, vt salui fierent. Diligēter aduertendū, cum enī dicit Apo-
 stolus eum, cuius aduentus secundū operationē Satanæ in omni virtute, & signis, & pro-
 digijs mēdacibus, & in omni seductione iniquitatis, ita subiungendo his q̄ pereunt, eo q̄ cha-
 ritatē veritatis non receperūt, vt salui fierent. ¶ Euidenter astruit, quæ nisi perissent, iam nō
 seducerent, nisi charitatē veritatis prius intus reliquissent, nequaquā foris mendacibus pro-
 digijs adquiescerēt. An non iste consuetus & antiquus est ordo pereundi? Deniq; & de
 primis hoīb; fere oēs idem scimus, quæ nisi prius intus per superbiam perissent, nisi charitatē
 veritatis reliquissent, non tā facile foris tentari cederent, non tā cito prodigioso serpentis
 bruti animantis colloquio sese inclinarēt, aut promissionibus crederēt. Quapropter id-
 ipsum quod nunc vniuersaliter Apostolus dicit, eo q̄ charitatē veritatis non receperūt,
 vt salui fierent, id eo mittet illis deus operationē erroris, vt credant mendacio, vt iudicent
 omēs q̄ non crediderūt veritati, sed consenserūt iniquitati, lamentabili valde & dānoſo no-
 bis exemplo constās & indubitabile verū est, quæ sic primis parētibus nostris accidit, quibus
 quæ charitatē veritatis non receperūt, misit deus in illo serpente operationē erroris. Non er-
 go miremur quasi nouū id qd fiet illis, vt signa magna faciat in conspectu eorū bestia talis
 & seducat eos, sicut m ox subiungēdo scriptura dicit: L Et seducit habitātes in terra, pro-
 pter signa quæ data sunt illi facere in cōspectu bestie dicens habitantibus in terra, vt faci-
 ant imaginē bestie, quæ habet plagā gladij, & vixit. Et datū est illi vt daret spm̄ imagini
 bestie, & vt loquat imago bestie. ¶ Nullum quippe seducet nisi eum q̄ perijt, q̄ charitatem
 veritatis reliquit. ¶ Quid autē veræ aut inaudite magnitudinis habet signa hæc maxima quæ
 facere poterit, quæ hic scriptura pro ipsorū excellentia posuit? Vnū namq; est in eo qd
 ait, vt etiam ignē faceret de cælo descendere in conspectu hoīm. Aliud vero miraculum
 in eo quod dicit: Et datū est illi, vt daret spm̄ imagini bestie, & vt loquat imago bestie.
 Nunq; hæc talia vel tanta sunt, qualia vel quanta diabolus nunq; fecerit? Nonne ignem
 quoq; de cælo descēdere fecit in conspectu hominū, data sibi potestate vt tentaret lob? ¶
 Ignis dei (ait ille nuntius q̄ nesciret, qd ageret, qd Satan moliret) ignis dei cecidit de cæ-
 lo, & tactas oues puerosq; consumpsit, & effugi ego solus vt nuntiare tibi. ¶ Nonne item
 diabolus idem spm̄ dedit imagini suæ, & vt loqueret imago sua, quando serpens locutus
 est verba maligna, verba mortifera? Nam per qualemcūq; imaginē suam diabolus eo tpe
 locuturus sit, de illo serpente q̄ hoīem primū decepit, constat q̄ imago eius sit, eo vel ma-
 xime, quod illud reptile genus humanū extunc quasi naturalit̄ odit. ¶ Quō ergo excusabi-
 les erunt q̄ per hmōi signa seducti bestiam illam adorabunt? Nunq; de ignorantia excu-
 sati poterunt? Nempe si ignorant, si non legerunt quod primis hominibus talis imago be-
 stie, s. serpens locutus fuerit, & quod ignem de cælo super oues beati lob descendere fe-
 cerit, insipientes sunt: si autē norunt, si legerunt, & tamen non sibi cauent, stulti sunt. ¶ Sal-
 mista vero dicit, quæ simul insipiens & stultus peribit. ¶ Quod si imaginē manufactā velis
 intelligi, cui spm̄ datura sit, vt loquat, pro eo quod cum dixisset scriptura, & seducit habi-
 tantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestie, subiunxit atque
 ait, dicens, habitantibus in terra, vt faciant imaginē bestie, si (inquam) imaginem hic vul-
 gari sensu velis accipi, quales possunt ab hoīb; fieri in ligno & lapide, siue quocunq; æra-
 mento, multo magis miraculum istud diabolicæ malitiæ vſitatum fuit, vt loqueret imago
 hmōi. Huiusmodi namq; imagines loquebant in templis, arte spūs maligni cauernas patē-
 tes irrepentis ante exaltatū signum crucis Chri. Si igit bestia hæc sua persuasione egerit,
 vt faciant homines imaginem illius bestie maioris. Exempli gratia, vt Esaias ait artifex li-
 gnarius extendit normam, formauit idolum in runcina, fecit illud in angularibus, & in cir-
 cino tornauit illud, & fecit imaginē viri quasi speciosum hoīem habitantem in domo, &
 tali modo sederit in domo dei ille homo peccati filius pditionis, in loco de q̄ signū crucis
 Chri deiecerit, nonne multo magis insipiens aut stultus erit, q̄ curuabit, & adorabit illud?
 Nimirum

Exod. 16.

Exod. 7.

Matth. 24.

3. Reg. 18.

2. Timo. 3.

Exod. 12.

Exod. 7.

Exod. 8.

Ibidem.

Esaias. 44.

2. Thess. 2.

* Alloquitur

Iob. 1.

Genes. 9.

Psal. 148.
Loqui per
imaginem
manufactā

Esa. 44

Ibidem. Nimitz (vt ait idem Propheta) cor insipiens a dorabit illud, & non liberabit, imo p ditione
 Chrs talia signa vanitate non fecit
 4. Reg. 1
 Lucæ. 9
 Luc. 23

Qualia signa fecit Chrus Matth. 11

Non cogit ad fidē suā Chrus sicut Antichrus faciet 2. Cor. 2

Deutero. 6

Matth. vii.

Nimitz (vt ait idem Propheta) cor insipiens a dorabit illud, & non liberabit, imo p ditione ni dabit aīam suam. ¶ Talium signorū verus Chrus nullum fecit aut facere debuit. Nusq̄ ignē de celo in conspectu hoīm descēdere fecit, licet hoc ante aduētum eius Helias in virtute ipsius fecerit: nullam aliq̄ imaginē loqui fecit, aut facere debuit. Quæ em̄ utilitas ē in signis hūmōi? Imo cum dicerēt illi discipuli eius Iacobus & Iohannes: Dñe vis dicimus vt ignis de celo descēdat, & consumat illos, videlicet Samaritanos q̄ non receperunt eum, q̄a facies eius erat euntis Hierlm̄, conuersus increpauit illos, & dixit: Nescitis cuius spūs eitis, Filius hoīs non venit aīas p dēre, sed saluare. Itē cum à Pilato remissus esset ad Herodem, q̄ & viso illo gauisus est valde, q̄a sperabat signum aliquod videre ab eo fieri, nihil illi rēdit, maluitq̄ ab eo sperni & illudi, q̄ curiositatem eius superuacuis pascere signis, quippe q̄ non quærebat signa pietatis, sed miracula vanitatis. ¶ At ille solūmodo in causa vel in tpe opportuno, qualia signa dignē facere vel profiteri, breuiter edicit. Exēpli gr̄a, cum loquit̄ discipulis Iohannis: Euntes renuntiate Iohanni, quæ vidistis & audistis: Cæci vidēt, claudi ambulāt, leprosi mundant, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizant. Talium pietatis signorum non erit opifex pietatis aduersarius, s. bestia quæ habet plagam gladij, & vixit, neq; alia bestia prophetes eius, sicut non fecerunt duo cornua eius Iamnes & Mambres, de qbus supra diximus. Illi autē nec Mōsi saltē signa quæ illo tpe vtiliter gesta sunt, se qui vel imitari potuerunt, sed defecerunt, & manifesta fuit oībus insipieria eorū. De plaga gladij quæ habet bestia iam superius dictū est. Sequit̄: L. Et faciet vt q̄cunq; non adorauerint imaginē bestię, occidant. Hoc Chrus non fecit, neq; prophetæ eius, neq; apostoli docuerunt, neq; reges Chritiani iam facti hoc acceperunt, vt occidant & sanguine cumulandū existimēt Chri seruitiū. Verus nanq; deus non coacta sed spontanea seruitia vult. Ergo & in hoc, imō maximē in hoc palā faciet sensum habēribus, & rōne pollutibus, q̄ verē sit Antichrus, q̄ verē non Chrus, sed scdm̄ nomen suum Chro sit contrarius. Hic est Chrus q̄ sanguinē suum sudit. Hic est Antichrus q̄ sanguinē sudit alienum. L. Et faciet oēs pusillos cū magnis, diuites & pauperes, liberos & seruos, habere characterē in dextra manu, aut in frontibus suis, & ne q̄s possit emere aut vēdere, nisi q̄ habet characterē aut nomē bestię, aut numerum noīs eius. Hæc est illa pueria mutatio: Hic est ille longe dissimiliter similis altissimo. Altissimus nanq; faciet oēs pusillos & magnos, diuites & pauperes, liberos & seruos, absq; distinctione psonarū siue originū, Iudæorū aut Græcorū, oēs (inquam) & qualiter habere faciet characterē suum in frontibus suis, & in manu sua, autoritate legali pariter & euangelica. Nam in lege dicit: Verba quæ ego p̄cipio tibi meditaberis sedes in domo tua, & ambulans in itinere dormies aut consurgēs, & ligabis eos in noīe patris, & filij, & spūs sancti. Cum em̄ baptizent oēs, siue pusilli, siue magni, accipiant in frontibus suis characterē noīs Chri, i. signaculum crucis. ¶ Et numerum nominis dñi, numerum trium psonarū, patris, & filij, & spūs sancti. Item & hunc numerum accipiunt, vt profiteant̄ vnus Chri, q̄a Chrus non homo tantum, aut deus tantum, sed & deus & homo, ex anima rōnali & humana carne, & verbi diuinitate in vna psona consistēs. Hunc numerum de frontibus, & cordibus, & ore oīm, pseudoprophetæ auferre conabuntur, vt e contra character noīs bestię, & numerus noīs eius inscribat. L. Hic sapientia est. Qui habet intellectu computet numerū bestię. Numerus em̄ hoīs est & numerus eius est sexcenti sexaginta sex. ¶ Vigilantē vult esse auditorē, dum quasi digito locum designans, atq; circūspiciēs: Hic (inqt) sapia est. Et continuo: Si q̄s habet sapiam, computet numerū bestię. Qualem numerum, vel quare computet numerum bestię? Numerus em̄ (inquit) hominis est, & numerus eius sexcenti sexaginta sex. Quid est hoc quod & numerum præscribit ipse, & tamen dicit, q̄ habet sapiam, computet numerum bestię? Num istud intendit, vt computando sapiētē hoc totum perquiras, quot in isto numero sint monades aut certe decades? Quis sapiam habēs istud tam grandi scripto, quæret vel quæredum proponeret? Ergo qm̄ ad computandum citatur hic non alius, nisi qui sapiam habet, forte in numero problema est. ¶ Et q̄dem viri illustres scripturæ huius tractatores, ante nos hunc numerum strenue versantes, nomina quædam aduerterunt, tria Græca, & vnum Gotticum ANTEMOS APNOIME TETAN TENZHPIKOS: quorum primū interpretatur, honori contrarius: secundū, negotium tertium vero, sol: quartum, gētium seductor. ¶ Singulorū nominū istorū literæ, numerū istum in se cōtinēt sexcēta sexaginta sex. Nam prima huius nominis, qd̄ est ANTEMOS litera A vnum, N gnquaginta, T trecentos, E breue qnq; M quadraginta, O breue septuaginta, S ducentos significat. Si alio noīe APNDOME. Nam A vnū oñdit, P centū, N quinquaginta, O breue septuaginta, T quadringētos, M quadraginta, E breue, qnq; q̄ simul ducti faciūt sexcēta sexaginta sex. Nominis autem quod est TETAN litera, T trecentos exprimit, E breue, quinq; I decē, itē, T trecentos, A vnum, N quinquaginta

qui quaginta, q̄ simul iuncti faciunt sexcenta sexaginta sex. Porro, nomen Gotticum Græcis istis scriptū est hoc modo, TENZHPIKOS: T tria, N quinq; N gnquaginta, S ducentos, H octo, P centū, I decē, X viginti, O septuaginta, S ducentos ostendit. ¶ Laudanda hæc patrū inspectio: verumtū est adhuc qd̄ non otiose quærat. Nunq̄d em̄ illa bestia talibus vobis nominibus appellari, talibus vocabulis salutari? Nunq̄d eos à qbus honori contrarius, siue gentiū seductor dicit, pace sua remunerabit, vt vendere vel emere possint? Sic em̄ hic habes, vt ne q̄s possit emere aut vendere, nisi q̄ habet characterem aut nomen bestię, aut numerū noīs eius. Nunq̄d hoc edicet, vt contrarius qd̄ ē Saran, siue ANTEMOS, aut vt negator, vel gentiū seductor pronuntiet, & vt q̄ hoc pronūtiauerit, ille sit liber, illi vendere vel emere possit? Aut nunq̄d giganteo noīe qd̄ est TETAN contentus erit, cū extollat supra omne quod dī deus, aut quod colit, ostendens se tanq̄ sit deus? Apud nos Latinos literæ qbus scribit, D I C L V X, eundem numerū continent. Nam D quingentos, I vnum C centū, L gnquaginta, V quinq; X decem significat, quæ in vnū collecta faciunt sicut sexcenta sexaginta sex. Sed etiam si scriptura hoc loco nomen istud illi palam ascriberet, & noīs huius numerū sexcenta sexaginta sex esse diceret, nonne tunc quoq; ad quærendū superesset, qd̄ ad illum hic numerus pertineret? ¶ Igit qm̄ & numerus hic positus est, & tamen ad computationem eiusdem sapiæ quærit, dicendo: Si q̄s habet intellectu, computet numerū bestię, sapiam quæramus, sanctam scripturam consulamus, sine qua nihil constās aut certū, siue de numero dei, siue de numero bestię, quæ aduersus deum extollitur, inuenire aut dicere possumus. Nam sicut ille Samsom veraciter dicere potuit: Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionē meā: sic dñs noster Iesus Chrus, cuius nimitz propositiones siue problemata sunt oīa quæ in hoc libro continent profunda mysteria, veraciter nobis dicit: Si non araueritis in alia scriptura, nō inuenietis solutionē nūeri huius, quē p̄sens signauit scriptura. ¶ Primo diligētē aduertēdū est, q̄a prius qd̄ cū dixisset, vt ne q̄s possit emere aut vendere, nisi q̄ habet characterē aut nomen bestię, aut numerū, signanter addidit noīs eius: post vero cum dicit: Si q̄s habet sapiam computet numerū de noīe nullam mentionē fecit, sed tantummodo computet numerū bestię, (inqt) ac deinde, & numerus eius, absq; interpositione noīs est (ait) sexcēti sexaginta sex. ¶ Cur hoc, nisi aliud nomen bestię significat, & aliud ipsa est? Bestia nanq; ipsa homo est & in ea diabolus inhabitat: nomen autē eius qd̄ sibi vsurpat, qd̄ nisi q̄s confessus fuerit, vēdere aut emere nō poterit, deus. Aduersat nanq; & extollit (vt iam sepe dictum est) supra omne quod dicit deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei sedeat ostendens se tanquam sit deus. Duos ergo hic numeros intelligi oportet, alterum noīs eius, quod illa bestia sibi vsurpat, s. deitatis bestię, i. hoīs eius quod ipsa erit. Alius nanq; est numerus dei, & alius hominis: imo omnis creaturæ rationalis quæ ad creatoris gratiam non pertingit, siue hominis, siue angeli. Debuerat q̄dem vnus esse numerus creatoris & creaturæ, sed creaturæ numerum sibi alium legit, dissentiendo à creatore. ¶ Quis est ille numerus creatoris? Numerus septenarius, sicut scriptura dicit: Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit ab omni ope suo quod patrarat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, q̄a in ipso cessauerat ab omni opere suo qd̄ creauit deus vt faceret. ¶ Quis est autē numerus creaturæ? Numerus senarius, q̄a videlicet numero dieꝝ senario creaturam vniuersam scriptura comprehēdit, & in sexto die, imo & sextus dies creaturæ ē hoīs. Et ille q̄dem ad hoc conditus est, vt post obediētiam opus consummatū cum deo in septimo sabbatizaret, i. req̄esceret, eoq; compleret hono qd̄ significat, dicendo: compleuitq; deus die septimo opus suum, qd̄ fecerat. Significat nāq; dies septimus remunerationē boni operis, Apollolo quoq; teste cum dicit: Ingrediemur em̄ in requiem q̄ credimus, quæ admodum dixit: Sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiē meā. Et q̄dem opibus ab institutione mundi perfectis dixit qd̄ loco de die septimo sic: Et requieuit deus die septima ab omnibus opibus suis, & in isto rursum: si introibunt in requiē meam, Qm̄ ergo superest quosdā introire in illam, & hi qbus prioribus annūtiatū est, non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diem quandā, hodie, in Dauid, dicēdo post tantum tēporis sicut supra dictū est: Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, &c. Vt (inquā) in illam diei requiē introiret, vt in illius numeri septenarij sabbatismo cū deo sabbatizaret homo, idcirco cōditus est: sed neq; homo tunc introiuit, neq; diabolus q̄ illū decepit vnq̄ introibit. Nā vterq; sine deo, imo cōtra deū, in creatura mūdi, & in semetipso voluit gloriari. ¶ Ait ergo: L. Numerus em̄ hoīs est. Præmiserat autē: Si q̄s habet sapiam computet numerū bestię. Ac si dicat: Si q̄s habet sapiam, cum viderit illum hoīem peccati, filium p̄ditionis, potentē ac diuitē, extollentē se, & resistentes sibi occidentē, & in oībus magnificē gloriantem, recogitet ac perpēdat, q̄a quicq; loquitur, quicq; agit, non p̄tinet ad illam requiem, non est de illa septima creatoris, de verbo dei, de regno charitatis, sed torū tēmode

Insufficiens patrū conderatio

Judic. 14

2. Thess. 2

Gen. 22

Hebr. 5 Psalms 94

Gen. 22

Psalms 94

modo de creatura mundi, de concupiscentia oculorum, de superbia vitæ, ac proinde quasi certo confirmatus argumento sciat & dicat, quia ille homo non est ipse quem se esse dixit, non est deus, sed fallaciter se ostendit, tanquam sit deus. ¶ Cum igitur dixisset, numerus enim hois est senarius simplex siue singularis, subintelligi potest, siquidem homo ille homo tantum, & non etiam diabolus esset. At vero homo ille quidem natura, sed diabolus in illo rotus erit, cum omni sua virtute, tota plenitudine, & eiusdem, videlicet, hois aduentus (vt ait Apostolus) erit secundum operationem Satanæ. Sequitur ergo: Et numerus eius sexcenti sexaginta sex. ¶ Ecce senarius numerus tertio repetitus, imo in decuplum, atque inde in centuplum multiplicatus est. Notum maxime arithmetice siue abacitis est, quod nunc dicimus: Senarius character de primo, i. singulari limite in secundum, i. decimū transgressus, sexaginta facit, idemque in tertium, i. centenum traductus, sexcentos efficit. Cum ergo dicit, & numerus eius sexcenti sexaginta sex, senarius quæ erat numerus hois (vt iam dictum est) ad septimum diem, ad sabbatum, i. requiem dei propter præuocationem non pertinens, secundi & tertij limitis transgressione multiplicatus est. ¶ Quid est hoc, nisi quia diabolus Satanæ, cuius secundum operationem ille homo veniet, & qui in illo totus habitabit postquam semel à requie dei, à sabbatismo cælesti sese excussit, secundo ac tertio laborem suum multiplicauit? Nota replicamus, vbi, quando, quomodo numerum suum sic multiplicauerit transgressor antiquus, multiplicator laboriosus. ¶ Primo, vbi perfectis cælo & terra, & omni ornatu eorum, die septimo compleuit deus opus suum quod fecerat, & requieuit ab omni opere quod patrarat, ille cum regescente creatore in septimo eius die non requiescebat, quin etiam iam dudum propter inquietudinem superbiæ suæ de cælo in istum caliginosum aerem proiectus, in circuitu ambulabat impius, & laborabat. Erat ergo in numero senario, in ista sex dierum creatura, in quo videlicet senario, detineri dolens homo poenitens, septimumque diem suspirans dicit in psalmo: Notum fac mihi dñe finem meum & numerum dierum meorum, quæ est, vt sciam, quid desit mihi. ¶ Ille autem impius & præuicator angelus nõ sic, sed cum esset foris à requie siue septima die, & senarius eius adhuc simplex siue singularis esset, non contentus fuit labore suo, sed adiecit per inuidiam, vt genus humanum in eundem laborem traheret secum decipiendo protoplastum. Hoc agere vtiq; transgressionem auxit, & recte sicut proprius, ita & hominis labor imputatur illi. Multiplicatus est ergo primus eius senarius, & factus est iam numerus eius sexcenti sexaginta sex. ¶ Verum nec isto contentus, adiecit adhuc vt illum hois peccati, filium perditionis, totus ingrediat, & faciet per illum id quod nunc de bestia maligna presenti loco miramur. Illic nimirum tertia transgressione senarius eius multiplicabitur, quando is qui hominem primum dolo decepit sine vi, idem & dolo in prodigijs mendacibus pariterque vi siue gladio dei, hominumque manifestus hostis vtetur, perseverante inuidia qua mundo mortem induxit, perseverante imo & in peius aucta superbia, qua sese in cælo aduersus deum extulit. Bene igitur cum dixisset, numerus enim hois est, addidit, & numerus eius sexcenti sexaginta sex, quia videlicet, labor peccati, qui in hoie cum deo non sabbatizante simplex est, in illa bestia notis incrementis secundo ac tertio multiplicatus est. ¶ His animaduersis non ab re esse cuiquam videri debet, quod plagam mortis eius hæc scriptura ter commemorat. Primo, cum dicit, & vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in morte, & plaga mortis eius curata est. Secundo cum dicit, & fecit terram, & inhabitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis. Tertio cum dicit, vt faciant imaginem bestie, quæ habet plagam gladij, & vixit. Ter nanque malignus ille plagatus est. Primo, quando iudicatus in cælo sententiam damnationis accepit; secundo, quando in serpente per quem deceperat hominem, maledictione multatus est; tertio, quando dñs Iesus interficiet eum spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Hic est verus bestie numerus sexcenti sexaginta sex. ¶ Cæterum numerum nominis eius, quem qui non habuerit, vendere aut emere non poterit, sic falso illi attribuitur, sicut & ipsum nomen quo se iactat, ostendens se tanquam sit deus. Numerus nanque septenarius dei est agni, dei (inquam) quæ die septimo requieuit, & agni cuius in hoc ipso libro septem sunt cornua, septemque oculi. ¶ Denique quod hæc bestia septem ostentat capita, violentum est atque contrarium. Contra illud quod deus die septimo requieuit, caput huius septimum plagam habet mortis, plagam gladij, & non requiescit, sed semper laborat, & in labore viuunt, iuxta Psalmistam dicentem, & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Idcirco & sicut supra dictum est, & super septem capita eius nomina blasphemie, quia non est nomen eius deus, quod inscripsit suis capitibus, sicut illic memorauimus. Quod si non est hoc nomen eius, certe nec nominis numerus. Iste numerus meriti est, & pro vero illi attribuitur (sicut iam dictum est) sexcenti sexaginta sex, & nusquam ad septimum peruenit, quia nunquam penitentiam egit, siue acturus est, vt requiescere possit.

Gene. 2
Psalm. 11
Psalm. 38

Esaie. 14
Luc. 10
Gene. 3
2. Thess. 2

Gene. 2
Supra. f
Psalm. 48

¶ Libri octauo Finis.

Rupertus

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIO RVM LIBER IX.



T VIDI, ET ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum illo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius & nomen patris eius scriptum in frõtribus suis. ¶ Quo nunc eamus, quæ sermonis cursum dirigamus, septem spirituum domini lucidus ordo cominus ostendit quem proposuimus sequi, sine quo nihil nos videre, & nusquam rectum tenere tramitem nos posse sumus arbitrati. Neque enim frustra gratiam & pacem à septem spiritibus qui in conspectu throni dei sunt, Iohannes iste in initio voluminis septem scribit ecclesiis. Est autem in ordine spirituum eorundem secundum prophetium Esaie pronuntium quintus scientie spiritus, sequens illi cuius magnalia precedenti visione spectauimus, in prælijs martyrum, scilicet fortitudinis spiritum, quorum videlicet, præliorum summum vel nouissimum certamen erit illud quod per semetipsam faciet bestia prima, cuius pauloante computauimus numerum, quæ nimirum bestia Antichristus erit, qui in suo tempore reuelandus est. Igitur quæ nunc eamus nescimus, sed iste lucidus, vt iam dictum est spirituum ordo ducit nos, vt recapitulationem hic fieri perpendamus, & ea quæ in hoc mundo gessit sanctus scientie spiritus ab hoc loco contemplerur, vbi supra montem Sion stans conspiciat agnus. ¶ Nã vbi primam scientie dei dari cepit vel scribi, illic & agnus dei Christus cepit figurari. Etenim vbi primus scientie dei scriptor legem scripsit Moyses, illic agnus in typum Christi immolari captus est, & sanguine eius signati sunt postes filiorum Israel. Proinde & in istis centum quadraginta quatuor milibus cantantibus quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia & seniores, & in quatuor angelis volantibus per medium cæli, & habentibus euangelium æternum, quorum quartus ipse est Iohannes qui dicit: Et audivi vocem de cælo dicentem: Scriber: Beati mortui qui in dño moriunt, & septem phyalis septem angelorum in istis, inquam omnes scientie cælestis, i. sancte scripturæ constructores siue conscriptores intelligimus, & secundum istos siue secundum istos studia mirabilem sanctum scientie spiritum predicare ingredimur. ¶ Et vidi, inquit, & ecce agnus stabat supra montem Sion. ¶ Viso ista Iohannis oculum à fine seculorum, vbi pauloante videbat bestiam siue malignum bestie caput Antichristum, gladio damnationis æternæ percussum, sursum reducit ad principia seculorum, scilicet ad tempora promissionis vel fidei patriarcharum, vnde recapitulationem istam omnes currunt atque recurrunt. ¶ Sane agnus iste Christus est, qui nunc quidem ecce in persona sua stat supra montem Sion, supra omnem ecclesie dignitatem, supra omnem principatum, omnesque virtutes cælorum, tunc autem quando promissio fiebat vel recentem facta fuerat, stetit in figura, sicut iam dictum est, quando vel ex quo immolatus est agnus in domibus filiorum Israel, cuius sanguine postibus signatis, dum comederentur carnes eius, mortua sunt primogenita Aegyptiorum, & filij Israel transierunt per mare rubrum, & Pharao cum curribus & equitibus suis illos persequens submersus est. ¶ Agnus iste nomen suum & nomen patris sui scripsit in frõtribus nostris cum signaculo crucis. Tunc autem sumebatur de sanguine agni qui erat in limine, & ponebat in superliminari, & super vrrunque postem. In qua nimirum positione diuinum erat crucis præsagium siue sacramentum, profuturum illis in plenitudine temporis, in tempore benedictionis, quoniam verus agnus Christus semen Abraham, in quo benedicerentur omnes gentes, immolatus erat in ara crucis. ¶ Istos vidi stantes cum agno, quia nimirum quoniam secundum fidem Abraham vel promissionem dei significabatur, sanguine illo benedicti sunt cum Christo, & viuunt cum illo. Quid autem sibi vult iste illorum numerus centum quadraginta quatuor milia? Hoc nimirum nobis innuit, quod filij Israel siue filij Abraham, qui per ventum Christum essent saluandi, opus erat vt non tantum carnis, sed fidei vel promissionis existerent filij. Non enim, inquit, apostolus, omnes qui Israel hi sunt Israelitæ, neque quia semen sunt Abraham omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen, i. non qui filij carnis hi filij dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in femine. Hanc fidem simul cum operibus Abraham numeri huius plenitudo mystice significat. ¶ Denique numerus primorum filiorum carnis Israel, scilicet duodenarius, si semel & iterum ac tertio in decuplum multiplicetur, norunt abacitis, quia duodecim milia fiunt. Item si duodecim milia per eundem duodenarium multiplicentur, fiunt centum quadraginta quatuor milia. Labet adhuc dicere manifestius: duodecim, qui numerus primorum (vt iam dictum est) filiorum erat Israel, in decuplum transducti, fiunt centum viginti. Rursus

CAP. XIII.

Esa. 11.

Exod. 12.

Exod. 12.

Ibidem.

Gene. 22.

Roma. 10.

M centum

Exod. 3

centum viginti in decuplum promoti, sūt mille ducēti. Item mille ducēti decies multiplicati, sūt (vt alio loco iam dictum est) duodecim milia signati. Hæc trina in decuplum multiplicatio fidem nobis pulchre innuit sanctę trinitatis, cuius cum confessione mystica domos suas signabant illi, confitentes deum Abraham, deum Isaac, & deum Iacob. Quia vero sola fides sine operibus ad perfectionem siue ad vitam non sufficit, rursus per duodenarium multiplicentur duodecim milia, & sient centum quadragintaquatuor milia, quo numero & fidei confessio & bonorum operum significatur multiplicitas. ¶ Igitur stantes cum agno tot sancti nomen eiusdem agni, & nomen patris eius scriptum habentes in frontibus suis, omnes perfecti sunt illius temporis filij Abraham, quo, videlicet tempore pro paschalis agni immolatione per singulos annos passurus pro omni mundo Christus præfigurabatur. Eoq; perfectionem magnifice & mirabiliter continuo præfens litera commēdat. Sequitur enim: L. Et audiui vocem de celo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruū magni, & vocem quam audiui, sicut citharcedorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor milia, qui empti sunt de terra.

1. Cor. 7

Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ deo & agno, & in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Sine macula sunt ante thronum dei. ¶ Primum de hoc capitulo causa postulat prælibare id quod cum dixisset: Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor milia qui empti sunt de terra, continuo velut interrogatus, pro q; merito suo soli possint illi dicere canticum eiusmodi: Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. ¶ De virginitate carnis potest quidem collaudatio ista non inutiliter accipi. Valet enim plurimum ad exhortandum, ad confortandum, ad corroborandum dulce illud virginei de coris propositum, in quo licet cogitare quæ domini sunt. Nam vere magnam habet prærogatiuam virginitas carnis sociata cum virginitate mētis. Veruntamē vt propositum ordinem teneamus, dicendum est & aliud, cui nulla de scripturis autoritas siue ratio refragari comprobetur. ¶ Neq; enim virginitati carnis tātum tribuere quisquam leuiter audebit, vt canticum aliquod cantā dum virginibus sanctis, incantabile fore iudicet omnibus alijs quātumlibet magni sint quidem ex eis. Exempli gratia: Petro apostolo de nouo, & Moysi de veteri testamēto: De quibus cōstat quod secundum carnem virginalis propositi nō fuerint. His igitur breuiter præmissis, nūc ordinem prosequamur. L. Et audiui, inquit, vocem de celo tāquam vocem aquarū multarū, & vocē tonitruū magni. ¶ Stāte agno supra mōtem Sio cum suis signatis, cœpit audiri vox de celo tanquam vox aquarū multarū, & tanq; vox tonitruū magni, quia, videlicet q; per typicam immolationem paschalis agni in Aegypto cœpit præfigurari passio Christi filij dei, tūc etiam cœpit audiri p scripturam vox dei, quia tunc Moyses legem scripsit, quam vtiq; nō de terra, sed de celo: nō ab homīe, sed ex deo accepit. Post hūc ceteri iusti & prophete sciētiam dei scripserūt, & ipsi quoq; nō de terra sed de celo locuti sunt. Vñ est illud: Neq; em̄ volūrate humana allata est aliquādo scriptura sacra, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homīes. Audiui ergo, inquit, vocem de celo. ¶ Porro scripturæ sacræ aquarum nomine solent aliquādo signi ficari, vt illicit: Omnes sitiētes venite ad aquas. Tonitruo quoq; solet assimilari, videlicet ppter terribilem comminationem iudicij futuri, iuxta illud: Et intonuit de celo dominus, & altissimus dedit vocem suam. Sane iudicium primum per aquam iam factum, secundum autē eadē scripturæ quasi q; cōtonando testatur per ignem futurum. Recte igitur vocem illā vocē scripturæ cœlestium, tāquam vocem aquarum multarum dicit, & tāquam vocem tonitruū magni. ¶ Veruntamē nō solum iudicium vox illa sonat, p̄nasq; malorū, sed etiā misericordiam & sempiterna p̄mia sanctorū, quæ nimis auditu vel intellectu dulcia & delectabilia sunt. Sequit̄ ergo: L. Et vocem quam audiui sicut citharcedorū citharizantium in citharis suis. ¶ Deniq; sicut in tonitruo terroris asperitas, in citharis vero sonātibus delectatiōis est suauitas, ita in scripturis sanctis comminatio iudicij peccatores terret & salubriter turbat, p̄missio vero p̄miorū bene opantes mulcet & legitimat. ¶ Et notādum quod in citharis choræ sonātes audientes quidem delectāt, sed ipse in extēsiōe sua quodammodo laborāt: Sic deniq; hi, per quos sancta scriptura condita est, suo quicq; tempore bona promittēdo bonos auditores delectauerunt: sed ipsi apud semetipsos laborauerunt, & plerunq; fatigati sunt.

2. Petr. 1

Esaie. 57
Psal. 17
Gene. 7
Esa. 66

Vnde primus illorum Moyses dicebat ad dominum: Cur afflixisti seruum tuum? Quare nō inuenio gratiā coram te? Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Ac deinceps: Sin aliter tibi videtur, obsecro interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tātis afficiar malis. Sed & diuersis p̄ætereā modis fatigabantur sancti illi, sicut & Apostolus eorū reminiscens inter cetera dicit: Alij vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tātati sunt, in occisiōe gladij mortui sunt. Circuierūt in

Nume. 11

Hebr. 11

melotis

melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustati, afflicti, &c. Erant igitur sicut citharcedi citharizantes in citharis suis: quia, videlicet, testimonia veritatis personantes extendebantur tribulationibus multis. ¶ Sed & spontanea extēsiōe sese affligebant, vt cœlestē beatæ cantionis mererentur accipere gratiam, sicut de Daniele & focijs eius legimus, quia propositis sibi regalibus epulis, hoc magis elegerunt propter deum, vt leguminibus vescerent. Pueris autē his dedit deus scientiam & disciplinam in omni libro, & sapientiam: Danieli vero in telligentiam om̄m visionum & somniorum. Sequitur ergo: L. Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia & seniores. ¶ Citharizabant & cantabant, i. semetipsos affligebant, & gloriam dei personabant. ¶ Quid autē sibi vult quod non ait: Et cantabant canticum nouum, sed quasi canticum nouum? Quid em̄ est canticum nouum? Nam hoc præcognito continuo clarebit quid sit, q; canticum nouū. Canticū nouū est testamentum nouum, in quo veterem hominem deposuimus & nouum induimus, in quo innouati similitudinem terreni parentis euasimus, & ad formam cœlestis auroris translati sumus. Porro q; nouum canticum, vetus est testamentum, quod p quasdam similitudines figuratq; multiplices eadē significat, q; nouum testamentum continet. ¶ Cantabant igitur quasi canticū nouum, i. mirabili prophetici spūs potentia præuidebant euangelicæ gratiæ sacramentum. Et secundum hoc exemplar faciebant & docebant legalem ministerium, & per figuras competentes profitebantur agnum dei Ch̄m pro salute mūdi passurum, suāq; passione mundum innouaturum. Ita cantabant ante sedem & ante quatuor animalia, i. in præparatione regni dei, in obsequio euangelij Ch̄i, ad instructiōem eorum quorum venerabilis senectus, i. vita immaculata regit ecclesiam dei. Sequitur enim: L. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra. ¶ Quare nemo aliq; dicere poterat? Quia, videlicet, non voluntate humana aliquando allatum est eiusmodi canticum, sed spiritu sancto inspirati cecinerunt cantores, i. autores scripturarum. Et pro quo merito suo illi canticum illud dicere potuerunt? Ait: L. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. ¶ Quomodo vel quibus cum mulieribus non sunt coinquinati? Nimirum cum mulieribus alienigenis, super quibus præceperat dominus filijs Israel dicens: Non ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredient ad vestras. Certissime enim auertent corda vestra vt sequamini deos earum. Nonne causa magna est, & merito canticum agni de ore tollitur eorū, quicunq; eiusmodi mulieribus coinquinati sunt? Deniq; cum coinquinatione carnis simul animæ quoq; propter amorem mulierum, cum dæmonijs fornicatæ sunt. Primum propter illas initiati sunt Beelphegor, & sicut scriptum est, vsq; in præsentem diem macula huius scelis in illis permanet. Deinde multiplicatę sunt cum eiusmodi mulieribus coinquinationes & earum omnium palam tenet impiissima Iezabel. Et quis eiusmodi ignem alligauit in sinu suo, & vestimenta eius non sunt combusta? Salomon quoq; sapientissimus, quæ talibus ardentissimo amore copulatus est, incombustus non euasit. Deprauatū est enim cor eius ab illis, cū iam esset senex, & abijt & seruiuit dñs & deabus eaz. ¶ Dicat ergo pro maxima laude: Hi sunt qui cū mulieribus nō sunt coinquinati, virgines em̄ permanerūt, quæ vero soli illi deo vero virginē castā se exhibere, & corruptores gentium nō deos, sed dæmones effugere potuerūt, qui sese à mulieribus illorū incoinquinatos custodierunt. Tales vtiq; virgines canticū bonū sibi thesaurizauerunt, dū adhærentes vnico viro suo, vni deo suo, verbū bonū de pectore eius mente conceperunt, ore protulerunt, calamo quoq; quidā ex eis, vt legeremus nos, cōscripserūt. L. Hi, inquit, empti sunt de terra. Item: Hi sequuntur agnū quocunq; ierit. Et rursus: Hi empti sunt ex hominibus primitiæ deo & agno. ¶ Quatuor enūciationes istæ splēdidæ vigilātibus & apertis oculis in ordine suo cōspiciendæ sunt, quæ nimirū gratiæ simul & meriti, necnon & præmij castissima præconia sunt. Deniq; quod valde notandū est, prima & quarta gratiā prædicat, secunda meritū, tertia p̄mij commendat. Siquidem prima est, q; empti sunt de terra: quarta, hi empti sunt ex hoibus primitiæ deo & agno, quæ ambæ idē p̄dicant, scilicet redemptoris gratiam. Quis nam ignoret eosdē sanctos iræ fuisse filios, & per gratiā esse redemptos. Vnus ex illa gente sanctus & magnus Paulus ait: Eramus em̄ & nos natura filij iræ sicut & cæteri. ¶ Præmissio ergo p̄conio, tunc demū enūciatur meritū. Hi sunt qui cū mulieribus nō sunt coinquinati, virgines em̄ sunt. Et recte, dicit em̄ & dicere debet quisq; eorum: Laboraui & sollicitus fui nō coinquinari, non autē ego, sed gratia dei mecū. Subditur statim & præmiū, dicendo: Hi sequuntur agnū quocunq; ierit. Agnū sequuntur, videlicet emptorem siue redemptorē, cuius sunt sanguine redēpti. Hinc Petrus apostolus ait: Redēpti estis de vana vestra cōuersatione patetnæ traditiōis, p̄tioso sanguine quasi agni incōtaminati & immaculati Ch̄i. Repetitiō, hi empti sunt ex hominibus, magnæ intentionis est indicij, vt non obliuiscamur eos gratiæ redemptoris esse id quod sunt. Nam de terra & ex hoibus idem est, tanq; si diceret, ex massa terrena generis humani, quæ vniuersa in primo pariete

Daniel. 10

Eph. 4. 1. Cor. 15

2. Petr. 1

3. Reg. 11. Deutero. 7 Nume. 27

3. Reg. 16. Prouer. 6. 3. Reg. 16

2. Cor. 11

Eph. 2

1. Cor. 15

1. Petr. 1

1. Cor. 15

Psal. 118

Iob. 33

I. Iohan. 3.

Leuit. 2.

Infra eode

3. Reg. 19

Cœli.

sub peccato se vendidit. Notandum p̄terea, q̄a cum dixisset: hi sequunt̄ agnum, addidit: quo
 eunq̄ ierit. Nunquid enim agnus necessario pro negotijs regni sui disponēdis de loco ad lo
 cum vadit, aliosq̄ in comitatum assumens sese, absentat alijs? Sed nimirum remota variatio
 ne huiusmodi, duobus modis sequunt̄ agnum quocunq̄ ierit, videlicet in vestigatione iudi
 cioꝝ eius quæ in sacris continent̄ scripturis, de quibus sanctor̄ iste vnus dicit: In labijs meis
 pronuntiaui omnia iudicia oris tui, & imitatione exemploꝝ eius, de quibus item vnus illoꝝ
 dicit: Vias tuas custodiui, & a p̄ceptis eius nō discessi. Sequunt̄ ergo agnum quocunq̄ ierit, dū
 iudicia eius & per sp̄m̄ intelligunt, & per charitatem laudant, & iustificant eum in eisdē oĩ
 bus iudicijs eius, & dum exemplum charitatis eius imitāt̄ v̄sq̄ ad mortem, quemadmodū
 Iohannes dicit, q̄a ille pro nobis aĩam suam posuit, & nos debemus p̄ fratribus animas po
 nere. Item & hoc non p̄tereundū, quia cum dixisset: Hi empti sunt ex hoĩbus, addidit primi
 tiar̄ deo & agno. Nā & per hoc liquet priores sanctos intelligi, de quibus sancta & my
 stica lex dicit: Si obtuleris munus primitiar̄ frugum tuar̄ dño, de sp̄icis adhuc virentibus,
 torres eas igni & confringes eas in morem farris, & sic offeres primitias tuas domino, fun
 dens supra oleum, & thus imponēs. Sp̄icæ nanq̄ adhuc virentes, fuerūt priores seculi san
 cti hoĩes, de quibus tunc offerimus munus dño, q̄ bene viuere proponimus eoꝝ exemplo.
 V̄sq̄ in eoꝝ actibus nōnulla inueniunt̄ tunc concessa, q̄ nunc maturiore seculo euangelij sal
 ce refecant, sic postmodū ad sedentē super nubē filiū hoĩs dñi: Mitte facē tuā acurā, q̄a venit
 hora vt metat̄, quoniam aruit messis terræ. Torres ergo eas igni .i. per sanctum discretiōis
 sp̄m̄ statum discernens viriūq̄ temporis, ea quæ imitanda non esse in euāgelio didicisti, nō
 quidem reprehendens, sed nec imitaberis, & sic offeres cum impositione olei & thuris, .i. bo
 na illoꝝ imitaberis cum charitate ad honorem dei. Igitur hi empti sunt ex hominibus pri
 mitiar̄ deo & agno, quod idem est ac si diceret: Istos redemit de massa generis humani agn̄
 dei Christus, testimonio fidei probatos inuētos illo priori & recenti adhuc seculo. De q̄ te
 stimonio fidei adhuc subditur: L. Et in ore ipsorum non est inuentū mendaciū. J. Fideles er̄
 fuerunt, mendaciū non coluerunt, sed vnum viuum & verum deum. De qualibus cum nul
 lum superesse putaret Helias nisi se solum, diceretq̄: Dñe prophetas tuos occiderunt, & alta
 ria tua suffoderunt, & relictus sum ego solus, & querunt animam meam: reliqui mihi, ait do
 minus septem milia viroꝝ q̄ non curauerunt genua ante Baal. Itaq̄ quia cū mulieribus su
 pra dictis non sunt conquinati, & mendaciū de eoꝝ illar̄ nō sunt locuti: L. Sine macula, inq̄t,
 sunt ante thronū dei, Et vidi aliosq̄ angelā volantem p̄ medium cœlum, habentem euange
 lium æternum, vt euangelizaret sedētibus super terram, & super omnem gentem, & tribū,
 & linguam, & populum, dicens magna voce: Timete dñm, & date illi honorem, quia venit
 hora iudicij eius, & adorare eum, qui fecit cœlum, terram, & mare, & omnia quę in eis sunt,
 & fontes aquarum, Et alius angelus secutus est dicens: Cecidit cecidit Babylon illa magna,
 quæ a vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Et angelus tertius secutus est illos,
 dicens voce magna: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem
 in fronte sua, aut in manu sua: & hic biber de vino iræ dei, qui mixtus est mero in calice iræ
 ipsius, & cruciabitur igne & sulphure, in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspe
 ctum agni, & fumus tormentoꝝ eoꝝ ascendet in secula seculorum: Nec habēt requiem die
 ac nocte, qui adorauerit bestia & imaginē eius, & si quis acceperit characterē noĩs eius. Hic
 patientia sanctorum est, q̄ custodiunt mandata dei & fidem Iesu. Et audiui vocem de cœlo
 dicentem mihi: Scribe, Beati mortui qui in dño moriuntur. A modo iā dicit sp̄s, vt requi
 escant a laboribus suis: Opera enim illorum sequuntur illos. J. Post canticum vnus montis
 Sion, quatuor isti non stant in vno quolibet monte vel loco, sed volant per medium cœlum
 & voce magna & voce publica toti mundo p̄dicant. Quartus ipse est Iohannes, qui de se
 metipso humiliter sentiens, non dixit, quartus secutus est tres alios volantes per mediū cœ
 lum, sed audiui, inquit, vocem de cœlo dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in dño mo
 riuntur. Si quidem queadmodum dixerat, vidi angelum volantem per medium cœlum, vt
 euangelizaret dicens, timete dominum, & alius secutus est eum dicens, cecidit cecidit Baby
 lon: & tertius secutus est eos dicens, si quis adorauerit bestia, & cetera, sic poterat dicere, &
 quartus ego secutus eram eos, dicens: Beati mortui qui in dño moriunt̄. Sed recte sic ma
 luit loqui, vt & de seipso humiliter enuntiaret, & rem aliquantulum exprimeret. Nunc enim
 per istos euangelizantes siue euangelium æternum habentes, quorum quarto in loco seipm̄
 ponit, quatuor euangelitas datur intelligi, quorum ipse est quartus, quia nouissimus euange
 lium scripsit. Interea meminisse oportet, quia supra diximus, septem spirituum, q̄ in con
 spectu throni dei sunt, ordinem respicientes, sub imaginibus p̄sentis huius visionis pp̄ria
 spiritus scientiæ opera siue dona p̄dicari. Quicquid autem huius gratiæ datum fuerat an
 te aduentum Christi, quicquid erat cœlestis scientiæ in lege & prophetis, in vno tantum
 monte Sion, in vno tantum celebrabatur templo quod erat in Hierosolymis, ibi enim tan
 tummodo

tummodo erāt sancta illius populi. At vbi Ch̄s venit, continuo per publicū orbis terrar̄
 euangelium eius sonuit, sociatis sibi lege & prophetis, & tunc scientia dei multiplicata est, cō
 plero quod Daniel p̄dixerat, q̄a p̄transibunt plurimi & multiplex erit scientia. Recte igit̄
 tur secundum has visiones prius quidem canticum in monte tantum Sion auditū est, isti au
 tem quatuor angeli per medium cœlum volant euangelizantes, quia videlicet lex & pp̄he
 tæ prius in angusto gentis vnus loco sonabant, nunc autem apostolis p̄dicantibus Chri
 sti euangelium, cum testimonio legis & prophetarum torus mundus audiuit, quia in omnē
 terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Porro quod euāgelij p̄di
 catoꝝ, siue sancti quicq̄ sacerdotes recte angeli dicantur fere nulli dubium est, cum scriptū
 sit: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus dñi
 exercituum est. Ipse agnus ex cuius ore sine dubio requiritur & requirenda est vniuersa lex
 angelus, magni consilij angelus dicitur est. Angelus quippe non naturæ sed officij nomē est,
 & est Græcum vocabulum, quo Latine dicimus nuntium. Bene ergo cum supra dixerit: Et
 vidi, & ecce agnus stabat supra montem Sion, nunc dicit: Et vidi alterum angelum volantē
 per medium cœlum. Nunc singula dicta scrutemur, simulq̄ perpendamus vtrū singuli se
 cundum facies suas loquantur. Notæ quippe sunt facies eorū, & ordo quo in hac eadē Apo
 calypsi superius designatæ sunt. Nam animal primum simile est leoni, & secundū animal si
 mile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aq̄le
 volanti. De diuersitate ordinis huius ab eo, qui in Ezechiele scriptus est, suo loco aliqua di
 ximus. Sane quod nunc de primo dicit, volantem per medium cœlum, habentem euange
 lium æternum, vt euangelizaret sedētibus super terrā, & super omnem gentem, & tribum
 & linguam, & populum: idem & de alio qui secutus est eum, & de tertio qui secutus est eos,
 & de quarto qui personam suam exprimit, pariter subintelligendū est. Primo quod ait vo
 lantē per mediū cœli, dictioni supra scriptæ fere oppositum est, quia dixit stetitisse cum agno
 supra montem Sion centum quadragintaquatuor cantantes quasi canticum nouū. Illi can
 tantes stabant supra vnum montem Sion, iste autem & ceteri sequentes volabant per medi
 um cœli. Quod est dicere: Anteq̄ in semetipso pateretur agnus dei, cum adhuc sacrificaret̄
 in figura eius agnus irrationalis, t̄m̄ in Sion siue in Iudæa erat notitia vel scientia dei, vbi autē
 ille passus est, continuo illa scientia ad omnes gentes conuolauit, illo volatu de quo prophe
 ta cum dixisset: Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit
 nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, subiunxit atq̄ ait: Quia de Sion exibat lex, &
 verbum domini de Hierusalem. Volabat ergo .i. exibat de vna gente ad omnem mundū,
 & hoc per mediū cœlum. .i. in auditu omnium, non in vna tantum lingua vt prius, coan
 gustatum habens dei verbum, sed omnibus linguis dilatatum, maxime autem Græca & La
 tina, quibus æque vt Hebraica lingua scripsit Pilatus super caput eiusdem agni in cruce hūc
 titulum: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Sed & libertatem euangelizantium designat hic
 volatus per mediū cœli. Neq̄ enim quicq̄ eoꝝ quæ euangelizat in angulo gestū, aut eru
 bescedum est: hinc ipse dominus ait: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod
 in aure auditis, p̄dicate super tecta. Hinc Paulus ait: Græcis ac Barbaris, sapientibus & infi
 pientibus debitor sum, ita quod in me promptum est, & vobis qui Romæ estis euangeliza
 re. Non enim erubescō euangelium. Virtus enim dei est in salutē omni credenti, Iudæo pri
 mum & Græco. Iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus
 autem ex fide viuuit. Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiā
 hoĩm, eorum q̄ veritatem dei in iniustitia detinent. Volantem igitur per medium cœlum
 .i. cor habentem sursum cum despectu terrenorum incedentem per publicum, non erube
 scentem ministerium suum, eo quod nihil gerat aut doceat inhonestum aut infirmum. Nā
 hoc est q̄d sequitur: Habentē euangelij æternū. Virtus enim dei est, veritas dei est, q̄ transi
 re aut veterascere non potest. Nam cœlum, inquit, & terra iransibunt, verba autem mea nō
 transibunt. Quod vel ad quid volabat? L. Vt euangelizaret, inquit, sedentibus super terrā, &
 super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. J. Et est sensus: Vt p̄dicaret in
 omnes gentes incipiens ab Hierusalem, absq̄ acceptione personarum, absq̄ distinctione Iu
 dæorum & gentiū, & tribuū, & linguar̄ & populorum. L. Timete, ait, dñm, & date illi hono
 rem, quia venit hora iudicij eius, & adorare eum qui fecit cœlum & terram, & mare & oĩa
 quę in eis sunt, & fontes aquarum. J. Sic in hoc libro superius quatuor animalia designata es
 se meminimus, vt facies leonis prima sit. Nam animal primū simile leoni. Porro natura leo
 nis timorem ceteris animantibus incutit. Nam ad rugitum eius vniuersa animantium natu
 ra contremiscit. Vnde est illud: Leo rugiet quis non timebit? Et cōtinuo: Dñs deus locutus
 est, quis nō prophabit? Recte ergo primus timorem exigit dicēdo: Timete dominum, &
 date honorem illi. Causaq̄ timoris congrua redditur, quia venit, inq̄t, hora iudicij eius. Ti
 mor iste pœnalis est, cuius causa est expectatio iudicij, nondū plena sapia, sed sapiæ inchoa
 tio, si-

Daniel. 12

Psal. 18.

Malact. 2

Ezechi. 4

Esaia. 2

Iohan. 1

Matth. 10

Roma. 1

Abac. 2

Matth. 24

Luc. 21

Amos. 3

Luc 10. gat fructū in vitā æternā, vt & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. Ego misi vos metere quod non seminastis: alij laborauerunt, & vos in labore eorum introistis. Quinam sunt illi qui laborauerunt, vel q̄ seminauerunt, nisi Moses & propheta, q̄ Christum venturū p̄dixerunt: Porro alij in labores illorum introierunt, & sata illorum messuerunt, quia videlicet, illi Christum, quem prophetauerunt tempore suo non viderunt, apostolorū aut̄ beati oculi viderunt. Cum ergo venisset Christus, iā tempus messis extitit, vt videlicet, quemadmodū metendo plenum frumentum in spica separatur ab arida stipula, ita suscipiendo Christū viuificans spūs separatur ab occidente litera. ¶ Itaq; exiens alter angelus de tēplo, & clamans voce magna: Mitte, inquit, falcem tuam acutam, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Quis porro iste alter angelus sit, euangelica filij hominis nobis insinuat auctoritas, cum de præcurso suo Iohanne dicit: Quid existis in desertum videre? Propheta: Etiā dico vobis, & plus q̄ prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelū meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuā ante te. ¶ Ergo angelus Iohannes, & hic iccirco recte d̄ alter angelus, quia & hic filius hominis ad quē clamatur, cuius præco vel præcursor est, angelus d̄, sicut & propheta in quo illud de Iohāne scriptum est, continuo dicit: Et statim venit ad templum sanctum suū dominator quem vos queritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Hic alter angelus exiuit de templo, imo & de templi illius manufacti vmbatico sacerdotio. Sacerdos nanq; erat pater eius Zacharias, & secundum legem, patri sacerdoti, filius sacerdos succedere iure debebat. At ipse exiuit, in desertum abiit, zonam pelliceam & pilos camelorum præclaris illius sacerdotij stolis prætulit. Illic iuit clamare voce magna, supplicare magno desiderio, vt eum quem salutaerat exultando clausus in vtero videre & ostendere mereretur mundo. Nesciebat quippe illum facie, licet per spiritum prophetiæ sciret eum aduenisse. Quid ergo dicebat: Mitte falcem tuā acutam. Hoc est manifestare in Israel, & prædica per temetipsum, & prædicando doce homines foris relinquere occidentem literam, & colligere viuificantem spiritum, & intelligere quod hæc tenus lex & prophetæ prophetauerunt. Quare? Quia venit hora vt metatur, qm̄ aruit messis terræ. ¶ Quemadmodum in agris q̄ diu frumentum spica nondum plene formatum est, ad maturitatem perductum est, foris cum stipula manet, vbi aut̄ permaturuit, tūc demū secatur, & stipula foris relicta intus comportatur. Ita q̄ diu venturus expectabaris, lex carnaliter obseruabatur: vbi autem tu aduenisti, iam te prædicante, litera legis cum carnalibus Iudæis foris relinquenda, & spiritalis sensus intus colligendus est, ita vt verbi gr̄a, sint celibes, & tñ nihilominus, imo multo melius attendant id quod dictum est: Maledictus omnis qui non facit semen in Israel. Tandiu clamauit donec illi responsum est, vt veniret in aqua baptizans dato huiuscemodi signo: Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam & manentem in eo, hic est qui baptizat in spū sancto. Factum est atq; hoc signo manifestatus in Israel, extunc cepit prædicare & dicere: Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Sequitur ergo: L. Et misit qui sedebat super nubem falcem suā in terram, & messuit terram. ¶ Messis illius primitiæ apostoli fuerunt, & post illos omnes qui ex gente illa credentes relicta carnalium cerimoniarū arida stipula, legē spiritalem spiritaliter adimplere studuerunt. Porro de illis omnibus qui stipulam illam, i. legis occidentē literā carnaliter æmulantes, & euangelico spū inuidentes apostolos Christi persecuti sunt, eadem impietate quam ipm̄ occiderūt Ch̄m, quale factū sit iudiciū sequentia visionis protinus significant. L. Et alius angelus exiuit de templo qd̄ est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Et alius angelus de altari qui habet potestatem super ignem clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vuzæ eius. Et misit angelus falcem suam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsq; ad frenos equorū per stadia mille sexcenta. ¶ Alius iste angelus eundem significat Ch̄m, iam p̄ passionē mortis acquisitam habentem potestatem in cœlo & in terra, quemadmodū dixit postq̄ resurrexit: Data est mihi ois potestas in cœlo & in terra. ¶ Hic in manu sua falcem acutam, i. in eadem potestate sua inuitabilem habebat sententiam, videlicet, super inimicos suos Iudæos iusto iudicio proferendam, vt sicut prædixerat de illis cum iam caderent in ore gladij, & captiui ducerentur in omnes gentes. Eiusmodi falcem habens exiuit de templo quod est in cœlo. Iam enim quando venit ira eius super infelices Iudæos, circumdante illos exercitu Romano, ipse ascenderat in cœlum, & intrauerat in illud templum suum non manufactum vbi nunc, sicut ipse Ap̄s ait, assistit vultui dei, pro nobis pontifex factus in æternū. L. Et alius angelus de altari qui habebat potestatem super ignē, clamauit voce magna ei qui habebat falcem acutam dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vuzæ eius. ¶ Angelus qui hæc clamat Moses recte intelligitur, qui Iudæos accusat. Ipse nanq; d̄s quodā loco dixit eis: Nolite putare: q̄ ego accusaturus

cusaturus sum vos apud patrem. Est qui accusat vos Moses, in quo vos speratis. Iste nimirū clamauit & accusauit botros amarissimos, s. Iudæos, qui dominū totius vineæ aceto mixto cum felle potauerant, & vsq; in hodiernū diem accusare non desinit, exempli gr̄a, quoties legitur aut canitur illud de Cātico Deuteronomij: De vinea Sodomorū vinea eorū, & de suburbanis Gomorræ. Vua eorū vua fellis & botri amarissimi. Fel draconū vini eorū, & venenum aspidū insanabile. Hæc profecto cum dicit, clamat & accusat vineā malo suo vindemiam. ¶ Quid aut̄ est qd̄ de altari clamare & sup̄ ignē potestatem habere d̄: Tabernaculum & altare, & sancta sanctorū primus idem Moses illis fecerat, & in illo altari sic super ignē potestatem habebat, vt eo inuocante ignis à d̄no super holocausta descenderet, itemq; irato illo contra sacerdotij temeratores, & dicente ad deū, ne respicias ad sacrificia eorū, non super holocausta ignis pp̄tiationis descenderet, imo eosdem præsumptores, videlicet Chore & omne concilium eius, ignis iræ dei consumeret. Et quidem de illo altari ritus ab eodē Mose Iudæis irraditus, pp̄tiationo erat vsq; ad illud eorū sacrilegium, quo d̄m occiderunt. ¶ Exerunt autē clamante mose, & dicente ad deum, ne respicias sacrificia eorū: omnia sancta illo igne excidij resistentibus Romanis irrecuperabiliter exusta sunt. Mitte ergo, inquit, falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ. Quare? Quoniam, inquit, maturæ sunt vuzæ eius, quoniam impletæ sunt iniquitates eius, quemadmodum per concessionē dixerat ipse paulopost occidendus: Implete mensuram patrum vestrorum. Et post pauca: Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes, & ex eis occidetis, & crucifigetes, & ex eis flagellabit in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatē, vt veniat super vos ois sanguis iustus qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ quem occidistis inter templum & altare. Sequitur ergo: L. Et misit angelus falcem suam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ dei magnum. ¶ Nota est orbi vniuerso vindemiatio illa, excidij illud infelicissimū, quo super illos cōgestus est aceruus omnium miseriarū, quæ ipse quoq; lectiones horrore & admiratione plenæ sunt. ¶ Sed quid est quod cum dixisset, & vindemiauit vineam terræ, addidit: & misit in lacū iræ dei magnum? Nimirū idipm̄ qd̄ per Mosen cū præmissum esset, ignis succensus est in furore meo, adiunctū est: & ardebit vsq; ad inferni nouissima. Non enim tantummodo materiali gladio vindemiati, aut corporali tantū captiuitate captiuati sunt, sed temporali pariter & æterna dānatione dānati. Vnde & propheta p̄ concessionem loquitur: Et duplici contritione cōtere eos d̄te deus meus. Hinc est quod adhuc subiungitur: L. Et calcatus est lacus extra ciuitatem. ¶ Quid est enim extra ciuitatem, nisi extra regnum dei, extra ecclesiam Christi? Eiecti nanq; sunt de ciuitate illa cuius principem occiderunt, ac regno illo cuius regem crucifixerunt. Iccirco aut̄ eiecti sunt, q̄ sic voluerunt dicendū: Nolumus hūc regnare super nos. Cū ergo ciuitatis æternæ regē sup̄ se regnare nolētes, Romano exercitu circumdante p̄fundati sunt, nimirum lacus extra ciuitatem calcatus est. Et o inestimabilis calamitas, inconsolabilis miseria. Non sic botris illis, quō alij qui calcantur intra muros ciuitatis, & ideo pro torcularibus cantant, quia sic calcantur pressuris huius mundi, non desluunt in stagnū inferni, sed in apothecam d̄ni, in illa dilectissima tabernacula d̄ni, in illa vbi concupiscentes deficiunt, et deficientes concupiscūt atria d̄ni. Dānationē siue contritionē illo, duplicem mirabiliter significauit vel significatam vidit: Et calcatus est, inquit, lacus extra ciuitatē. L. Et exiuit sanguis de lacu vsq; ad frenos equorū per stadia mille sexcenta. ¶ Ordo verborū est: Et extra ciuitatem per stadia mille sexcenta calcatus est lacus, & exiuit sanguis vsq; ad frenos equorū. ¶ Per stadia, inquit, mille sexcenta longe extra calcatus est. Nimirū hoc plus q̄ sabbathi iter est. Deniq; secundum legem non plus quā mille passus in sabbatho extra progredi licet. Porro stadia mille sexcenta, ducenta sunt passuum milia. Longe ergo plus est quā sabbathi iter. D̄s autem, apud quem tota lex spiritalis est, statum vel seculum illud, quod præsentī vitæ succedit, sabbathi nomine vult intelligi dum tam populi illius prædictam tribulationem & iram, q̄ illam quæ p̄ omnes sub Antichrō futura est, prænuntians: Orate autem, inquit, ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbatho. ¶ Et est sensus: Orate ne finis omnium mors vos comprehendat in infidelitatis hyeme, vel ne tunc primum conuertat & per pœnitentiā velitis effugere iram dei, qm̄ non licet operari. ¶ O igitur miseri nunquam miam cōsecuturi, q̄ tam longe extra ciuitatem calcatus est lacus, vt iam in illam non possint reuerti, quia sabbatum est illic quo non licet plus quā mille passus proficisci, i. non nisi de minoribus p̄ctis veniam cōsequi. ¶ Qui porro sunt equi quorum vsq; ad frenos sanguis exiuit, nisi spūs maligni, qui nunc quidem quasi in frenos equi per aerem feruntur in domum, vltimo iudicio tandem aliquando frenandi? Nimirum vsq; ad frenos equorum eiusmodi sanguis illorum exiuit, quia socij & compares erunt dæmonum in supplicijs æternis. Scripta nanq; iam est sententia qua dicitur: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. ¶ Et vidi aliud signum in cœlo magnū & mirabile, angelos septem habentes septem plagas nouissimas,

Matth. 27
Deuter. 32
Leuiti. 24
Nume. 16
Matth. 23
Deute. 32
Hie. 17
Luc. 11
Psal. 89
Matth. 24
Matth. 24
CAP. XV

Daniel, 12.
Psal. 18.

Roma, 16.

Exod. 14.

nouissimas, qm̄ in illis consummata est ira dei. Post canticum cantatum cum agno supra montem Sion, & post volatus magnasq; voces trium angelorū quibus addidit Iohannes ipse quartus est, sedente filio hominis & vindemiante vineam terræ, septem angeli habentes septem plagas nouissimas in septem phyalis, sicut postmodum scriptum est, cōspiciuntur: quæ post præca legis & prophetarum cāntica, condito Christi Euangelio, iamq; sedente ad dexteram patris eodem Christo cuius iudicio ppl̄s Iudaic⁹ modo supradictō vindemiat⁹ est, p̄dicatores sancti multiplicati sunt, orbemq; vniuersum scientia domini repleuerunt. Meminit se nanq; & hic conuenit, quia libri huius partes distinguendo secundum septem spūs domini, eum cuius operum imagines in p̄cedenti conspiciunt visione, iam diximus sanctum esse spū scientiæ. In phyalis ergo recte intelligitur illa profusio siue multiplicitas, de q̄ in Daniele scriptum est: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia: simulq; illa linguarū copia, de qua David cum dixisset, dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiā, continuo subiunxit: Non sunt loquelæ neq; sermones, quorum non audiant voces eorū. Phyalæ nanq; ore grandi exterius dilatantur vnde & nomen fortiūt. Siquidem phy Græce, os Latine, alin vero vitrum dī, & inde vasa huiusmodi dicta sunt, q̄d ex q̄ vitro facta, v̄tre mediocri contenta, ore, vt iam dictum est, patulo dilatantur. Nimis huiusmodi vasculis p̄dicatores noui testamenti, apostoli siue apostolici viri recte simulant, quorū & mentes spiritus sanctus scientia sua intus repleuit, & ora foris dilatauit, vt sicut iam dictum est, non essent loquelæ neq; sermones, quorū non audirentur voces eorum, i. vt in ore eorum omnia genera nascerentur linguarum. Contra cātōres supradicti apud quos lex & prophete in vna tm̄ Hebræa gente latebant, quib; cāntica illa vna tantum, i. Hebræa lingua cantabant siue legēbant Ciathis assimilantur: Quæ vascula ventre distenta ore p̄fillo coangustātur. Ait itaq; Et vidi aliud signum in celo magnū & mirabile. Reuera post illud signū, quo viderat stante agno supra montem Sion stare cum illo centum quadraginta quatuor milia, cātantes canticum nouum, magnum & mirabile est hoc signū, q̄ videlicet, filio hominis vindemiante vineā terræ, angelos illos septem plagas nouissimas habere, & in illis iram dei consummare. Qui em̄ sunt septē isti angeli nisi vniuersi p̄dicatores euangelij, veritatis nuntij? Nam quia spūs sanctus, q̄ iam dictas & postmodum dicendas illis phyalas dedit, septiformis est, recte septenario numero comprehenduntur, & simul intelliguntur vniuersi. Porro plagas nouissimas primæ respectu plagarū dicit, q̄s, videlicet, primas septē plagas memorauimus superius, vbi septē angeli septē cecinerūt tubis. De singulis istis plagis nouissimis postmodū ordine dicendū erit, quō illæ primæ, istæ nouissimæ dicantur & sint. Verunt & hic breuiter prælibandum est, quia plagæ illæ iccirco primæ dicunt, quia percusserunt corpora: istæ autē nouissimæ, quia perueniunt vsq; ad animas. Vnde & notandum est quod dicit, quoniam in illis consummata est ira dei. Ira nanq; dei occidendo corpora inchoatur, & postquam occiderit, animas in gehennam mittendo consummatur. Sequitur: Et vidi tanquam mare vitreū mixtum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius stātes super mare vitreum mixtū, habētes citharas dei, & cantabāt canticū Mōsi serui dei, & canticū agni dicentē: Magna & mirabilia opera tua dñe deus omnipotens, iustæ & veræ viæ tuæ rex seculorū. Quis non timebit te dñe, & magnificabit nomen tuum? Quia tu solus es pius, quoniam oēs gentes venient, & adorabunt in cōspectu tuo, qm̄ iudicia tua manifesta sunt. Isti reseruatī sunt in vasis misericordiæ, & cantando salutem suam citharizando saluatoris sui gratiam, feliciter effugerunt de terra & de mari, de fluminibus fontibusq; aquarū, de solis & su vel igni, de fede vel regno bestie t̄broso, de flumine magno Eufrate, de aere siue potestatis aeris huius, in quæ oia phyalæ iræ dei iam dictæ postmodum effusæ narrant. Isti enim sunt, qui reuelata per euāgelium ira dei de celo sup oēm impietate & iniustitiā hoīm, crediderunt & penitentia egerunt, & baptizati sunt in remissionem peccatorū. Iccirco ab illis iræ filijs q̄ credere noluerunt, narrationis ordine segregantur, & prius istorum salus, ac deinde illorū perditio narratur. Ait itaq;: Et vidi tanquam mare vitreū, mixtum igne. Hoc mare baptismi Christi sacramentū, est atq; illa, quæ cū sanguine de lanceato latere eius pendentis in cruce visibiliter cucurrit, quæ peccata omnia delet & mundat, sed nō sine inuisibili spiritus sancti potentia siue præsentia. Recte ergo cum dixisset, & vidi tanquam mare, addidit, mixtū igne: quia, videlicet in baptismo, sicut iam dictum est, visibilis aqua nil ageret sine inuisibili spiritus virtute. Et pulchre cum dicere posset: Et vidi aquam, dicere maluit: Et vidi tanquam mare, quia nimirum baptismi Christi quo peccata sorbentur, cum rubro mari, quo Pharaō cū curribus & æquitibus suis perijt, non parua vel ignota quædam similitudo est. Nouit autē catholica fides, quia illi quoq; priores citharæ dī siue cantores q̄ supra visi sunt stantes cum agno supra montem Sion, simul cum istis iunioribus supra hoc mare steterunt, id est, non sine aqua baptismi, non sine sanguine passionis Christi & igne spūs sancti salui facti, vel ad perfectū adducti sunt. Neq; em̄ illa sacramenta vmbatica, verbū gr̄a: quod in Mōse baptizati sunt

zati sunt in nube & in mari, q̄ manna comederunt, q̄ aqua de petra biberunt, non, inquam, hæc & cætera figuratiua dei mirabilia, illos ad perfectū adduxerunt, sed per illa oia cōsiuati & cæterati, tandē aduenientis saluatoris passione regenerati sunt, tunc in simul omnes, quando patefacto, sicut iam dictum est, eius latere, & plūente aqua cum sanguine, sacramentum baptismi conditū est. Nos enim iccirco singulatim baptizamur, quæ ecclesiæ quæ tunc regnata est, nondum incorporati eramus, imo necdum omnino eramus. Igitur quod nunc ait: Et eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius vidi stantes supra mare vitreum. Tam de veteris quam de noui testamenti sanctis omnibus recte intelligimus: quia nimirum & illi crediderunt venturum, & isti qui credunt aduenisse Christum, ipsa fide dum credunt & baptizantur, vicerunt bestiam & imaginem eius, i. diabolum & omnem impium hominem imitatore eum. Deniq; cuncta crimina, vniuersa peccata tā originalia q̄ actualia, quæcunq; siue suasionis siue exemplo ingessit istis, illa bestia & illa imago eius in mari isto obruunt, ipsi vero supra mare stant, i. superstites sunt, vt transeant ad veram terram, p̄missionis, quā promittendo tunc abscondebatur litera legis, nunc autē reuelat spūs euangelij. Quapropter pulchre dī, hoc mare vitreum, quia sicut in vitro quod continetur translucet, sic in isto euangelij sacramento iam nil occultum est, sed quod primum in figura gerebatur, nunc in te gerit, & rotum manifestū est. Sed & iccirco mare vitreū dictum recte intelligis, vt cognoscas, quæ oēs qui accedunt debent esse vitrei, i. simplices, per veritatem puræ cōfessionis, quia scriptū est: Spūs enim sanctus disciplina effugiet fictum. Qui autem scrutatur corda & renes deus, ipse videt qua mente, q̄ affectu quisq; stet supra hoc mare, quali vel quanta cum gratiarum actione accipiat siue respiciat mare quod pertransiuit, quales vel quantos inimicos p̄sequentes euaserit, quomodo super hoc non ingratus humili exultatione trepidet aut tripudiet in laudem dei. Vnde & protinus subiungit: Habentes citharas dei, & cantātes canticū Mōsi serui dei, & canticū agni. Profecto citharæ dei nō manufactæ sunt, qualib; homo fiducias arte dimētas sup extendit, sed citharæ p̄ceptorū fidelium, in quibus per fidem musica cœlestis, i. verbū inhabitat veritatis, vbi chordæ sunt extentæ p̄ceptorū dei, de qualibus Psalmista dicit: Confitemini dño in cythara, in psalterio decē chordarū psallite illi. Decē q̄ppe legis p̄cepta sunt, quorum sine obseruatione non valet deo quicunq; hoc mare transiuit: Cum em̄ dixisset, euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, addidit adhuc, docentes eos seruare omnia quæ mandauī vobis. Hæc nimirum obseruatio, est super hoc mare stādo cātare, primū in cithara, deinde in psalterio clarius sonante, i. primum in timore, deinde in perfecta charitate. Habentes igitur citharas dei, inquit, i. bene operantes ad gloriam dei, non vt videantur vel audiantur ipsi ab hominibus, sed vt glorificent patrem ipsorū qui est in cœlis. Porro quod dicit, & cantantes canticū Mōsi serui dei, iuxta historiam notum est, quod vel quale canticum Mōses seruus dei, cum filijs Israel transito mari cantauerit, submerso Pharaone cum curribus & equitibus suis: Cantemus, inquit, dño, gloriose enim magnificatus est, equi & ascēforem eius proiecit in mare, &c. Iuxta mysticum euangelicæ veritatis intellectum, q̄liter canticum hoc eis congruat q̄ de lauacro regenerationis ascenderunt, fere nullus ignorat. Cum ergo dixisset cantantes canticū Mōsi serui dei, recte addidit, & canticū agni, quia nimirum quod sub Mōse historialiter in figura gestum est illo transitu maris, hic spiritualiter in baptismate suo quo nos regenerauit, agnus dei Christus adimpleuit. Et pulchre hoc loco scriptura præfens, filiū dei, cuius in morte baptizati sumus, agnum dei nominauit, quia, videlicet quādo Mōses canticum illud cecinit, id ipsum propter quod canebat euenerat per immolationem agni, mēse primo, quartadecima die mensis ad vesperam domino iubente, immolati in typum eiusdem Christi filij dei, propter peccata nostra vt ea tollerent immolandi. Magna, inquit, & mirabilia opera tua domine deus omnipotens, iustæ & veræ viæ tuæ rex seculorū. Hoc nimirum etsi non verbis, sed nihilominus canticum est Mōsi serui dei. Etenim canticum illo non semel sed multis vicibus in operibus illis collaudant magnificentiā domini. Gloriose enim, inquit, magnificatus est. Item: Dextera tua magnificata est in fortitudine. Item: Quis similis tui in fortibus domine, quæ similis tui magnificatus est in sanctitate? Ergo canticum est Mōsi, cantatur enim & sensu & exemplo Mōsi. Sunt autē duo maxima q̄ hoc breui versiculo citharizant in voce exultationis & confessionis, i. fortitudo dei, & iustitia regis sempiterni. Nam quod dicunt magna & mirabilia opera tua, fortitudinis laus: q̄d adhiçit iustæ & veræ viæ tuæ, iustitiæ confessio est. Nimirum hæc duo in anima contentis, non æqualium meritorum sunt. Nam bñ quidem meret qui fortissimi spirituum dei mirabilia videns opera, timet & laudat atq; confitetur. Optime autē is q̄ iustitiam eius in eisdē opibus, & vbi intelligit, cōtra calumniatorem defendere nititur, & vbi deficit, minor sensu, nihilominus cum dilectione veneratur, & dicit illud quod quæntq; nostrum dicere docet Apostolus: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quā incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Exēpli gratia, Pha-

1. Cor. 10.

Sapient. 17.
Hier. 17.

Psal. 30.

Matt. 23.

Matth. 23.

Exod. 15.

Roma, 8.

Exod. 15.

Exod. 15.

Roma, 8.

Exod. 15. tiam: Pharaone submerso cum curribus & equitibus suis, super quo cantatur supradictum canticum Mosi, serui dei, cantemus domino gloriose enim magnificatus est, promptum est scire, cur domino ut vere forti ceteretur: quia manifestum est fortitudinis eius mirabile opus. ¶ Vbi autem de eodem Pharaone loquitur deus, ego indurabo cor eius. Itemque ad Moysen: Miserebor cui volueris, ibi proculdubio & si minus videtur, credenda & confitenda est iustitia viarum eius. Nam inde fit ut prius latebat, ipsa subiectionis humilitas, interdum aliqua ex parte cognoscere mereatur, donec veniat quod perfectum est. ¶ Sunt autem ipsae viae domini duae, altera misericordia, altera veritas. Sic enim dicit scriptura: Vniuersae viae domini misericordia & veritas. De misericordia cantant victores isti, quia tu solus es pius, quoniam omnes gentes venient & adorabunt in conspectu tuo. Hoc namque gratuita misericordiae vel misericordiae gratiae est, quod gentibus omnibus absque personarum distinctione euangelizatum est ut veniant, & ut hi qui erant longe, prope fierent. Idcirco cum dixisset, quia tu solus pius es, ipsum pietatis opus subiunxit: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo. ¶ Porro de secunda via qua est veritas protinus dicitur hi: Quoniam iudicia tua manifesta sunt. Subauditur enim, quod sunt vera. Vero namque iudicio factum est & illud quod ad supra memoratum Pharaonem dicitur: quia in hoc ipsum te excitavi, ut ostendam in te fortitudinem meam, & illud quod modo superius dictum est, vindemiauit gentem Iudaicam, ut non solummodo caeci fierent qui prius videbant, verum etiam caderent in ore gladii, & captivi ducerentur in omnes gentes. Huiusmodi eius iudicia manifesta sunt, non quidem omnibus, sed eis quibus ipse per spiritum suum reuelauit, & non perfecte adhuc, sed ex parte donec veniat quod perfectum est. Quorum secundum sensum poterat hic latius tractari, si non traheremur studio proficiscendi. Inter huiusmodi opera fortitudinis & iustitiae domini admirantes dicunt cantores isti: L. Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? ¶ Cum dicunt, quis non timebit, subaudiendum est, & pacem habebit. Sic enim alia scriptura dicit: Quis resistit ei & pacem habuit? Item & alibi scriptum est: Tu terribilis, & quis resistit tibi? subauditur enim nullus. ¶ Et protinus causa grauissima redditur, cur resistere posset nullus: Extunc ira tua. Et est sensus: Ex quo peccator non per infirmitatem labendo, aut per ignorantiam errando, sed per superbiam tibi resistendo peccat, extunc ira tua, ut, videlicet, non iam dissimiles aut auersum euocet, sed ferias atque fortiter confringas. Igitur quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum, idem est ac si dicat: Cum tam magna & mirabilia sint opera tua domine tamque iustae & verae viae tuae, superbi & ingrati ubi parebunt? Qui enim non timebit, subiectus timebit, imo conturbabit oppressus, iuxta illud quod per Esaiam prophetica in eum inuentione dicit: In gredere in petram, abscondere fossa humo a facie domini & a gloria maiestatis eius, cum sur rexerit percutere terram. L. Post haec vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in caelo, & exierunt septem angeli, habentes septem plagas, de templo, vestiti lapide mundo candido, & percincti circa pectora zonis aureis. Et vnus ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem phyalas plenas iracundiae dei viuentis in secula seculorum. ¶ Post haec, inquit, vidi subauditur id quod supra iam narrare coeperam, dixerat enim: Et vidi aliud signum in caelo magnum & mirabile, angelos septem habentes septem plagas nouissimas, quoniam in illis consummata est ira dei. Sed cum hoc dicere coepisset, protinus omisit, pulchramque digressio nem fecit, ut prius id quod simul viderat, scriberet, scilicet mare vitreum, & eos qui stando supra illud plagas illas gratia Christi euaserunt, & deinde ordinem plagarum earundem, qualiter effusae sunt siue effundantur in eos qui non crediderunt, & supra mare illud stare neglexerunt. ¶ Nam hic est ordo euangelicus: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Prius salus credentibus, deinde damnatio proposita est non credentibus. ¶ Vidi ergo, inquit, post haec, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in caelo. Templum tabernaculi testimonij ecclesia erat temporis anterioris, cuius ritus omnis vel ordo figuratiuus a tabernaculo testimonij initiatus est, quod fecit in eremo Moyses. Hoc templum, scilicet haec ecclesia in vna tantum gente Iudaea claudabatur, in qua sola notus erat deus. Claudabatur loci angustijs, claudabatur non intellectus ceremoniarum causis mysticis atque figuratiuis. Verum domino Iesu tradente spiritum, & in morte sua supra dictum condente baptismatis sacramentum, velum templi scissum est a fumum versus deorsum, & ipse resurgens a mortuis, aperuit discipulis suis sensum ut intelligerent scripturas. ¶ Apertum est ergo templum tabernaculi testimonij. Vbi? In caelo, inquit. Caelum vel caeli, omnes sancti, in quibus deus habitat, & maxime apostoli sunt. De illis namque scriptum est: Caeli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiant firmamentum. In caelo ergo, id est in apostolorum cordibus apertum est, utpote quibus sicut iam supra dictum est, aperuit sensum ut intelligerent scripturas. Itaque sic aperto templo. L. Exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo. ¶ Quo modo exierunt, vel quo exierunt? Nimirum relinquendo carnales legis ceremonias de templo exierunt, imo & excutiendo puluerem pedum suorum in Iudaeos incredulos, ad gentes ex

tes exierunt. Habentes, inquit, septem phyalas, id est praedicare iussi iram & indignationem & tribulationem in omnem animam hominis operatis malum, Iudaei primum & Graeci, sic e contrario gloriam & honorem & pacem in omnem animam hominis operatis bonum, primum Iudaei & Graeci, videlicet quales erant illi quos paulo ante dixit stantes supra mare, & cantantes canticum Mosi serui dei. At vero plagas eiusmodi habentes, & seculo huic nequam mala ventura opportune importune nuntiaturi, oportebat ut essent inter aduersa securi, & ad perferendas tentationes bene praeparati. Sequitur ergo: L. Vestiti lapide mundo candido, & percincti circa pectora zonis aureis. ¶ Lapis mundus & candidus Christus est, sanctus innocens & impollutus. Ait autem Apostolus: Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Porro zona aurea circa pectora, charitas in cordibus perfecta. Na charitas dei, inquit idem Apostolus, diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem spiritum eius in nobis. Bene igitur praeparati & praemuniti exierunt, foris contra persecutiones lapidei, intus contra tentationes praecincti. L. Et vnus, inquit, ex quatuor animalibus dedit septem angelis, septem phyalas plenas iracundiae dei viuentis in secula seculorum. ¶ Tunc angelis istis phyalae datae sunt, quoniam qui erant homines sine literis & idiotae, acceperunt, sicut iam diximus supra, scripturarum intelligentiam, & omnium linguarum copiam. Hoc quoniam & qualiter factum sit vnus & solus ex quatuor euangelistis Lucas scribit: Cum autem, implerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco, &c. Recte igitur phyalas vnus ex quatuor animalibus dedit, quia vnus tantum ex quatuor euangelistis narrauit, quomodo discipulorum & corda praescientiam, & ora per omnimodam eloquentiam tanquam phyalas dilatauit, de quibus iam superius dictum est. ¶ Et illud quoque superius dictum est, quia spiritus sanctus qui repleuit illos, septiformis est. Et idcirco quibus duodecim fuerunt apostoli, imo centum viginti discipuli super quos spiritus sanctus descendit, recte tam eos omnes quoniam & vniuersos praedicatores, quos extunc vsque in finem seculi spiritus idem mittere non desinit, numero suo designant septem angeli. ¶ Eiusmodi di phyalas, quod valde terribile est, plenas dicit iracundiae dei viuentis in secula seculorum. Quid enim est dei viuentis in secula seculorum iracundia, nisi aeterni iudicij sententia, aeterna peccatorum vindicta. Huius nimirum iracundiae phyalae plene sunt, eis qui non credunt, qui veritati contradicunt, qui opera iniquitatis faciunt. Haec ira dei de caelo per ministerium euangelij istorum reuelatur super eos. ¶ Olim non ita plenas iracundiae habebant phyalas praecones sancti, sicut iam superius dictum est: In vna tantum gente, in vna lingua ora sua confringebant, & cyathi potius quam phyalae erant, paucis hominibus loquentes, & eisdem per figuras & aenigmata loquendo, pleraque subtrahentes. Istorum ora linguis omnibus in vniuersum orbem terrarum dilatata sunt, ut palam regibus & gentibus annuntiarent futuri iudicij imminentem iracundiam, simulque ipsam quae indicatura est personam, quae dictura est his qui a sinistris eius erunt: Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sequitur: ¶ Et impletum est templum fumo a maiestate dei, & de virtute eius: Et nemo poterat introire in templum donec consummarentur septem plagae angelorum. ¶ Exeuntibus angelis de templo, ipsum templum fumo impletum est quia videlicet praedicatoribus relinquentibus & relinquendas esse docentibus carnales legis ceremonias, Iudaei nimium impatientes, suo furore excitati sunt, & hoc a maiestate dei & de virtute eius, id est propter praedicationem sanctae trinitatis, & propter miracula quae virtuose fiebant, cum praedicatione fidei huius, Sic & Esaias scribit, quia clamantibus Seraphim sanctus, sanctus sanctus dominus deus sabaoth, impleta est domus domini fumo. Vbi enim praedicari coepit vna maiestas trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, & regnum domini sedentis, ut ait idem propheta, super solum excelsum & eleuatum. L. ad dexteram patris, supra omnem virtutem, & principatum, & potestatem, Iudaica corda suus liuor excacauit, & hic est fumus qui templum impletum est a maiestate dei. Neque enim alius nisi tantum incredulis obortus est ille fumus. ¶ Stephanus cum staret in medio illorum, eiusmodi fumum sibimet facientium, nihilominus clare vidit, imo & multo clarius videre meruit, dum intuens in caelum dixit: Ecce video caelos apertos, & filium hominis stantem a dextris dei. Hic denique de consortio angelorum istorum erat, qui de templo exierunt, & inde accusabatur a dicentibus: Audiuimus enim eum dicentem, quod Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, & immutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Hic quoque phyalam habebat plenam iracundiae dei cum diceret illis: Dura ceruice & incircumcisus cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis, &c. L. Et nemo, inquit, poterat introire in templum donec consummaretur septem plagae septem angelorum. ¶ Quod est dicere: Et nemo potest conuertere populum Iudaicum, donec per totum orbem praedicetur Christi euangelium, quod plagosum nuntiatur imminere iudicium. L. Et audiui vocem magnam de templo dicentem septem angelis: Ite effundite phyalas irae dei in terram. ¶ Magna vox ista est quia magnam sonat iram. Haec de templo auditur: quia cum de ceremonijs templi Iudaici exituri essent, sicut iam dictum est, eisdem angelis mox passurus praedixerat dominus Iesus: Et cum venerit paracletus ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Iohannes, De pec-

Timotheus
Galatas
Roma
Actus
Roma
Matthaeus
Esaias
Actus
CAP. XVI.
Iohannes

De peccato quidē, quia non crediderunt in me: de iustitia vero, quia ad patrē vado, & cā nom videbitis me: de iudicio autē, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Itē ergo, inquit, effundite phyalas irae dei in terrā, id est, palam arguite mundū, & dicite quas ob causas homines qui terra sunt amando terram, dei viuentis mercantur iram. Et abh̄t primus & effudit phyalam suam in terram: & factum est vulnus saeuum ac pessimum, in homines qui habent characterem bestiae, & eos qui adorauerunt imaginē eius. ¶ Hic iā ad memoriā reuocandus est primarū ordo plagarū, scilicet earū quae superius ad voces septē angelorū tubis cauentiū factae sunt. Illarum namq; respectu plagae istae nouissimae dicīe sunt. ¶ Ad vocē primi angeli tertia pars terrae combusta: ad vocem secundi, tertia pars maris sanguis facta: atque ad vocē tertij, tertia pars fluminū in absynthiū versat: & ad vocem quarti, tertia pars solis, lunae atque stellarū obscurata est: ad vocē quinti angeli, locustae pugnaces de puteo abyssi in terrā exierunt: & ad vocē sexti, quatuor angeli qui alligati erant in flumine magno Eufra- te, soluti sunt: atq; ad vocem septimi, victoriosa voces in caelo factae sunt. ¶ Eodem ordine per easdem mundi partes plagae istae nouissimae effunduntur. Prima namque in terrā, secunda in mare, tertia in flumina & super fontes aquarū, quarta in solē, quinta in sedē bestiae, sexta in flumen magnū Eufraten, septima effunditur in aerē. Loco putei abyssi, sedem bestiae in hoc ordine scripsit, caetera eisdem nominibus expressit. Nunc ergo nouissimae istae primis illis conferendae sunt, singulae singulis, pariterq; videndū prout veritas sese ostendere dignabitur, qua rōne post illas istae nouissimae dicantur vel sint. L. Et factū est, inquit, vulnus saeuū ac pessimū, in homines qui habent characterem bestiae, & eos qui adorauerunt imaginē eius. ¶ Bestia, id est, diaboli character superbia est, & hunc habere recte iudicatur quisquis scienter & per contemptū peccat, sicut de quibusdam Apostolus dicit: quia cū cognouissent deū, non sicut deū glorificauerunt, aut gratias egerunt, imo & sicut idē ait: Non probauerūt deū habere in notitia. Itaque & in eo quod sequitur, & in eos qui adorauerunt imaginem eius: promptū est intelligi, idololatriae scelus, quia dicit ibidem de illis Apostolus: Et immutauerunt gloriā incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrū, & bestiarū, & quadrupedū, & serpentū. In istos profecto factum est vulnus saeuum ac pessimū. ¶ Quod est illud vulnus saeuum ac pessimum? Propterea, inquit, tradidit eos deus in passiones ignominiae, vt faciant ea q̄ nō conueniunt. Nam foemina eorū immutauerunt vsū naturae in eum vsū qui est contra naturam. Similiter & masculi relicto naturali vsu foeminae, exarserunt in semetipsis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedē quā oportuit erroris sui in semetipsis recipiētes. Quid hoc vulnere peius aut sauius? Iccirco cū dixisset, vulnus saeuū, addidit: ac pessimū. Est em̄ nō solū peccatū, sed & pessima peccati poena. Igitur primus effudit phyalam suā in terrā, id est, in eos qui peccauerūt peccatum Sodomorum, quorum peccatum fuit saturitas panis & otium, quos terra coepit, quae, vt scriptura refert, irrigabatur prius sicut paradisi domini, eos in quā, redarguit & co- uicit, iccirco tam pessime viceratos esse, quia deū in notitia habere non probauerunt, & palā pronuntiauit quod pro hoc peccato, imo ab hac poena peccati iure transferri debeāt ad poenam ignis aeterni. Hoc modo suā iste phyalā effudit, sed nihilominus factum est in illis vulnus saeuū ac pessimū, ipsi em̄ huiusmodi passionibus sese exulcerare perstitērunt, post auditū futuri iudicij adijcentes contemptū. ¶ In quo haec prima phyalā & in illa prima tuba differunt, vt recte illa tuba primae, & haec phyalā nouissimae vna dicatur plagae. In eo videlicet, quod scriptura in qua tuba illa sonauit, i. clamor Sodomorum ad deū legitur ascendisse, nullam futurā in nouissimo die damnationis vel iudicij sententiam siue doctrinam protulit, sed tantummodo quod praesentialiter atq; visibiliter factum est, narrauit, i. quod corporali morte multati sunt per pluuiam ignis & sulphuris. Hic econtra vbi praedicator es euangelij de caelo reuelant irā, nullā in similes peccatores corporalis visibiliter aut praesentialiter de caelo vindicta descēdit, sed cōminatio fit de futuro tēpore, de inuisibili & aeterna damnatione, dicendū quoniam qui talia agunt digni sunt morte. Quae illic pro ratione temporis tacita est futura peccatorū poena, hic palā pronuntiat: & econtra quae illic acta est corporalis vel praesentialis poena, hic pro exēplo quidē cōmemoratur, sed nō infertur. Ergo recte illa de primis, haec plaga vna dī de nouissimis. ¶ Notandū praeterea quia illic tertia tantum terrae vel arborū pars cōbusta esse narratur, per quas, videlicet arborēs figurata locutione homines significantur, hic autē non tertia pars hominū, sed homines saeuo ac pessimo vulnere plagati esse referuntur. Deniq; tam Sodomitae q̄ Aegyptij, necnon & Chanaanai, quae gentes temporibus illis diuersa iudicia sustinuerunt, omnes de tertia parte hominum fuerunt, i. de stirpe Cham, qui ex tribus filijs Noe vnus fuit, quē & pater maledixit. Sed in nouissimo magni iudicij die, nunquid illa sola pars generis humani quae de Cham processit, secundum opera sua iudicabitur? Imo absq; distinctione personarū vel gentiū ira & indignatio, & tribulatio in omnē animam hoīs operantis malum, ait Ap̄s, Iudaei primum & Graeci, quo-

Roma, 8.

Gene, 19.

Roma, 1

Gene, 9.

Roma, 8

ei, quorum neuter de posteris Cham, sed alter de posteris Sem, alter de posteris Iaphet, Re- cte igit nō, vt illic, in tertiam partem hoīm, sed in hoīes vindicta secuta est. L. Et secundus effudit phyalam suam in mare, & factus est sanguis tanq̄ mortui: & oīs anima viuens, mortua est in mari. ¶ Mare omnes illi sunt, qui elati potentia seculi, tumorem imitant Pharaonis & Aegypti, Pharaō namq; & serui eius Aegyptij tanq̄ mare tumuerunt, & fluctus suos eleua- runt contra dñm. Nam sicut mare tumidum reciprocis intra semetipsum fluctibus confun- dit, & nunc accessibus nunc recessibus effertur, tādemq; in semetipso delassatum frenat atq; sedatur, sic Pharaō vel Aegyptus, contendendo cōtra deum variabat, nunc dicendo, pecca- uit: nunc ingrando rursus cor suum, quod simile erat recessui & accessui maris, tandemq; congruo moribus suis elemento, i. in medio maris perijt. ¶ Omnes ergo qui similiter con- tendendo contra dñm variantur in semetipsis. Exempli grā, de quibus Psalmsista dicit: Cum occideret eos quarebāt eū, & reuertebant, & diluculo veniebant ad eum: Et dilexerūt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autē ipsorum non erat rectū cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius: omnes, inquam, qui in eiusmodi infidelitate perseverant, recte intelligunt sub appellatione maris, & in eos effundit phyalā iracundiae dei taliter, vt modo supradictō plaga nouissima fit. ¶ Etenim vbi secūda tuba cecinit, per quam intelligimus clamorem filiorum Israel q̄ ascendit ad deum, ppter superbiam Aegyptiorū, nulla de nouissi- mo die iudicij, vel de poenis inferni cōminatio in eos sonuit, sed tantummodo minutis p̄sen- tium malorū plagis decies percussit, & tandem in mari rubro legitur & cantant submersi. Su- perbia illorū igne ardens inuicē illic significat, vbi serundo canente angelo, & tanquā mōs magnus, inq̄, igne ardens missus est in mare. ¶ Porro euangelij p̄dicatio, nihil tale infert si- milibus impijs, sed futuro illos iudicio terribiliter addicit. Itaq; & illa ad cāticum angeli de- mersio montis ardentis secūda, de primis: & haec effusio phyalae in mare secūda dī de pla- gis nouissimis. L. Et factus est, inq̄, sanguis tanq̄ mortui, i. i. damnatio huiusmodi impiorū erit sicut damnatio diaboli, qui vere iam dudum mortuus, i. deo viuo cōtrarius est. Et nāq; sociabant dicente iudice: Ite in ignem aeternū, qui p̄paratus est diabolo & angelis eius. L. Et omnis, ait, aīa viuens mortua est in mari. ¶ Quia, videlicet non tm̄ tertia pars generis huma- ni, de q̄ fuerunt Aegyptij, orti sunt quippe & ipsi ex vno de posteris Cham, sicut iam dictū est, sed omnis anima indifferenter iudicabitur, quae cūq; est in mari huiusmodi, siue Iudaei anima sit siue Graeci. ¶ Et recte aīa quae sic morit, viuēs mori dī, quia videlicet viuere in pec- cato dī quicūq; scienter & bono inuidens, malum operatur: sic Pharaō qui non per igno- rantiam, sed per inuidiam filios Israel persequabatur. L. Et tertius effudit phyalam suam sup flumina & super fontes aquarum, & factus est sanguis. ¶ Fluminum appellatione hoc loco illi intelligendi sunt, qui materiali quocq; gladio sanctos persecuti sunt. In eiusmodi flumina fontesq; aquarū tertio angelo tubā canente, stella magna ardens tanq̄ facula de caelo cecidit, i. ira dei quae septem gentes ad introitum filiorum Israel Iosue duce deleuit. ¶ Illae nāq; gē- tes odio habuerunt Israel, ex q̄ ascendit de terra Aegypti, sicut habes in Cantico Mosi. Cū em̄ dixisset, dux fuisti in misericordia populo quem redemisti, & portasti eum in fortitudi- ne tua ad habitaculum sanctum tuum, continuo subiunxit: Ascenderūt populi & irati sunt, dolores obtinuerunt omnes habitatores Philistinim, &c. Nondū enim p̄ranfierāt filij Israel & illi iam torquebant. Vnde & imprecondo dī: Fiant immobiles quasi lapis donec pertran- seat populus tuus dñe, donec pertranseat populus iste quē possidisti. Primus Amalech bel- lo illos aggressus est, quem pugnātem orando vicit Moses. Vnde dicit Balaam filius Beor: Principiū gentiū Amalech, cuius extrema perdent. Hoīe iccirco nūc meminisse libuit, ne di- cas eos q̄ arma tulerunt cōtra Israel, zelo & necessitate ductos omnes propter terram suam quā auferret Israel. ¶ Solā quippe terram, in qua ius sepulchri sibi emerat Abraham, vbi cū eo & cum Sara matre sua sepulti erant Isaac & Iacob, ex promisso dei repetebat Israel. Quare ergo venit Amalech q̄ erat ex Edom fratre Iacob, & pugnavit cum Israel? Quare ipse Edō exiuit armatus obiam fratri suo? ¶ Igitur super flumina & super fontes aquarū, quorū in tertiā partem tunc ira dei cecidit, q̄ tertius angelus tuba cecinit, effudit hic tertius angelus phya- lam suam: L. Et factus est, inquit, sanguis. ¶ Tunc non ita factum est, sed facta est tertia pars aquarū in absynthiū, & multi hoīes mortui sunt de aquis, quia amarā factae sunt. Multi nāq; Chanaanorū qui erant de saepe dicta tertia parte hoīm, tunc superauerunt, inter quos etiam commixti sunt filij Israel, & didicerūt opera eorum, & seruiērūt sculptilibus eorū, & factum est illis in scandalū. Quod vtiq; erat aquas verti illis in absynthiū, quae & bibentibus ita ama- rae factae sunt, vt propterea dei sui irā incurrerent. ¶ Porro hic vbi effudit nouissimae ter- tia plagae, i. phyalā tertiā, non ita est: Non tertia pars aquarū fit in absynthiū, sed vniuersali- ter fit sanguis. Nō em̄ sola posteritas Chā, qui, vt saepe dictū est, de trib⁹ Noe filijs vnus fuit, sed vniuersitas gentiū persecutricū aeterno iudicio addicit per hanc tertiā phyalam iracundiae dei, ita vt iam non supsint ex eis, q̄ sanctos eius persequi aut sollicitare vltius possint. Se- quitur

Exod, 18.

Psalms, 77.

Exod, 14. Supra, 2

Matth, 25.

Deut, 32.

Exod, 17. Nume, 24

Gene, 23

Psal, 108

quitur: L. Et audiui angelum aquarum dicentem: Iustus es, q. es, & qui eras sanctus, qui hæc iudicasti: q. sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, vt digni sunt. L. Quis est iste angelus aquarum? Imo quales istæ aquæ sunt? Vt q. fideles, de quibus in Esaiâ scriptum est: Aquæ eius fideles sunt: Qui ambulat, inquit, in iustitijs & loquit veritatem, q. projicit auaritiâ ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, q. obturat aurem suam ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum: iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Porro aq. fideles aquæ viuæ sunt, quæ de ventre credentis fluunt, sicut ait earundè dator aquarum: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Ergo iste angelus aquarum ille est, cuius aq. illæ sunt, cui datæ sunt, cuius de ventre fluunt, vt videlicet, omnis scriba doctus in regno cælorum, omnis sanctorum fidelis interpres, siue etiam autor scripturæ, qui pro eo qd. labia eius custodiunt scientiam, meret hoc loco insigniter dici angelus aquarum: non quod secundum personam vnus homo tantum, sed quod secundum fidem vnus sit sensus omnium. Omnium quippe qui veraciter in sanctorum cõuer santur aquis scripturarum, vnus spūs est, & vna fides, & si illas rite consulas, omnes concorditer dicunt, & in isto consentiunt, q. deus iudex iustus est. Ait igitur angelus aquarum: Iustus es, qui es, & q. eras sanctus, qui hæc iudicasti: quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt, & sanguinem eius dedisti bibere, vt digni sunt. Hæc descriptio æterni dei iã ante in hac scriptura frequentata est, q. eras, & qui es, & qui venturus est. Porro tertium hoc, & qui venturus es, iccirco non dicitur hic, quia confessio ista iustitiæ dei temporis illius est, post quod iam vltra non est venturus. Igitur qui es, & qui eras, i. qui & nunc permanes in secula, & qui eras ante secula, in quo frustrata sunt omnia, quæ nomen tuum absorbere molita sunt flumina. Es enim qui eras, & in sua firmitate stat, & persistit illa veritas prophetica: Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli ipsi peribit, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent: Et sicut opertorium mutabis eos, & mutantur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Tu, inquit, qui hæc iudicasti iustus es. Quid enim iudicasti? Quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt: iccirco sanguinem eis bibere dedisti, & hac retributione homicidas & sanguinarios dignos iudicasti. Nimirum in tali damnatione primi ante omnes gentes bibere digni sunt iudæi, quippe q. non solum sanctorum & prophetarum sanguinem fuderunt, verum etiam ipsum sanctum sanctorum & prophetarum dominum occiderunt. Iccirco iam adhuc viuentes pregustant potum sanguinis vbiq. miseri, & torti conscientia crudeli, trahentes à patribus suis hæreditatem sanguinis, cum isto quasi scripto testamento: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Iccirco quicquid de scripturarum aquis bibere se putant in synagogis suis, sanguis eius sit: quia mortifero illas intellectu corrumpunt sibimetipsis, concedente illis & indicante spū prophetiæ, cum dicit: Fiat mēsa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionē, & in scandalum. Obscuretur oculi eorum ne videant, & in dorsum eorū semper incurua. Sequitur: L. Et audiui altare dicens: Etiam domine deus omnipotens vera & iusta iudicia tua. J. Apud nonnullos ita legitur: Et audiui alterum dicens: & legendo alterum, subaudiui voluit verbum siue responsum. Porro in emendatioribus codicibus altare scriptum est, & hoc nõ frustra placet si recolat sanctos & prophetas, quorum isti sanguinem fuisse accusantur superius subtus altare clamasse ad deum, vbi sic scriptum est: Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum dei & propter testimonium qd. habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsq. quo domine sanctus & verus non iudicas & vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Vt autem dicatur, audiui altare dicens, sitq. sensus, audiui eos qui erant subtus altare dicentes, nõ inusitatus apud gramaticos locutionis modus est, sitq. per tropum q. *μυστικῶς* dicitur, per id quod continet significans id quod continetur. Igitur audiui altare dicens, id est, audiui subtus altare illos q. prius audieram non iam clamantes, & iudiciū aut vindictam sui sanguinis reposcentes, sed iam peracta vindicta quam exigebant, iudicantis atq. vindicantis iustitiam laudantes atq. dicentes: Etiam domine deo omnipotens, vera & iusta iudicia tua. Vera vtiq. in verbo, iusta in facto. L. Et quartus angelus effudit phyalam suam in solem, & datū est illi æstu afficere homines & igni. J. Illic vbi quartus angelus tuba cecinit percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, tertiaq. pars stellarum. Et hic & illic per solem illa dei sedes intelligit, de q. in Psalmo dicit: Et sedes eius sicut sol in conspectu meo, scilicet, ecclesia de q. vel in q. Chrs. est, sol iustitiæ. Vt hoc interesse didicimus, quod talis illic ecclesia significata est, qualis habens iam repromissionem nascitur ex se solis Christi, de Aegypto ascendit, & percussa est atq. in deserto prostrata pars ei. quæ murmurauit. Hic aut talis significat, q. de baptismo post Christi passionem ascendit, & damnantur in ea qui sunt falsi fratres, falsi Christiani, deū se nosse confidentes, factis autem negantes. Deniq. in eos quoq. pleno ore sua effudit phiala, pro eo quod

Esai. 33

Iohan. 7

Math. 17
Malach. 2

Psal. 101

Math. 26

Psal. 68

Supra 6

Shpra 8
Psal. 89

eo quod sua elemosynis redimere negligunt peccata, nec faciunt sex opera misericordiæ, quæ sunt, esurienti cibare, sitiēti potū dare, nudū vestire, hospitē colligere, infirmū visitare, ad eum q. in carcere est, venire. Qui ista non faciunt imo & faciētib. detrahunt, nunqd. nõ & ipsi bibunt de phyalâ iracundiæ dei, vt eant in ignem æternum? L. Effudit igit phyalâ suâ in solem, & datum est illi æstu afficere homines & igni. J. Hoc datum est huic angelo, vt homines, videlicet carnales, inter quos verbi gratia, zelus est & contentio, redarguēs quod homines sint, afficiat eos malo duplici, æstu & igni, i. præsentiali pariter & futura potestate iudicandi. Nam de illis quidem qui foris sunt dicit Apłs, quid ad nos iudicare? & subaudiendum, in p̄sentia de illis autem q. intus sunt, nonne vos iudicatis, ait: & intelligendum est tam de p̄sentia q. de futuro iudicio. Iudicant namq. p̄lati iam nunc eos q. intus sunt, exēpli gr̄a, cum dicit idem Apłs: Ego quidem absens corpore, p̄sens autem spū, iam iudicauit tradere eiusmodi hominem Satang in interitum carnis, vt spūs saluus sit in die domini. Taliter iudicare nimirum est hoies afficere. Afluant namq. quodã pudoris æstu, quando à cœtu ecclesiæ segregant, ita vt nec aue dicere, nec cibū liceat cū huiusmodi sumere. Quod si tali æstu correpti non corrigunt, tunc demum iustum erit vt in futuro afficiant eos igni, vt iudicio ipsorum, qm̄ rebelles & contemptores extiterunt, tradantur gehennæ igni. Sequitur: L. Et æstuauerunt hoies æstu magno, & blasphemaerunt nomen dei habentis potestatem super has plagas, neq. egerunt p̄nitentiã vt darent illi gloriã. J. Hoc plerunq. & fecerunt & faciunt in omni ordine ecclesiæ homines eiusmodi, superbi, elati, procaces, proterui, detractores, murmuriosi, voluptatū amatores, doctrinæ sanctæ contemptores, qualium oim̄ exemplū fuerunt Dathan & Abyron, & ceteri carne & non fide filij Israel, quorum sicut superius in ordine, septē tubarū quarto canente angelo meminimus, corpora in deserto diuersis modis prostrata sunt. Eiusmodi namq. hoies quando pro suis excessibus corripiuntur, æstuat æstu magno, videlicet irascendo, contradicendo, contentionis, rixæ & implacabilis odiū flammã contra rectores suos conspirando, secundū formã iam dictorū Dathan & Abyron, & ceterorū q. consurrexerunt aduersus Moſen & Aaron, Taliū amaritudo & verba mala quæ p̄ferunt ex abundantia fellis, quanti sint criminis illud insinuat quod subiungit: L. Et blasphemaerunt nomen dei. J. Quicqd. enim aduersus p̄latos vel patres insaniunt, totum redundat in deum, quemadmodū iam dicti attestantur Moſes & Aaron. Nos enim, inquit, quid sumus q. murmuratis contra nos? Neq. enim contra nos est murmur v̄m, sed contra dñm. Hoc ipm̄ p̄sens locus adhuc altius exprimit cum p̄missio, & blasphemaerunt nomen dei, subiungitur: L. Habentis potestatem super has plagas. J. Ac si dicatur, blasphemando p̄latos, & eorum contēndo iudicalem sententiã, non ipsos sed nomen dei blasphemant, & iccirco illis culpa hæc pro blasphemia in deū iuste reputabitur: q. quod p̄lati propter disciplinam faciunt aut iudicant, non sua sed dei potestate vel autoritate faciunt. Quod perpendens Paulus non dubitat dicere, quod sciret esse districtus, videlicet pro potestate eius qui in ipso loquebatur. Ait em̄: An experimentū queritis eius q. in me loquitur Chrs? Recte igitur rebellio cõtra disciplinã pro blasphemia in deū illis reputatur, p̄sertim quia de illis subditur adhuc: L. Neq. egerunt p̄nitentiã vt darent illi gloriã. J. Cor namq. imp̄nitens conuincitur blasphemare deum, imo spiritum sanctum, quia dum defendit iniquitatē, sine dubio pugnat contra deū, impugnat spūs sancti iudiciū. Hinc est illud quod ad Saul Samuel loquit: Qm̄ quasi peccatum ariolandi est, nolle auscultare, & quasi idololatriæ scelus, nolle adquiescere. L. Et quintus effudit phyalam suam super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum. Et manducaerunt linguas suas p̄ dolore, & blasphemaerunt deū cœli p̄ doloribus & vulneribus, & non egerunt p̄nitentiã ex operibus suis. J. Vbi quintus angelus tuba cecinit, illic aperit fumigatū puteus abyssi, hic autem vbi quintus angelus phyalam suam effudit, sedes bestiæ contenebescit. In ceteris rã tubarū cantibus q. phyalarū effusionibus res siue partes mundi noibus eisdem proferuntur, terra, mare, flumina & fontes, sol & fluius Eufrates: hic appellatio variat, cum pro puteo abyssi sedes bestiæ scribit. Quid rogo est sedes bestiæ, nisi illud super quod bestia innititur? Quid autem illud est nisi mendaciū. Deniq. sicut autoritas dei nõ nisi veritas est, sic fulcimentū diaboli nõ nisi mendaciū est. Igitur sicut illic in puteo abyssi, sic & istic in sede bestiæ mendaciū recte inteligitur. Nimirum ex quo diaboli mendacio per linguas hæreticorū se prodente, venerabilis ordo sanctorū patrum econtra exurrexit, & perfidiam illorum promptis scripturarū testimonijs conuictã, in super æterno anathemate damnauit, extunc angelus iste suam sup sedem bestiæ phyalam effudit. Sed quid econtra hæreticorū? Nunqd. quieuerunt, & victrici obtemperauerunt veritati? Non vtiq. imo magis insaniuerunt, & magis suam impietatē dilatauerunt, & in furore suo laborare fecerūt orbē terrarū. Sequitur ergo: L. Et factum est regnum eius tenebrosum, & manducaerunt linguas suas p̄ dolore. J. Ipsi enim regnum bestiæ sunt vel fuerunt, vtpote in quibus locum paratum inuenit illa sedes bestiæ, i. mendacium.

Tit. 1
Danie. 4
Math. 27

1. Cor. 3

1. Cor. 14

Ibidem.
2. Iohan. 6

Num. 16
Roma, 19

Num. 16

2. Cor. 13

1. Reg. 18

Effusa ergo phiala regnum bestiarum factum est turbosum, quia datis sententijs iudicialibus super perfidiam hereticorum, illi furore & invidia fumigantes amplius excruciatum sunt. Quod autem isti comanducaverunt linguas suas: Nimirum contra semetipsos sentiendo, contraria sibi semetipsis dicendo, aduersus semetipsos sectarum contrarietibus dimicando. Nam contra catholicam quidem ecclesiam pari & quasi concordiam malignitatis spiritu depugnant, sed contra semetipsos discorditer confligendo, hereses multifidas fecerunt, & ita suas quicquid partes defendendo, contendendo atque rixando linguas suas comanducant. ¶ Quare? Præ dolore, inquit, id est invidia. Non enim hic dolor aliter intelligendus est, quam illic ubi scriptum est: Ecce parturit iniquitatem, & concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Item: Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo, sub lingua eius labor & dolor. Præ dolore huiusmodi linguas suas comanducaverunt, id est invidia factas inter se contrarias faciendo, semetipsos linguas suis comanducaverunt. Additur adhuc: Et blasphemauerunt deum per dolores & vulneribus suis. ¶ Mira res. Et blasphemauerunt, inquit, deum. Quare? Præ doloribus & vulneribus suis, id est propter invidias & odia priuata, quae profecto vulnera sunt non corporis, sed cordis. Hoc mirabile est, autem verum est. ¶ Nam exempli gratia, sicut ecclesiasticae litterae testantur, propter odium in Alexandrum pontificem suum Arrius presbyter in blasphemiam contra deum erupit, & ut illi scandalum committeret, quoniam oderat eum, & inuidebat illi, contraria de filio dei dogmatizare cepit. Igitur vniuersaliter de hereticis veraciter dixerit: quia blasphemauerunt deum per dolores & vulneribus suis. Ad extremum dicit adhuc: Et non egerunt poenitentiam ex operibus suis. ¶ Quod isti agerent poenitentiam, qui contra spiritum sanctum verba dicebant? Denique sicut prius quoque patrum tradit auctoritas, ille contra spiritum sanctum verbum dicit, qui non per ignorantiam, sed per inuidiam sanctae scripturae contradicit, quae sine dubio voces & verba sunt spiritus sancti. Dominus autem dicit: Quia quicumque dixerit verbum contra spiritum sanctum, non remittet ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Iudicium namque est spiritus sancti, ut qui sic peccauerit, nunquam condignam poenitentiam agere inspiret illi. Vbi autem poenitentia non praecedat, remissio non potest subsequi. Non igitur remittetur eis qui poenitentiam non egerunt neque agere potuerunt, ex operibus suis, deserti iudicio spiritus sancti, quia blasphemauerunt deum, non per ignorantiam, sed ut iam dictum est, per dolores & vulneribus suis, doloribus inuidiae, vulneribus odii. ¶ Et sextus effudit phialam suam in flumen illud magnum Eufraatē, & siccauit aquas eius, ut pararet viam regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis, & de ore bestiarum, & de ore pseudoprophetae spiritus tres immundos in modum ranarum procedere. ¶ Vbi sextus angelus tuba cecinit, soluti sunt quatuor angeli qui alligati erant in flumine magno Eufraate, & plaga fuit corripiens populum dei per quatuor principalia regna mundi, sub quibus afflicti sunt filii Israel sive Iuda per iudicium dei. Non fuit illa plaga de nouissimis in quibus consummatur iracundia dei: quia non animas sed corpora tradebat talibus angelis, id est regnis terrenis. ¶ At vero haec phiala in flumen effunditur iracundiae dei, in illud flumen, non ut soluantur tales angeli, sed ut siccarentur aquae eius, & pararetur via regibus ab ortu solis. Ergo in aqua fluminis effunditur phiala irae dei, & ideo aquam talem oportet intelligi, cui rationabiliter dicat debere iracundiam dei. Alias autem cum & mare, & flumina, & fontes aquarum in sanguinem anteriores phialae damnauerint. Quid est quod flumen Eufrates propria meret phialam, nisi quia inter caetera mala quae sunt sub sole, malum quoddam aquae fluminis huius significat? ¶ Est enim malum cuius damnationem in anterioribus phialis non dum attigimus, quod hic & prius per aquas fluminis illius, & deinde per tres immundos spiritus in modum ranarum prorepentes significari recte intelligit. Nimirum malum hoc trifidum est, & eius partes sunt pestifera magorum, commenta philosophorum, fragmenta poetarum. Eorum profunda malitia & turbida loquacitas congrue per aquas Eufraatē significat. ¶ Quia, videlicet, Eufraates Babyloniae flumen est, & per eam fluens in multa capita diuiditur, quae ipso quoque nomine suo in scripturis significare solet vniuersam generationem impiorum, contrariam generationi rectorum, ciuitatem diaboli contrariam ciuitati dei. Babylon quippe interpretatur confusio. Igitur postquam in mare & super flumina fontesque aquarum phialae effusa sunt, effundit & ista in Eufraatem: quia condemnationem sibi acquserunt tyranni vel reges impij cum nationibus sibi subditis, illis quoque ira debet qui illos dementauerunt, errorumque illis auxerunt vaniloquijs, imo & scripturis suis malitiosis, mendacibus, fabulosis. ¶ Antequam super aquas huiusmodi reuelaretur ira dei de caelo per euangelium Christi, non poterant eas transire reges sancti, id est hi qui principes sive autores fuerunt scripturarum veritatis, quorum etiam seculari dignitate reges fuerunt nonnulli, quales recte dicuntur venisse ab ortu solis, quia non venerunt aut locuti sunt a semetipsis, sed ut loquerentur quid loquerentur acceperunt ab illuminatione diuinitatis. Non poterant autem illas transire reges isti, non poterant cum vna lingua Hebraica occurrere Graecis facundis, disertisque Latinis grammatice, rhetoribus, dialecticis, tot poetis, tragicis, comicis, satyricis. ¶ At ubi venit ille spiritus veritatis ut argueret mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio: nimirum arguendo

Psal. 7.
Psal. 9.

Math. 12

Iohan. 16.

arguendo id quod effecit, ut siccarentur tantae aquae tam magni fluminis: stultam enim fecit sapientiam huius mundi. Procedente namque sapientia dei & ratione reddente de eo quod videbat stultum dei, quem admodum Apollus dicit: Nos autem praedicamus Iesum Christum, & hunc crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus stultitiam, ex comparatione eius stultum esse apparuit & aridum, quod eatenus gratiae videbatur & profundum. Quam vilis quamque execrabilis & abiecta fuerit vel apparuerit illa talis sapientia seculi in oculis eorum quos veritas illuminauit, pulchre in sua persona insinuat cum dicitur: Et vidi de ore draconis, & de ore bestiarum, & de ore pseudoprophetae spiritus tres immundos in modum ranarum procedere. ¶ Spiritus immundos ait, id est sectas quasi sapientiae & scientiae, magicae, poeticae, & philosophicae, quas contrarius sancto spiritui immundus huius mundi spiritus aspirauit. Spiritus namque immundos magi praecipue patronos quae nescio infelici quodam pacto asseruerunt sibi poetae sub nominibus honestis, eosdem cogitant spiritus immundos aspirare sibi, sacrilega presumptione deos appellantes cum demones sint. Porro qui philosophis spiritus aspirauit, is quoque sine dubio immundus extitit. An non de illis Apollus dicit: quia dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt & euauerunt in cogitationibus suis? Et vide quantam usque ad immunditiam euauerunt, quae seruientes creaturae potius quam creatori, propterea in passionibus ignominiae suae in desideria cordis sui in immunditiam traditi sunt. Recte igitur dicuntur spiritus immundi. ¶ Porro draconis nomine diabolus, bestiarum vero appellatione bestiale regnum diaboli hoc loco designari recte intelligitur. Nam apud Danielem per quatuor bestias quatuor mundi principalia regna significantur, id est Babylonium, Persicum sive Medicum, Macedonicum atque Romanum. ¶ De ore ergo draconis spiritus primus processit, quia magicam artem humana curiositas de confabulatione diaboli addidit. De ore bestiarum quoque spiritus exiit, quia bestiali regno mundi huius adulando humanae mentis ignobilitas reges terre nos, homines, figmentis poeticis in deos euexit, & in caelum stellarumque orbes translato fabulosis naribus decantauit. ¶ Pseudopropheta philosophia quoque extitit, quae phanaticorum spurcitas deorum, verbi gratia, adulteria Iouis, zelumque Iunonis sororis & coniugis, & meretricia Veneris, & caetera talia retulit ad elementa mundi, cupiens ea quae iam erubescere poterant homines, de dijs suis quasi interpretatiombus subornare allegoricis. Vere pseudopropheta talis quisque interpres extitit, quia de corde suo prophetauit, & vane pudorem humanum consolatus, adulteria deorum fictis & inutilibus adornando mysterijs, & in eo remanendo nihilominus ut seruiret creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula, amen. Vidi, inquit, de ore draconis, & de ore bestiarum, & de ore pseudoprophetae exire spiritus tres immundos, & addidit adhuc: In modum ranarum. ¶ Nimirum ranae & immundae sunt & turpes, & exiguae, & quasi loquaces. In luto namque commorantes importune & quasi cum garrulitate coaxando gremium auferunt. Congrua ergo assimilatio dum ranis adaequantur, vel similes perhibentur hi qui sibi magni & eloquentes videntur. ¶ Verbi gratia, poetae qui sibi magna sonare videntur, sed ois eorum materia fabulosa lutum est, & magnitudo eorum inflatio est. Quapropter quoniam scientia illorum cum nulla sit, inflat aduersus scientiam dei, pulchre satis eorum spiritui congruit illud de fabella Aesopi, ubi sufflato tentans se extendere ad magnitudinem bouis, dum conatur & pellem frustra distendit, tandem ultra vires sufflato crepuit. Denique ubi nunc illi sunt grandiloqui qui se extulerunt aduersus veram magnitudinem scientiae dei? Perijt memoria eorum cum sonitu, & dominus eorum in aeternum permanet. Quis enim loquacitati illorum hominum credit? Imo quis eorum theologiae turpes leges vel audiens non irridet? ¶ Porro magi quorum principes in Aegypto Iamnes & Mambres, per incantationes suas coram Pharaone aduersus Moysen & Aaron ranas eduxerunt, & ultra non valuerunt, modum recte dicuntur habere ranarum, ut eis similes sint quas contra deum fecerunt, ultra quas eorum praestigia non valuerunt. Sequitur: Sunt enim spiritus daemoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terrae congregare illos in praelium ad diem magnum omnipotentis. ¶ Vere, inquit, illos spiritus immundos dixerim, sunt enim spiritus daemoniorum. Na reuera cum veritati contraria sint dogmata eorum, nulli dubium quin omnes magnitudines imo inflationes eiusmodi sint aspirationes daemoniorum. ¶ Et procedunt, inquit, ad reges totius terrae congregare illos in praelium. Primi hoc (ut sancta narrat scriptura) iam dicti malefici illi Iamnes & Mambres fecerunt. Processit enim qui in illis erat spiritus seductionis ad regem Aegypti, & fiducia signorum quae faciebant quasi similia signis virtutis dei, auxerunt stultitiam eius, ut contra deum pugnantem pro Israel auderet phari. Tales vel simili modo caeteri malefici, poetae, philosophi, congregauerunt reges totius terrae, non quidem in vno loco, sed in vno eundemque pessima voluntatis statum, ut praerentur contra deum, ut praerenti magna aestimatioe illorum reges terrae, dedignarentur aut negligerent magna aestimare miracula quae serui domini facerent, vel mirari sapientiam quam praedicarent, quoniam & illi contra mira facere & magnifice ut sapientes illi loqui consueuissent. Praerati sunt ergo & phari non desinunt, persequendo oes qui in Christo pie viuere volunt, sed malo suo, quia taliter congregati in praelium congregabuntur in iudicium.

1. Cor. 13.

Roma. 1.

Ezech. 13.

Roman. 1.

2. Cor. 10.

Psal. 94.

2. Tim. 3.

Sophon. i. Vnde cū dixisset hic, congregare illos in flum, addidit: L Ad diem magnū omnipotētis. J Nam dies omnipotentis dies erit iudicij, sine dubio magnus, sicut propheta dicit: luxta est dies dñi magnus iuxta & velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabit ibi fortis, &c. Iuxta est aut ille, & verum est. Nam est aliqua mora videtur ex quo ille prophetauit vsq; ad illum diem magnum omnipotentis, at certe prope est vnicuiq; mors, i. presentis vitæ finis, & nescitur quando venturus sit. Ait ergo confestim: L Ecce venio sicut fur. J Malus seruus dicit in corde suo, moram facit dominus venire. Dominus autem dicit: Ecce adsum, cito venio: additq; sicut fur, videlicet negligentibus & dormientibus formidandus. Furis namq; similitudinem ipse sibi adhibere dignatus est, dum præmissis seruis suis præcepit vt vigilant, quia nescitis, in quiens, qua hora filius hominis venturus est, ait: Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilarer vtique & non fineret perfodi domū suā. Eadem intentione vel causa qua illic dicit: Sint lumbi vestri præcincti, beati serui illi quos cū venerit dominus inuenerit vigilantes, continuo & hic subiungit: L Beatus q; vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. J Hoc propter magnū diem suum omnipotens intulit, quia præmissum erat congregari reges terræ in prælium ad diem magnum omnipotentis. Sequitur: L Et congregauit illos in prælium in loco q; vocatur Hebraice Hermagedon. J Quos illos congregauit: Vtiq; reges, q; de regibus congregatio ista scribi cæpta est. Sunt autem hic diuersi imo oppositi & contrarij reges. Nā de bonis regibus præmissum fuerat, vt pararetur via regibus ab ortu solis: de malis vero subiunctū, & procedet ad reges totius terræ cōgregare illos in flum. Quos ergo regū istos congregauit in loco q; vocatur Hebraice Hermagedon, vel quis cōgregauit tali illos in loco? Non em̄ singulararem aliquam pmiserat, neq; aperte distinguit quos malos an bonos cōgregauerit. Ex ergo dicere licet, quia malorū & bonorū congregatio hic illa præsignata est, de qua non ignoramus, q; cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, tunc congregabuntur ante eum non solum reges, sed etiam oēs gentes. Illic in prælium mirabile congregabunt, quia videlicet illic plij malorū & bonorū mirabilis & horrendus finis statutus est. Ille status recte designatur hoc noīe, quod hic ponitur Hermagedon. Interpretatur enim confurrectio in priora, sive mons globosus. Congregationem ergo illam recte significat, vbi & sancti reges qui venerunt ab ortu solis in priora confurgent, & ad iudicandum sedebunt, & mali reges tanq; mons globosus tollentur cum diabolo suo principe, quia tunc reuera dicet monti huic, tollere & mittere non iam in mare, sed in profundum gehennæ. L Et septimus effudit phyalā suā in aerem: Et exiit vox magna de templo à throno dicens: Factum est. J Et illic vbi septimus angelus tuba cecinit, factæ sunt voces magnæ in celo dicentes: Factum est regnum mundi huius dñi nostri & Christi eius. Itaq; & hic cum dicitur factum est, idem intelligendum est, .i. regnum dñi nostri & Christi eius, illa tñ cum discretione, vt plus iracundiæ dei uentis in hac septima phyala, quam in illa septima tuba perpendamus. Istæ nāq; plagæ nouissimæ sunt, illæ autem primæ: quæ in eo discernuntur, q; illæ visibilia, istæ inuisibilia diuersitates distinctionesq; sunt malorū. Ergo in illa septima tuba visibilis cōflagratio vniuersi mundi huius, in ista septima phyala recte illa plenitudo damnationis intelligitur, qua dæmones puniendi sunt, q; nunc per istum aerem de celo proiecti vagant. Nam hoc est qd dicit: L Et septimus effudit phyalam suam in aerem. J .i. super cateruas siue potestates aereas. Et recte in illos phyala effunditur septima, quia videlicet quicquid malorū præcedentibus sex phyalis vindicatur, in ipsos redundat, qui malorū eorundem inceptores sunt. Vnde & principatus, & potestates, & rectores mundi huius, tenentiarum harum, ab Aplo vocantur. Cum igitur dicit magna vox ista: L Factum est. J Idem est, ac si dicat: In electis regnum dei adimpletum, & in reprobis ira dei consummata est, quia diabolus quoq; cum angelis suis in profundum inferni præcipitatus est. L Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræ motus factus est magnus qualis nunq; fuit, ex quo hoies fuerunt super terram talis terræ motus sic magnus. J Non post illam vocem magnam dicentem, factum est, sed interim dum phyalas suas effundunt angeli, facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræ motus. Fulgura namq; miracula, voces testimonia scripturæ, tonitrua comminationes futurorū sunt malorū, quibus omnibus confirmauerunt sermonē suū angeli q; phyalas suas effuderūt, .i. prædicatores q; iudicium dei futurum prædicare missi sunt in mundū vniuersum. Porro terræ motus qui factus est sic magnus, terræ motus cordiū nostrorū extitit, quæ commota sunt audita prædicatione euangelij, in quo reuelatur ira dei. De hoc tali terræ motu Psalmista dicit: Commota est & cōtremuit terra, & fundamēta montiū conturbata sunt, & cōmota sunt, qm̄ iratus est eis, &c. Talis terræ motus sic magnus non fuit, inq; ex quo hoies fuerunt super terrā: quia, videlicet, nunq; ante Chfi aduentum factum fuerat, vt prædicatores missi vniuersum cōmouerent mundū, vt coelis enarrantibus gloriā dei, in omnem terrā exiit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorum, Terræ motus eiusdem magnitudinem ex subsequētib; vult intelligi

telligi cum dicit: L Et fracta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentiū ceciderūt. J Ciuitas magna hoc loco generis humani vniuersitas est. Nam ne putemus iam hic eam solum intelligi diuisionem in qua deputantur tantummodo reprobis, continuo subiungit de illa & dicit: Et Babylon magna venit in memoriam ante deum, dare illi calicem vini iræ indignationis eius. Ergo vtrunq; oportet animaduerti, & vnūquodq; suo sensu probabiliter distinguere. Quod vniuersitas mundi non solum vna ciuitas, vtz etiam quasi vnum atriu vniuersitatis ante aduentum Christi exiterit, permixtum ex electis ac reprobis, nota dñi nostri Iesu Christi autoritas hoc modo tradit: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius in quibus confidebat auferet, & spolia eius distribuet. Porro q; hæc ciuitas ad prædicationem euangelij quo sicut istæ phylæ suimet effusione significant reuelatur ira dei, in tres partes diuidenda esset, ipse dñs hoc modo prædixit: Nolite putare q; venerim pacem mittere in terram. Non enim veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Istæ sunt tres partes q; Lucas adhuc distinctius expressit his verbis: Putatis quia veni pacem dare in terram? Non dico vobis, sed separationē. Erunt enim ex hoc quinq; in domo vna diuisi: Tres in duos, & duo in tres diuidentur. Pater in filium, & filius in patrem suum: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum, & nurus in socrum suam. Notandum quia duo sunt, .i. pater & mater, .i. vir & vxor, in quos tres diuiduntur: ipsi autem duo, .i. vir & vxor, contra se nequaquam propter euangelium diuiduntur. Neq; euangelij causa, imo nulla, nisi sola fornicationis causa viro ab vxore, vel vxori & viro discedere cōceditur. Igitur phyalis effusio iracundiæ dei ciuitas magna in tres partes facta est, .i. reuelata per euangelium ira dei, alijs ad penitentiam confugientibus, alijs in impoenitētia remanentibus, communes hominum necessitudines, quæ naturaliter magnæ sunt, trifariam diuisæ sunt, dum sibi in via dñi non contentiunt, disceditq; filius à patre, filia à matre, & nurus à socru sua. His partibus factis dum isti conuertuntur & sunt Hierusalem ciuitas dei, illi auerfi permanent, vt erant, Babylon ciuitas diaboli, profecto sunt inexcusabiles, & tunc demum peccati illorum, quo fideles persequuntur, deus recordat, vt videlicet, sicut scriptū est: Quoniam requirens sanguinem, eorum recordatus est, non est oblitus clamorem pauperum. Sequitur ergo: L Et Babylon magna venit in memoriam ante deum, dare ei calicem vini iræ indignationis eius. J Sententiam damnationis appellat calicem vini, addendo iræ & indignationis: videlicet ad distantiam boni & præclari calicis, de quo in Psalmo deus dicit: Et calix meus inebriat q; præclarus est. Deniq; sicut calix ille gratiæ feliciter, sic contra iste calix iræ infeliciter inebriat, vt ciuitas diaboli æterna sopiatur stultitia, sicut dicit Eccles, q; nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia sunt apud inferos q; tu pperas. Causam adhuc maiore reddidit cur ciuitas illa talem in memoriam ante deum venerit, Ait enim: L Et omnis insula fugit & montes non sunt inuenti. J Idem namq; est ac si diceret: Et in eo ciuitas illa memoriā suam in malum suum suscitauit: quia persecutiones tanq; fluctus maris fugientes serui dei absconderunt se in remotis locis, sicut & de antiquioribus sanctis Paulus congemiscendo dicit: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus & in speluncis, & in cauernis terræ. Deniq; per insulas, ecclesias: per montes sanctos eminentiores, significari in scripturis vñtatum est. Nunquid per ipsam sanctorum fugam euangelij prædicatio contigit? Non vtiq; imo magis inualuit. Sequitur ergo: L Et grando magna sicut talentum descendit de celo in homines. J Et est sensus: Quanto maiores sancti persecutiones passi sunt, tanto magis prædicauerunt, & iram dei de celo super omnem impietatem hominum reuelauerūt. Hæc erat grando magna, inquit, sicut talentum: quo dicto significat vnicuiq; reddi quod meretur, quasi ad pondus secundum peccati sui modum. At illi qui eiusmodi sunt homines impij, & rebelles iustitiæ & veritatis, quanto plus arguuntur tãto deteriores fiunt, imo interdum verbo quoq; resistunt & contradicunt & maledicunt. Sequitur ergo: L Et blasphemauerunt homines deū propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehementer. J Quod est dicit: Et conuerterunt se ad blasphemias impij, propter insuperabilem constantiā prædicationis, & quia ratione non poterant defendi, sæuiterunt maledictis, quia tantus erat in illis spiritus sapientiæ & fortitudinis, vt nullo modo possent exuperari. Tales primum sunt Iudæi, de quibus in Actibus apostolorum Lucas dicit: Cum venissent ad Macedoniam Syllas & Timotheus, instabat verbo Paulus testificans Iudæis esse Christum Iesum. Contradicētib; autem eis & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua dixit eis: Sanguis vester super caput vñm. Mundus ego ex hoc ad gentes vadam

Lucæ. iij.
Math. iij.
Lucæ. iij.
Matt. s. i. p. 18.
Psalm. 9.
Psalm. 22.
Eccles. 9.
Hebr. ii.
Deut. 28.
Acto. 18.

CLIII. **RVPERTI ABBATIS**
 TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN-
 NIS APOSTOLI COMMENTARIO-
 RVM LIBER X.



2. Timo. 3.

CAP. XVII

Prostitus
 tionis,

Pfal. 72

DEHINC per imagines congruas dictaq; conuenientia demon-
 stratur spūs pietatis, quid erga electos suos operetur aut operaturus
 sit. Est em̄ opus siue officii spiritus sancti, secundū hoc ipm̄ nomen
 qd̄ est spūs pietatis, sanctos oēs in hoc seculo peregrinantes, & per-
 secutiones pie viuendo patientes, consolari vt non fatigaretur ad-
 uerfis, neq; æmulent in malignantibus, dū faciendū iniquitatem ele-
 uant & exaltant in gloria huius mundi, & cupitis fruuntur diuitijs.
 Hoc aut̄ in scripturæ huius parte ista quā nunc ingredimur duobus
 agit modis. Primo nanq; demonstrat cito auferendam esse maligno-
 rum vim q̄ sanctos persequuntur: deinde successurā fore gloriam re-
 gni dei, in q̄ deus à sanctis suis frequens alleluia dicētibz, æterna cū exultatione laudabitur.
 Igit̄ sicut in præcedentiū septē phyalaz̄ effusione recte spm̄ scientiæ p̄dicari aiaduertimus,
 ita in istis spiritū pietatis per opera sua cōmendari, non dubitamus, qui illū in sæpe memora-
 to prophetica lectionis ordine sequit̄. Iste nanq; sextus est septem spiritūū, à quibus gratia
 mandat̄ ecclesiis in capite libri huius. Ait: L. Et venit vnus de septē angelis qui habebant sep-
 tem phialas, & locutus est mecū dicens: Veni ostendā tibi damnationē meretricis magnæ,
 quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inha-
 bitant terrā, de vino fornicationis eius. ¶ Vnus iste de septem angelis septē phyalas habentibus,
 vnā fidē & vnū significat spiritū qui in eis loquit̄. Oēs quippe angeli isti, i. oēs scripto-
 res siue scripturaz̄ tractatores q̄s ecclesia sancta recipit, idē dicunt, idē sapiunt, & schismata
 in eis non sunt. Porro Iohānes qui vnū illū ad se venisse, secūq; locutū esse dicit tot & tanta
 verba cōsolationis, hoc loco sanctoz̄ oim̄ in sua p̄sona typū gerit, q̄nq; in hoc seculo pere-
 grinātes meruerūt vel merent̄ p̄ cōsolationē scripturaz̄ beata spe confortari. Nā hic idē Iohānes
 qm̄ hæc v̄dit, particeps eoz̄ factus erat in tribulatione, quippe qui in Parthos infu-
 la exulabat, propter euangeliū illuc missus à Domitiano Cæsare, & iccirco cōmunes eorum
 cōsolationes p̄pria meruit experiri visione. L. Veni, inq̄t, ostendā tibi damnationē meret-
 ricis magnæ. ¶ Ac si dicat: O tu quisquis es æternæ inquitator ciuitatis vel patriæ, cuius rex
 vnus est, i. qui condidit illam deus, quid tantis cum suspirijs prospectas festinantem proces-
 sum terrenæ patriæ vel ciuitatis diaboli, quæ paululum remorante regno vnus regis dei, re-
 gnare festinat, multoz̄ regum quasi multoz̄ hydra capitum, & quasi multoz̄ concubitorū
 meretricis? Ne doleas aut fatigeris animo, quasi pro magna felicitate eius iam regnātis & in-
 sultantis exilio tuo. Veni & ego ostendā tibi damnationē eius q̄ sibi magna videt̄: L. Pro eo
 qd̄ sedet sup̄ aquas multas. ¶ Vere em̄ sedet hæc meretrix super aquas multas, quia multæ
 sunt gentes, super quas regnat cupiditas. Deniq; hoc loco aquæ, populi siue gentes sunt. Sic
 enim paulo inferius aperit angelus Iohanni: Aquas, inquit, quas vidisti vbi meretrix sedet,
 populi sunt, & gentes, & linguæ. Quia ergo sedet hæc meretrix super aquas multas, i. quia
 multi sunt populi vel gentes quibus dominatur cupiditas, ideo cum dixisset, ostendā tibi da-
 mnationem meretricis, addidit, magnæ: sed profecto talis magnitudo eius fallax est, q̄a nō
 stat. ¶ Neq; enim frustra gentes vel populos hic significari placuit per aquas. Fluunt nanq;
 gentes per carnis generationem, & defluūt ab ortu suo vsq; ad mortis occasum, & nunq; ad
 certum locum in quo solidentur & stent perueiūt, i. ad deum. Magna meretrix non tamē
 vera magnitudine, sed sua æstimatione, causam reddit cur eam meretricem dixerit, dū cō-
 tinuo subiungit: L. Cū qua fornicati sunt reges terræ. ¶ Vera nanq; & magna fornicatio est,
 creaturæ rationalis, i. hominis, elōgare se à deo, & adhærere mundanæ cupiditati. Hinc em̄
 Psalmista cum dixisset, quia ecce qui elongant se à te, peribunt, continuo subiunxit: Perdidit
 isti omnes qui fornicantur abs te. Hoc maxime reges terræ fecerunt, quoz̄ cupiditati ad re-
 gnandum nulla suffecerunt spatia terrarum, quinimo & pro dilatandis terminis suis cædes
 hominum innumerabiles perpetraverunt. Taliter fornicantes in eam quoq; amentiam de-
 uenerunt, vt perdita rationis dignitate, homines dæmonia per varias simulacrorum speci-
 es colerent, & ad colendū ea subditos sibi populos compellerent. Bene ergo cum dixisset, cū
 qua fornicati sunt reges terræ, continuo subiunxit: L. Et inebriati sunt qui habitant terrā de
 vino prostitutionis eius. ¶ Fornicando nāq; cū mundi huius cupiditate inebriati sunt, i. sic-
 ut hu q̄ inebriantur vino, virtutē discretionis perdunt, & cūcta absq; rōne dicunt & faciunt:
 ita illi

ita illi per cupiditatē penitus ad terram incuruati, respicere non potuerunt veram diuinitatem habentem in coelis, & virtutem diuinitatis somniauerunt esse in idolis suis. Veni, inq̄t, & damnationem meretricis huius ostendam tibi. Cum dicit, veni intelligere debemus ele-
 ctam aiām quasi intus vocari, vt non euaget, & ipsa foras post concupiscentiā carnis & con-
 cupiscentiam oculorum, sed colligat se intus ad secretum contemplationis, vbi possit ea que
 sunt, & quæ post futura sunt pensare diligenter penes se cum iudicio rationis. Nam hoc est
 quod sequitur: L. Et abstulit me in desertum in spū. ¶ Desertum nanq; propter suimet solitu-
 dinem significat hoc loco solitariæ mentis remotionem, cum sese remouet à tumultibus cu-
 rarum propter indagandam dei veritatem. Vnde bene cum dixisset, & abstulit me in deser-
 tum, addidit in spū: quia profecto quisquis eiusmodi quærit solitudinem, non carne sed spū
 ducitur. Sequitur: L. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenam nomini-
 bus blasphemiarum, habentem capita septem & cornua decem. ¶ Paulo ante is qui loquebatur
 meretricem super aq̄s multas sedere dixit, hic aut̄ eandem super bestiam coccineā sedere di-
 cit. Ergo ipsa multitudo aquarum, i. populorum siue gentium, bestia est. Vere ita est, quia q̄
 sedet super talium multitudinem aquarum mulier meretrix, i. cupiditas, agit illam vt be-
 stialiter viuat. Hæc bestia coccinea d̄r, qui color igneus est, quia videlicet cui cupiditas impe-
 rat, omnis multitudo ad cædem & ad libidinem ardens est. Septē huius capita, decemq; cor-
 nua quæ sunt vel fuerit, superius iam dictum est, vbi draco stetit ante mulierem quæ erat pa-
 ritura, & vbi visa est de mari ascendens hæc eadem bestia. Sed & de noibus blasphemiarum quibus
 plena esse d̄r, illic iam dictum est. Breuiter tamen capitum eorundem, cornuum atq; no-
 minum blasphemiarum notitia, renouanda est. ¶ Sunt siquidem septem capita, septē mundi re-
 gna, quæ à tempore promissionis qua p̄i nostro Abraham semen benedictionis Ch̄s repro-
 missus est, fidem feminis eiusdem impugnaverunt, eamq; extinguere contenderunt, impu-
 gnado fidelem populum, i. regnum Aegyptiorum, regnum Israelitarum carnalium, regnū
 Babyloniorum, regnum Persarum atq; Medorum, regnum Macedonum, regnum Roma-
 norum, & regnum Antichri quod erit vltimum. Hæc septem mūdi regna septem capita be-
 stia sunt. ¶ Porro decem cornua septem capitum, decem reges intelliguntur eorundem sep-
 tem regnorum, Nam vnus ex illis regnis, i. regnum Macedonum, quod viuente Alexan-
 dro magno, non habebat nisi cornu vnum, i. regem vnum eundem Alexandrum, mortuo il-
 lo in quatuor ventos cœli diuisum est, & cepit vnum regnum reges habere quatuor, atq; hoc
 modo sunt cornua decem, i. reges decem. ¶ Noia vero blasphemiarum, noia v̄surpatæ diuinitatis
 fuerunt, q̄a videlicet regibus suis adulando regna mundi siue gentes, deos illos haberi vo-
 luerunt, maximeq; defunctos in cœlum falsis laudibus extulerūt. Super huiusmodi bestiam
 vidi, inquit, mulierem sedentem, i. cupiditatem, oim̄q; vitiōz̄ corruptelā regnantē. L. Et mu-
 lier erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis:
 habens poculū aureū in manu sua, plenū abominationū & immunditiæ fornicationis eius:
 & in fronte eius nomen scriptū, mysteriū: Babylon magna, m̄ fornicationū, & abominatio-
 num terræ. Et vidi mulierē ebriā de sanguine sanctoz̄, & de sanguine sanctoz̄ martyz̄ Ie-
 su. ¶ Visurus damnationem mulieris siue meretricis iuxta sponsonem dicentis angeli: Ve-
 ni ostendā tibi damnationē meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, prius eiusdem
 damnationis testatur se vidisse causas. ¶ Earum prima est quod professionē publicam susce-
 pit fornicationum & abominationum terræ. Nam cum d̄r, & in fronte eius nomen scriptū,
 mysteriū: Babylon magna, mater fornicationū & abominationū, nimirum publicæ professio-
 nis arguitur, videlicet quod non vtunq; ciuitas diaboli peccet aut fornicetur, v̄z̄ ita vt in
 ipsis peccatis & fornicationibus suis gloriatur. Secunda damnationis eius causa est, q̄ san-
 guinē non consentientiū sibi sanctoz̄ fudit. Nam hoc est quod de visione sua repetens: & vi-
 di, inquit, mulierē ebriam de sanguine sanctoz̄, & de sanguine martyrum Iesu. Duas igit̄
 damnationis eius causas hic præscriptas diligentius intueamur. L. Et mulier erat, inquit, cir-
 cundata purpura & coccino. ¶ Purpura regius est amictus, cunctamq; regnorum siue regū
 huius mundi aulicam potestatem siue superbiam designat. Quis porro nesciat quod regia po-
 testatem pene semper comitata sit homicidalis crudelitas? Pleni sunt libri imo satiata iam
 sunt theatra orbis terraz̄ regum tragœdijs, qui ob cupiditatē regnandi non solum in exte-
 ros arma tulerunt, verum etiā in cognatos vel fratres, aut etiam parentes, ne participes aut
 æmulos regni paterentur, ferrū crudele transegerunt. ¶ Recte ergo cū purpura sociat̄ coc-
 cinū, dicendo, & mulier erat circumdata purpura & coccino, quia profecto purpurā regno-
 rum semp̄ comitata est ignea crudelitas homicidiorum. Et pulchre dicitur quia circunda-
 ta erat purpura: quo nimirum dicto vigilāter audientibus ad animum reuocat, quāta in re-
 gali habitu superbo sit vanitas. Extrinsecus nanq; pulchris quidē speciebus colorari pos-
 sunt, quæ vel optima videtur regia purpura, sed intrinsecus vel subtus eandē purpurā non
 solummodo propter fluxā libidinē vlcerosa, verū etiā pec accidentiū morborū genera di-
 uersa

1. Iohan. 2

Supra II. 7.

Gene. 22.

Daniel. 8.

uerfa, misera & tabida non minus regū q̄ rusticorū sunt mortalia corpora. Sequitur adhuc
 L. Et inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis. Omnes istī sunt diuitiæ mulieris, oēs
 isti sunt fructus humanæ cupiditatis falsæ & fallentis. Quærit enim extra se humana p̄sum-
 ptio non suā pulchritudinem, & alienū quasi suum affectat fulgorē, dū non valēs mutare na-
 turam suam quin ipsa sit lutū, rutilum sibi met circumdat aurum, lapidesq; pretiosos, & mar-
 garitas, vt interdum scabie squalens & lepra lurida, desuper talibus instrumentis ad se non
 pertinentibus superbissime niteat. Est autem etiam in hoc nonnunq̄ rōnabili electorū intē-
 tionī permolestia, eorumq; mentes multiplici tentatione fatigat. Sequit̄ ergo: L. Habēs pocu-
 lum aureum in manu sua, plēnū abominationū & immunditiæ fornicationis eius. Ad qd
 enim poculū habere in manu dī, nisi vt propinet & potionem suam offerat cunctis præter-
 euntibus? Quæ autē est potio eius, nisi error & obliuio qua recedit à deo sensus hominis vi-
 tiorū delibutus illecebris? Poculum ergo mulier habere dī in manu sua plēnum abominatio-
 num & immunditiæ fornicationis suæ: qui nimirū totus cupiditatis fructus siue effectus est,
 subuertere hominem rationālē, sensumq; eius funditus obruere, vt à deo viuo & vērō men-
 te fornicetur & corpore, traditus in anima idololatriæ, subditus in corpore omni immūdi-
 tiæ & cunctis passionibus ignominia. Et notanda pessimæ intentionis instantia: q̄a vt ma-
 gis alliciat & citius decipiat, non ligneum aut æneum, sed aureum dī habere poculū in ma-
 nu sua. Tale nimirum poculū tunc mulier ista corripuit, quando ad seducendos facilius ocu-
 los hominum cupidinosos atq; ambitiosos non solum lapidea siue lignea, verum etiam au-
 rea statuerunt reges mundi simulacra, quæ colere nimirū abominationum summa totiusq;
 immunditiæ & fornicationis principium erat. Exempli gr̄a: Quando Hieroboā non ligne-
 os aut lapideos, sed aureos fecit vitulos, quosq; altē posuit in Bethel, & altē in Dan: tunc
 nimirum mulier poculum habuit aureum in manu sua, plēnum abominationum & immū-
 ditæ fornicationis eius: q̄a regnandi cupiditas quæ nimia sedebat super hominem illū, per
 auri pulchritudinem populares decepit oculos, vt biberēt fornicationē dicentis: Isti sunt dii
 tui Israel q̄ te eduxerunt de Aegypto, vt fornicarent à deo suo, & recederēt à domo Dauid,
 & à templo dīi quod erat in Hierosolymis: maxime quia apud tales deos licebat illis edere
 & fornicari, polluere & pollui, & cunctis abominationibus atq; immunditijs afficere corpo-
 ra sua in semetipsis. Eiusmodi contumelias non saltem in occulto gentes exercebāt, verum
 quod deterius est, publice & passim gloriabundi frequentabant. Vnde & de quodā Iudaicæ
 gentis hoīe sacrilego, in libro Machabæorum scriptum est: quia secundum exemplum gen-
 tium ausus est gymnasiū & ephēbian in Hierosolymis constitūere, & optimos quosque
 ephēbos in lupanaribus ponere. Sequitur ergo: L. Et in fronte eius nomen scriptū, mysteri-
 um: Babylon magna, m̄ fornicationum & abominationum terrę. Nam idem est ac si dī
 cas: Quia ciues ciuitatis diaboli non saltem abscondunt opera suæ turpitudinis, imo lætātur
 cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Deniq; in frōte nomen scriptum, qd est Ba-
 bylon, habere, quid est, nisi opa confusionis publica testari professione? Hinc prostituta Iu-
 dææ p̄ prophetam exprobrando deus dicit: Frons mulieris meretricis facta est tibi, & eru-
 bescere noluit. Recte ergo mulier hæc in fronte sua nomen scriptum habere dī, Babylon
 magna, m̄ fornicationum & abominationū terrę: q̄a ipsa est corpus siue vniuersitas impio-
 rum, q̄ fornicationes atq; abominationes adiuuenerunt, & frontē in ipsis adiuuentionibus
 suis incedunt de qualibus item scriptum est: P̄ctm̄ suū sicut Sodoma p̄dicauerunt nec abs-
 conderunt. Sed cū ita sit & taliter habeat in fronte sua scriptū, seq̄ in rebus pessimis magni-
 ficet, dicatq; quod sit Babylon magna, magnificando fornicationes suas: quō ipsum in p̄pa-
 tulo scriptum dī vel est mysterium. Sic enim ait: Et in fronte eius scriptum mysterium. Er-
 go vel ironice dictum, vel iccirco quia oēm fornicationis actum, in q̄ meretrix ista gloriat̄,
 ipsa natura vult esse mysterium, i. secretum: & licet meretricia procacitas prædicet, natura-
 lis tamen pudor contendit fieri occultum. Hæc, vt iam supra dictū est, prima demonstradæ
 dānationis causa est. Sequit̄, causam edicens aliam: L. Et vidi mulierē ebriā de sanguine san-
 ctorum, & de sanguine martyꝝ Iesu. Viderat iam iam meretricis huius habitum eiusmodi:
 qui et si solus esset, ad dānationē eius sufficere poterat. At illa non contenta, talem se ef-
 fe qualem p̄missa descriptio denotat, adiecit hoc aliud malū, vt sanguinem funderet sancto-
 rum, eo quod videret illos non esse consentientes immunditijs fornicationum suarū. Recte
 igitur repetitum visionis verbum interposuit dicendo, & vidi: quia non quidem aliā mulie-
 rem siue meretricem, sed eiusdem aliam iniquitatem vidit. Notandum p̄terea quia distin-
 ctionem fecit sanctoꝝ & martyꝝ Iesu, dicendo: de sanguine sanctoꝝ, & de sanguine mar-
 tyꝝ Iesu: illos, p̄prie nuncupans martyres Iesu, q̄s eadem meretrix occidit pro confessione
 noīs Iesu post aduentū ipsius. Cū ergo dicit, de sanguine sanctoꝝ: subaudiendū est, propheta-
 ruz, & alioꝝ qui occisi fuerunt propter testamētum dei, anteq̄ in carne venisset Christus Ie-
 sus: & cum subiungit, & de sanguine martyꝝ Iesu, illi manifeste designantur, qui, vt iam di-
 ctum

3. Reg. 12.

1. Mach. 1.
2. Mach. 4.

Prouer. 2.

Hiere. 3.

Esaie. 3.

ctum est, interfecti sunt p̄ testimonio vel confessione noīs huius, quod est Iesus. Proinde
 constat, quia prima & p̄cipua meretricis huius portio gens Israelitica extitit, q̄ sanctos pro-
 phetas occidit. Vnde & merito noīa sortitur muliebria, & fornicata fuisse conuincitur cum
 regibus, de qualibus hic in dānatione meretricis hui⁹ supra scriptum est, cum qua fornicati
 sunt reges terræ. Ait em̄ dñs per prophetā: Fili hoīs, duæ mulieres, filia matris vnius fuerūt
 & fornicatæ sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt. Ibi subacta sunt vbera ea-
 rum, & fractæ sunt mammae pubertatis eaz. Noīa earum Oolla maior siue senior, & Oolla
 soror eius, & habui eas siue factæ sunt mihi, & pepererunt filios & filias. Et noīa earū Sa-
 maria Oolla, Hierusalē Ooliba. Fornicata est igit̄ Oolla super me, & infaniuit siue abiit ad
 amatores suos in Assyrios, q̄ appropinquabāt ei, vestitos hyacinthis, p̄cipes & magistra-
 tus, iuuenes cupidinis siue electos vniuersos, egres ascēsores equoꝝ, & dedit fornicationes su-
 as sup̄ eos, electos filios Assyrioꝝ vniuersos, & oīm super quos infaniuit, immunditijs siue
 adiuuentionibus suis polluta est, insup̄ & fornicationes suas, q̄s habuerat in Aegypto nō re-
 liquit. Nam & illi dormierant cum ea in adolescentia eius, & confregerāt vbera pubertatis
 illius, siue & ipsi deuigauerant eā, & effuderant fornicationē suā super illam. Adeo carna-
 lis Israel à noīe vel corpore meretricis huius quæ hic dī Babylon non excipit, vt taliter cum
 diuina autoritate cum mulieribus & meretricijs denotetur noībus, & fœmineis arguat infa-
 nisse libidinibus. Nam nomina, inquit, eaz̄ Samaria Oolla, & Hierusalem Ooliba. Quod
 q̄ recte dicatur facile aduertis, si recolas q̄a mulier Iezabel in Samaria, & filia eius Athalia in
 fanit in Hierusalem, agendo vt Israel & Iudas fornicaret cum Baal, & occidendo sanctos
 prophetas. Igitur mulier ebria de sanguine sanctoꝝ gens quoq; Israelitica est, sicut &
 cæteræ, imo plusquam cæteræ gentes, quia fudit sanguinem sanctoꝝ, imo quia fudit san-
 guinem Christi sancti sanctoꝝ, & inde ebria est: q̄a non intelligit neq; videt, & ratio vel
 sensus veritatis illi non est, imo cunctis errorū retibus p̄ ebrietate illaqueata est, cōpleta pro-
 pheta quæ diuinæ concedendo iustitiæ, cum p̄mississet: Et dederunt in escā meā fel, & in siti
 mea potauerunt me aceto, continuo subiunxit: Fiat mēsa eoz̄ coram ipsis in laqueum, & in
 retributiones, & in scandalum. Obscurentur oculi eorū ne videant, & dorsum eorum semp
 incurua. Martyrum quoq; Iesu, i. eorum qui receperunt siue perhibuerunt testimoniū Ie-
 su credendo euangelio eius, sanguinem prior ipsa fudit, quia Stephanū protomartyrem ipsa
 lapidauit, & Iacobum fratrem Iohannis ad placitum ei⁹ Herodes gladio occidit, cæterosq;
 tūc temporis testes Iesu flagellauit in synagogis suis, & de ciuitate in ciuitatem p̄secuta est.
 Hæc iccirco dicta sunt, vt non dubium sit, aut excusari carnalis Iudaismus possit, quin illi⁹ Ba-
 bylonis magnæ ciuitatis, imo sicut hic scriptum est magnæ meretricis, cuius prima funda-
 mēta posuit Cain, q̄ iustum fratrem suum occidit, prima vel p̄cipua portio sit. Sequitur: Et
 miratus sum cum vidissem illam admiratione magna. Admiratio hæc cordis imperfecti
 est. Neq; enim cor perfectum purpuram, coccinumq; aurū, lapidesq; pretiosos & margari-
 tas meretricis multum admiratur aut magnipendit. Num ergo Iohānes iste cordis erat im-
 perfecti? Non utiq; sed imperfectorum formam in semetipso gerit. Sic magnus & sanctus
 p̄pheta Dauid non suo sensu, sed in eoz̄ persona q̄ sunt cordis imperfecti, talem qualis ista
 est admirationē, exprimit cum dicit: Mei aut̄ pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus
 mei. Quia zelauī super iniquos pacem peccatorum videns. Nimirū hæc & cætera q̄ sequun-
 tur, non suo, sed alioꝝ qui adhuc infirmant sensu dicit, q̄ adhuc tentant & suspirant post va-
 nitates seculi, videntes se tota die flagellari, peccatores aut̄ prosperari & pacē habere in vo-
 lupratis suis. Nam suo sensu p̄miserat: Quam bonus Israel deus his qui recto sunt corde.
 Ita ergo & Iohannes iste in persona eoz̄ qui adhuc infirmo corde nitorem magnæ mere-
 tricis respexerunt, cū ipsi tribularent, magna sese admiratione admiratum fuisse testatur, q̄a
 vere suo sensu nequāq; talia mirari dignaretur. Porro electis dei quicunq; meretricem illā
 per infirmitatem admirantur siue admirati sunt, consolatio non defuit aut deesse poterit spi-
 ritus sancti suggerentis eis, qd non debuerint aut debeant super ea admirari, quodq; illa ni-
 hil dignum habeat quod quasi p̄ felicitate admirandū sit. Sequitur ergo: Et dixit mihi an-
 gelus: Quare miraris? Ego tibi dicam sacramētum mulieris & bestia quæ portat eam, quæ
 habet capita septem & cornua decē. Bestia quam vidisti fuit, & non est, & ascensura est de
 abyso, & in interitum ibit. Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum noīa non sunt scri-
 pta in libro vitæ à constitutione mundi, videntes bestia quæ erat & non est. Hic sermo an-
 geli non dignam admirationem redarguentis, forma est vniuersæ veritatis, quæ nos in san-
 ctis instruit scripturis, non debere nos attendere ea quæ videntur, sed quæ non vident: quia
 quæ videntur temporalia sunt, quæ aut̄ non vident, æterna sunt. Exempli gr̄a, cū dicit: No-
 li æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem: quoniam tanquam scenū
 velociter arcescent, & quemadmodū olera herbarū cito decident, & cætera. Ait ergo: Qua-
 re miraris ac si dicat: Tu qui æterna cognoscis & æterna speras, quare zelaris, quæ mouen-
 tur pe-

Ezech. 23.

Psal. 68.

Acto. 7
Acto. 12
Acto. 14

Psal. 79.

2. Cor. 4

Psal. 36.

tur pedes tui videndo talem. i. non verā sed phantasticā pulchritudinē meretricis. Simulq; vt supra pramiserat, dicens: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnā quā sedet saper aquas multas, ingreditur ad consolandum eos de quorum sanguine illa sese inebriare non desinit, & dicit: Ego tibi dicam sacramentum mulieris & bestiae quae portat eā. I. Sacramentum hoc. i. secretum, malum illius est, quod nunc ab oculis eius absconditum est, dum in purpura & coccino, auroq; & lapidibus pretiosis & margaritis nitet & fulget. Neq; nunc interim credit aut scire vult, quod mali quippiā sibi euenire possit, sed dicit: Sedeo regina, & vidua non sum, & ignorabo sterilitatem: Sacramentum ergo, id est, secretum est, quod illi futurum est damnationis iudicium, & hoc iccirco sanctis & prophetis reuelatur, quorum nunc Iohannes typum gerit, vt consolent in deo, nec moueantur pedes eorum aut zelentur pacē, vt iam dictum est, peccatorū videndo. Vnde & hoc nō praterendum: quia tunc maxime cepit eiusdem mulieris siue bestiae demnatio reuelari, quādo in captiuitatem Babylonicam ductus est populus dei, vt non mouerentur a spe sua ciues tardatis regni dei, videntes prosperitatem & quasi matutinam gloriam regni huius mundi, sub quo tenebantur captiui. Tunc enim Daniel huiusmodi visibiles rerumq; imagines vidit, quemadmodum inter cetera dicit: Et vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius & tradita esset igni ad comburendum. Aliter quoq; sacramentum mulieris & bestiae, quae portat eā, significatio eius potest intelligi, vt quod ait: Ego dicam tibi sacramentum mulieris & bestiae quae portat eam, quae habet capita septem & cornua decem, idem sit ac si dicat: Ego tibi dicam quid significant bestiae capita septem & cornua decem. Sequitur enim: I. Bestia quam vidisti, fuit & non est, & ascensura est de abyssu, & in interitum ibit. I. Magnifice consolentur captiui filij Sion, quātumcunque tyrānizer captiuādo illos crudelis & bestialis Babylonia quia bestia quam vidisti, inquit, fuit & non est. At vero deus in quo vos spem vestrā posuistis o captiui & peregrini, erat, & est, & venturus est. Sic enim pro hac eadem intentione in initio libri huius dictum est: Gratia vobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui vēturus est. Consolemini igitur, quia qui pro vobis est deus, semper est: quae autem contra vos est bestia, fuit & non est. Non enim semper est, sed omne quod agit, quod valet aut potest, transitorium est. Ipsa esse desinit, dominus autem in aeternum permanet. I. Et ascensura est, inquit, de abyssu, & in interitum ibit. I. Quod idem est ac si dicat: Crudelitatis suae potentiam, quae fuit & non est, resuscitabit in Antichristo: sed cum ad modicum sauerit, in interitum ibit: quia dominus Iesus interficiet eum spiritu oris sui. Et nunc quidem hoc tantum veraciter dictum sit quia fuit & non est: tunc autem dicetur, quia fuit quidem bestia haec & iam non est, nec erit. I. Et mirabuntur, ait, inhabitantes terrā quorum nomina nō sunt scripta in libro vitae & constitutione mundi. I. Quid mirabuntur illi? Nimirū illud quod ego te nolo mirari, arguens te & dicens: quare miraris? Mirantur illi qui caelum nō aspiciunt, sed terrā sicut corpore ita & mente inhabitant. Quorum nomina non sunt scripta in libro vitae. i. quos deus ad vitam nō praedestinavit a constitutione mundi, videlicet quādo deus mundum suum genus humanum constituit, quādo creatis hoibus primis benedixit eis & dixit: Crescite & multiplicamini. Quos tunc deus in libro suo non scripsit, quos tunc illa benedictione sua nasci nō iussit, vel qui ad illam non pertinent benedictionem creatoris, illi mirabuntur vt haecenus mirati sunt bestiam huiusmodi. Qui nam sunt illi? Nimirum omnes quorum causa vt nascerentur peccatum extitit primae praeruaricationis, quia propter illud nati sunt illi omnes superflui, dicente ad mulierem deo: Multiplicabo aeternas tuas & conceptus tuos. Illi mirabuntur & semper mirati sunt magnitudinem bestiae, siue pulchritudinem meretricis, purpuram eius, coccinum eius, aurum eius, pretiosos lapides eius, margaritas eius. I. Videntes bestiam quae erat, & non est. I. In hoc iam stultitiae arguuntur illi imitatores dum dicit, quae erat & non est. E contra, tu illum mirare & mirabilem praedica, qui erat, & qui est, & qui venturus est. I. Et hic est sensus, qui habet sapientiam. I. Ac si dicat: In his quae vidisti & quae dico, sensus & vilitas latet, & ille sentit qui habet sapientiam, id est, qui in scripturis sanctis exercitatus est. I. Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. I. Hoc superius iam diximus, quia septem capita septem sunt regna mundi nouissima, quorum vnum quodque suo tempore, sicut sacrae testatur scripturae, contra regnum dei stetit ciuesq; eius in hoc mundo peregrinantes, varijs tribulationibus praesit. Primum enim Aegyptiorum regnum filios Israel afflixit: secundum regnum Israelitarum, iustos homines & prophetas domini Iezabel incipiente, occidit: tertium regnum Babylonicum, Hierusalem igne succendit, & populum eius captiuauit, & tres pueros misit in camino ignis: quartum regnum Persarum & Medorum, instigante Aman superbiissimo, vniuersum genus Iudeorum propter Mardocheum pene deleuit: quintum regnum Macedonum, per Antiochum Epiphanem, populum eundē crudeliter afflixit: sub quo & Machabaei fratres, mirando sunt martyrio coronati: sextum regnum Romanorum, orbem terrarū Christianorum sanguine

Esai. 47

Dan. 7

Thes. 2

Gen. 3

Exod. 1.
Exod. 5.
3. Reg. 19.
Daniel. 3.
Hester. 3.
1. Mach. 1.
2. Mach. 7.

sanguine impleuit, septimū regnū Antichri tanta tribulatione fideles tribulabit, vt si fieri potest, in errore inducant etiā electi. I. Ipsi sunt septē montes. i. septē regna. Deniq; regna hęc ppter superbiam ipsorū qua in altū contra deū tumuerūt, montes appellauit. Vnde cū dixisset, septē capita, septē mōtes sunt, exponēs quid dixerit, addidit: & reges septē sunt. Reges enim p regnis aqpollēter posuit, imo magis pprie, qā nō tā regna vel spatia terrarū q reges in crimine sunt, vt bestiae capita dicant & sint. Et quis multi in singulis regnis p successiones regnauerint, pulchre tñ quot regna sunt tot reges posuit, qā nō tam personas regnantes q regias potestates numerari p̄sens causa flagitat. Sequit ergo: L. Quinq; ceciderūt, vnus est, & alius nondum venit. I. Etēn qñ hęc vidit Iohannes, illa mūdi aetate iam & Aegyptius rex q filios Israel oppressit, & Israeliticus rex Ahas siue Iezabel, quae vel cuius posteritas prophetas occidit, & Babylonicus rex, qui populum dei captiuauit, & Persicus rex, imo q illum instigauit Aman hostis Iudeorū, & Antiochus de regno Graecorū, qui tāta tamq; nefanda gessit in illum dei pplm, isti qnq; ceciderūt, in inferno sepulti fuerāt. Notandum quip; pe quia super singulos istorum talia coelitus iudicia facta sunt, vt si cōsideres singulorū euentū, fateri non dubites proprie dictum esse, quia ceciderūt. Deniq; rex Aegyptius cum curribus & equitibus suis in mare cecidit, sanguinem Achab linxerunt canes, & comederūt Iezabel: Nabuchodonosor de regno eiectus, scēnū vt bos comedit: Amā in patibulum suspēsus est, Antiochus computrescens impiā miserabili obitu vitam finiuit. Quinq; ergo iā ceciderūt, & vnus est, inquit. Quis ille vnus? Nimirū rex siue impator Romanus, q tūc erat & in Chria nos sauebat, qñ hęc dicebant. Iā quidē Nero dedecorosus turpiter perierat, sed persecutio quam primus in Chrianos edixerat, tūc in Romano principatu vigeat. Quamuis multi fuerint eiusdem imperij principes, Christianorum persecutores, tñ pro vno, sicut iā dictū est, regno vniuersitas illorum rex vnus est. I. Et alius, inquit, nondum venit. I. Nimirū q Antichrius erit. Vnus ille quem tunc esse dixit, & alius quem nondum venisse asserit, adduntur illis qnq; qui ceciderūt, & septē sunt. Cū dixisset, & alius nondū venit, cōtinuo subiūxit: I. Et cū venerit oportet illum breue tempus manere. I. Quare breue & non lōgum tempus oportet eum manere? Videlicet propter electos, Erunt em, inquit dñs, dies illi tribulationis tales, q̄les non fuerunt ab initio creaturā quā condidit deus vsq; nunc, neq; fient. Et nisi breuiasset dñs dies, non fieret salua ois caro. Sed ppter electos quos elegit, breuiavit dies. Ergo cum venerit, oportet quidem illum manere, sed tēpus breue. Hic qā superbi & infirmi sumus, misericordia dñi cum socia veritate & terret nos de magnitudine aduersitatis, & refouet de breuitate temporis. Sequit L. Et bestia quae erat, & nō est, & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadet. I. Hoc loco bestiam, vnum bestiae caput intelligi oportet, quod videlicet caput Antichri est. Haec, inquit, bestia & octaua est, & de septem est. Quod idem est, ac si diceret: Antichri vnum idemq; bestiae caput, & octauum & septimum est. Quod nimirū stare vel intelligi non posset, nisi constaret, quia in vno eodemq; Antichri duo quaedā sunt pariter. Etēn ille filius perditionis simul & homo & diabolus est. Itaq; si solum quod exteri vs videtur in Antichristo attendas, de septem est: quia de genere vel natura ceterorum regum vel impiorum hominum est. Si autem ad id respicias quod intrinsecus latet, octauū caput est, quia diabolus est, qui antequam ingrediar habitaculū illius perditū hominis, in celo semetipsum aduersus deum erexit, & nunc vsq; inuisibiliter superbit. Nihilominus tamen & in interitum, inquit, vadet: quia tam facile est deo mittere in interitum hominem simul & diabolum, quā hominem simplicem vel solum, vt veraciter dicatur de vtroq; qā fuit & non est, deus autem semper est. Sequitur: L. Et decem cornua quae vidisti, decem reges sunt, qui regnum non acceperunt: sed potestatem tāquam reges vna hora post bestiam accipiet. I. De hoc iam superius dictum est, quia septem quidem regna sunt notissima de sanctorum serie scripturarum, quae contra sanctos altissimi inimicitias exercuerunt: sed eorundem regnorum decem reges sunt, quia videlicet vnum ex illis regnum Macedonum post mortem Alexandri in quatuor successores eius per quatuor ventos caeli diuisum fuit, q singuli diademata sibi imposuerunt, atq; hoc modo decem reges facti sunt. I. Iccirco autem superius dixit, & reges septem sunt, & nunc dicit, decem reges sunt, quia tres ex illis successoribus Alexandri nihil fecisse leguntur aduersus populum dei, sed solus ille quartus qui Syriam tenuit. Ergo numero quidem decem, sed pro actu qui ad presentem causam pertinet, id est, pro persecutione martyrum, tantummodo septem sunt. Cum autem paulo ante dixerit, quinq; ceciderunt, & vnus est, quomodo nunc dicit, qui regnum nondum acceperunt? Videlicet mira irrisione, tanquam dicat, regnare quidem visū sunt, & regnum factum nominēq; sibi met vsurpauerunt, sed veraciter nunquam regnauerūt. Neq; enim regnum illoz vere est regnum, sed solius domini est regnum. Hoc ad illud spectat quod superius arguendo dixit: Quare miraris? Nam vere reges huiusmodi non mirandi, sed miseri sunt iudicandi, qui vt regnarent tot homicidia fecerunt, nanque ceciderunt & mortui sunt, & regnum nondum

Matth. 24

Exod. 14.
3. Reg. 16.
4. Reg. 9.
Daniel. 4.
Hester. 7.
1. Mach. 6.

Matth. 24

Dan. 8.

Psal. 21.
Psal. 91.

nondum acceperunt. ¶ Sed quid? Potestatem, inquit, tanq̄ reges vna hora accipiet post bestiam. Non vere regnum, sed q̄si reges quandam potestate accipient, & hoc vna hora post bestiam, ac si dicat: Extollentiam illorum nequaq̄ regnū voces aut vocari debere putes. Regnum nanq̄ diuturnitatem potestatis sonat: At illi non diuturnam potestate, sed vna hora potestatem acceperunt siue accipient. ¶ Nam iccirco tempore futuro accipient dixit, quia cum Antichris venerit, eorundem regum q̄ iam ceciderunt vires siue regna ad persecutionem sanctorū reparabit. Quam aut̄ vel qualē potestate accipiet breuiter insinuat cum dicit: Post bestia. Idē nāq̄ est ac si dicat: ad effundendū sanguinē sanctorū, q̄a potestas bestia non vere est ad regnandū, sed ad infantiendū, ad sanguinē effundendū. Pulchre igit̄ & vere dictū q̄a regnum nondum acceperunt. Sequitur: Hi vnū consiliū habent, & virtutem & potestatem suā bestia tradēt. Hi cū agno pugnabūt, & agnus vincet illos, qm̄ dñs dñorū est, & rex regum, & qui cum illo sunt electi, & vocati, & fideles. ¶ Vnum, inquit, consiliū habēt hi, subauditur cum Antichristus venerit, & breue tempus manserit: omnes enim conspirabūt ad consensum illius filij perditionis. Quid illi reges ante aduentum eiusdem Antichri? Nōne iam vnum consiliū cum venturo illo habuerunt? Nonne eandē intentionem? Nonne eandem voluntatem? Deniq̄ quo consilio, qua intentione, qua voluntate ille sanctos persecuet cum venerit, eadem & rex Aegypti & ceteri, de quibus iam dictum est, suis quiq̄ temporibus affixerunt populū dei, videlicet vt nullus memor existeret vnus & veri dei, & laborabat in eis & per eos diabolus irritam facere fidem p̄missionis. I. feminis, qd̄ est Chrs, quem patribus deus repromisit. Hoc fuit antiquum serpentis illius consiliū, qm̄ primū decepit hominem, videlicet vt nullus saluaretur hominum, & eodem consilio cunctos istos armauit, quos iam sepe diximus Aegyptios, carnales Israelitas, Babylonios, Persas, siue Medos, Macedones, siue reges Antiochos, Cæsares Romanos: tandemq̄ caput eiusdem consilij suscitabit in illo sepe dicto homine peccati Antichri. Vere ergo vnum consiliū habēt hi. Et virtutem, inquit, & potestatem suam bestia tradent. ¶ Quod idem ē ac si dicat: Illi qd̄ intenderunt perficere non potuerunt aut poterunt, diabolus autem cui deseruiunt, virtutis potestatis illorum heredem faciet illum propriū hominem suū Antichristum, quasi id quod per illos adimplere nō valuit, saltem efficere possit per istum egregium. Sed qd̄? Hi cum agno pugnabunt, ait, & agnus vincet illos. ¶ Omnes iam dudū victi sunt suis quiq̄ temporibus, & adhuc in vno Antichristo simul omnes vincuntur. ¶ Et pulchre cum dicere posset, hi cum Chro pugnabunt, & Chrs vincet illos, maluit dicere: Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos, quia nimirum primus illorum, i. Aegyptius rex per immolationem agni victus est, vt filios Israel dimitteret, eosq̄ persequer̄ in mari rubro merus est. ¶ Quāuis igit̄ futuro tempore dicat: Hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos, nihilominus & de præterito ante istum Iohannem tempore intelligendum est, quia cum agno pugnauerunt, & agnus vicit illos. Iohannes nanq̄ hic omnium illorum typum gerit, q̄ ab antiq̄ ex q̄ populus dei cepit affligi sub regnis supradictis, meruerūt diuinitus consolari. Hoc mirabile imo laudabile & verum est, quia antequam agnus iste in hunc mundum venisset, hi cum agno pugnauerunt, & ipse vicit eos. ¶ Vnde satis eleganter in propheta iubetur vocari nomen eius, velociter spolia detrahe, cito p̄dare: siue, accelera spolia detrahere, festina p̄dari. Quare? Quia, inquit, anteq̄ sciat puer vocare patrem suū & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Quod idem est ac si diceret: Puer iste q̄ saluator est, anteq̄ nascendo veniat in hunc mundum, sciens siue expertus matrem vtiq̄ virginē, & Ioseph patrem optimū, ipse liberabit Israel de manu inimicorū suorū. ¶ Mira acceleratio, miranda festinatio, vt nondum natus puer ipse p̄missionem suę natiuitatis habentem siue expectantem p̄p̄m liberet. Hoc tñ ita verum est, vt qui istud non credit, fidelis non sit. Oportet enim credere quia priusquam nasceret iste puer ex matre, deus omnipotens erat cum pate. Vnde cum dixisset: Et agnus vincet illos, continuo subiunxit: Quoniam dñs dñorū est, & rex regum. ¶ Nonne antequam nasceretur Babylonios quoq̄ & Persas siue Medos atq̄ Macedones, qui contra se. i. contra suos sui venturi fidem habentes pugnauerunt, eosq̄ captiuos tenuerunt, iste vicit? Quid em̄ aliud Nabuchodonozor regi siue prophetae Danieli demonstratur, quando lapis abscisus sine manibus percussit statuam grandem, & contrita sunt pariter aurum, argentum, æs & ferrum? Quid, inquam, nisi quia Chrs qui est, vt dñs agnus, priusquam nasceretur, miranda, sicut iam dictum est, festinatione vincere festinabat, suosq̄ electos sub illis regnis captiuos supra id quod poterant sustinere, tentari non sinebat? Qui enim postquam de virgine natus est, ferrum, quod erat Romanū imperium, euangelicę prædicationis verbo tandem vicit & fregit, ipse priusquam nasceretur, aurum, argentum, id est, regna magna & fortia: Babylonicum, Persicum & Macedonicum contriuit, præeunte verbo propheticę veritatis. Exempli gratia. De Antiocho Epiphane Daniel prædixerat: Et sine manu conteretur, & ita factum est. Diuinitus quippe percussus inuisibili

Exod. 12

Esaie. 8.

Daniel. 2

Danic. 8.

inuisibili & insanabili plaga compurruit, miseramq̄ vitā misere, vt dignus erat, finiuit. Igit̄ & agnus, inquit, vincet illos: quippe qui & prius q̄ nasceret, vicit primos. Vnde nō dubitatur, quin vincat & residuos. ¶ Victorię eius participes sunt sancti siue electi eius: ipsi enim laborantibus, adiuuando vincit agnus. Iccirco addidit: Et qui cum illo sunt electi & vocati, & fideles. ¶ Isti deniq̄ pugnant & vincunt, sed victoriā agno attribuunt, sine q̄ sese nequaquam vincere potuisse aut posse sciunt. Vnde vnus illorum cum dixisset: Quia plus laboraui, continuo subiunxit: Non autem ego, sed gr̄a dei mecum. Electi, & vocati, & fideles, ipsi sunt, de quibus Ap̄ls dicit: Quos autem p̄destinauit, hos & vocauit: & q̄s vocauit, illos & iustificauit: q̄s autem iustificauit, illos & magnificauit. Deniq̄ quos p̄destinauit, ipsi hoc loco dicuntur electi. P̄destinari nanq̄ eligi siue p̄seligi est. Item quos vocauit, ipsi hoc loco dicuntur vocati. Et quos iustificauit ipsi hoc loco dicuntur fideles, quia videlicet electorum siue p̄destinatorū atq̄ vocatorū iustitia vel iustificatio fides est. Vñ idem Ap̄ls post multa veritatis argumenta dicit: Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum, per dominū nostrum Iesum Christum. Item quos magnificauit, ipsi hoc loco pugnare & vincere dicuntur cum agno. Talem nanq̄ bestiam vocatorū iustitia vel iustificatio fides est. Sequitur: Aquas quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguę. ¶ Merito aquarum nomine designantur populi & gentes, super quas meretrix sedet: quia nimirū pro hoc ipso quod eis domina talis præfidet, fluxę sunt & instabiles. Cum autem dicit, p̄p̄s & gentes: p̄culdubio nō excipiunt Israeliticę tribus, de quibus Balaam ariolus loquit: Populus solus habitabit & inter gentes non reputabitur. Ergo populorum nomine hoc loco carnales tribus Israel, gentium vero vocabulo ceterę designantur nationes. Quis enim super Israel quoq̄, i. Iudaicū populū, meretricem istam sedere aut sedisse dubitet? Ipsi nanq̄ maxime cum cupiditate mundi fornicati sunt, quippe qui fornicationem ipsorum redarguentes sanctos & prophetas occiderunt. Aquę igit̄ & ipsi sunt, suo videlicet vitio, sicut p̄pheta dicit: Audite hæc domus Iacob qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis. i. qui tantum carnis & non fidei filij estis. ¶ Cum dixisset, populi sunt & gentes, ad quid addidit, & linguę? Hoc em̄ necessario consequeretur, etiam si non dixisset: quia linguę non loquuntur nisi populi & gentes. Cur ergo addidit dicens, & linguę? Nisi forte vt ad memoriam nobis reuocet, quod vt diuiderentur & multiplices fieret linguę, superbia commeruit meretricis huius magnę, in ipso iam pueritię siue p̄ulantis adolescentię eius tempore: Cum enim construeret turris Babel p̄ superbiam hoim̄ in cælum ascendere volentium, a cuius nomine nūc hæc ipsa meretrix dñs Babylon, videns hoc deus cōfudit linguam eorum, & inde diuisi ab inuicem recesserunt. Itaq̄ nō frustra cum dixisset, aquę super quas meretrix sedet populi sunt & gentes, addidit & linguę: vt nec illud p̄termitteret, quod diuisiones q̄q̄ linguarū damnum vel plagam nobis superbia meretricis huius intulit. Sequit̄: Et decę cornua quę vidisti, & bestia, hi odient fornicariam & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius manducabūt & ipsam igni concremabunt. ¶ Mira assertio, mira & vehemēs impiorum detestatio. Quō reges qui per cornua designantur fornicariam suam odisse dicuntur, cum quę ipsi fornicantur: Ipsi nanq̄ & non alij sunt reges, de quibus supra cum dixisset: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnę quę sedet super aquas multas, addidit: cū quę fornicati sunt reges terrę. Ipsi ergo qui cum illa fornicantur, illam odisse & desolatam nudamq̄ facere, & carnem eius manducare, & ipsam igni concremare dicunt. Mirum hoc, attamē verum est. ¶ Quis enim nesciat de regibus mundi quāvis odijs semp̄ fuerint inquieti? Et cui sua inquietudine fuerunt infesti, nisi ipsi cupiditati vel glorię mundi, cum qua vtiq̄ fornicati sunt, p̄ferendo illam suo creatori? Instrumenta fornicationis eorum, pulchritudines ciuitatū, & locupletum multitudines gentium q̄bus imperabant, extiterunt, ceteraq̄ talia q̄cunq̄ in mundo sunt prouocantia concupiscentiam oculorum. At illi nunq̄ hæc in pace sua florere p̄miserunt, bellis oīa desolantes, turbas hoim̄ gladio interficientes, ciuitates & castella igni concremant. Nec vero solūmodo in alterutros reges contra reges, regna aduersus regna hostili more hæc fecerunt, sed populis suis ciuitatibusq̄ proprijs singuli reges p̄æpe mala hæc intulerunt. ¶ Nam vt de ceteris taceam, quis vnquā Romę ciuitati populorū & senatū p̄prio imperatore suo Nerone crudelior aut nequior hostis extitit? Ille desolatam urbem fecit, ille populū & senatū occidendo, quodammodo carnes eius manducauit: ille ciuitatem materiali quoq̄ igne cōcremauit, solummodo vt pulchritudine flammę delectaretur, spectando in ea similitudine qualiter quondam arsisset Ilium, sedesq̄ in altissima turri Mæcœnati, tali spectaculo tripudians Iliada decantabat. Tātę crudelitatis quidam reminiscēs & congemiscens, ita cecinit:

Nouimus quantas dederit ruinas
Vrbe flammata patribusq̄ cæsis,
Fratre qui quondam ferus interempto

Matris effuso maduit cruore,
Heu grauem sortem, & cætera.

1. Mach. 6

1. Cor. 17.

Roma. 8.

Roma. 9.

Nume. 23.

Esaie. 48

Roma. 10.

Gene. 6

In bestia.

Boethius
de consol.
philoso. li.
2. meta. 6.

Verum ergo est, quia reges terræ q̄ relicto deo cum pulchritudine creaturæ mundanæ fornicari sunt, fornicariā suā oderunt, & quale vehementissima odia ministrabāt pretium suæ fornicationis, illi reddiderunt. Non em̄ est pax impijs, dicit dñs. ¶ O igitur miserabilis conditio Babylonis terrenæ civitatis, quæ à deo fornicatur cum amatoribus, quia non solū fornicatur cum amatoribus, sed cum hostibus, quorum & si quis amor est, tanto felle amaritudinis permisceat, vt ipsam hostiliter dilanient cū qua fornicant. Horū causa vel incitator maiorum diabolus est, Idcirco non dixit tantummodo, & decem cornua quæ vidisti hi odient fornicariam, sed & decē cornua quæ vidisti, & bestia, inquit, hi odient fornicariam suā, &c. Continuo subiūgit: L. Deus * autē dedit in corda eorū vt faciant quod illi placitū est, vt det regnum suum bestię, donec consummentur verba dei. ¶ Vt faciant, inq̄, quod illi placitū est, Cui illi? Videt hoc referri ad deum, quia sic p̄missum est: Dedit enim deus in corda eorum, & ita intelligi, vt faciant quod illi, subauditur deo, placitū est. Verū quia p̄miserat: Et decem cornua quæ vidisti & bestia, hi odient fornicariam, & deinde cum dixisset, vt faciant qd̄ illi placitum est, addidit, vt dent regnum suum bestię: rectius referatur ad eandem bestiam, s. vt faciant quod illi, subaudit bestię, placitum est: & deinde, vt dent regnum suum bestię, i. vt totius regni sui vires impendant diabolo, faciendo voluntatem eius, quæ semper aduersat bono dei proposito. ¶ Quid enim illi faciunt nisi malum? Malū autē deo non placet, imo eos qui malum operantur ipse odit, sicut scriptura ei testis est, dicens: Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Item: Qm̄ non deus volens iniquitatem tuas. ¶ Sed iterum scriptura dicit: Faciens pacem & creans malum. Intra hæc secundum veritatis rationem, & secundum patrum orthodoxorum veridicam autoritatem dicendum & sentiendum est, quia malū illud quod est afflictio siue bellum paci contrarium, de qua dictum est, faciens pacem, deus aliq̄ creat propter correctionem: malum autē, i. iniquitatem siue peccatū neq̄, creat, neq̄ illi placitum est. Et est quidē voluntatis eius, vt bellum siue aliā eiusmodi afflictionem, cū superuenit ijs q̄ peccatis præcedentibus perpeti merent, effugere nō possint, vt autē hoies mala faciant vel mali fiant, nunq̄ fuit aut placitū est illi. ¶ Queritur ergo: Si malum quod faciūt, vel hoc ipsum q̄ mali sunt, non est deo placitū, quō hic præmissum est, deus enim dedit in corda eorū: Quod dum querit, consequēter vel simul & illud querendū est qd̄ dicit Psalmistæ: Conuertit cor eorū vt odirent populum eius, & dolum facerent in seruos eius. Illud autē sic intelligi oportet, q̄tenus nulla vnq̄ suspicio in corde hominis locū inueniat, q̄si deus odij vel doli aliq̄ autor existat, quod vel suspicari dementissimū atq̄ impiū est. Deus em̄ neq̄ Pharaonē indurauit, neq̄ cor Aegyptiorū in odiū conuertit, voluntatē habēdo duritiæ vel odij ipsorū, sed tantummodo bona fecit filijs Israel, multiplicādo illos in terra illa, sicut Abrahæ p̄miserat dicēs: Benedicā tibi, & multiplicabo semen tuū. ¶ Pharaō autē & Aegyptij sicut superbi ita & inuidi erāt, & secundū morē inuidentiū, quanto plura vel maiora dei bñficia videbant impendi his q̄bus inuidebant, tāto maiori cōtra illos odio sauebāt. Hoc p̄uidēs deus dicebat Moysi: Ego indurabo cor Pharaonis. Quod idē est ac si diceret: Ego q̄dam signa & p̄digia pro filijs Israel faciam coram Pharaone & seruis eius, sed quia inuidi sunt, hoc illis ad nihil aliud valebit, nisi vt odio maiori contra eos indurent. Hoc sensū verficulū p̄dīctum p̄ Augustinus explanat. ¶ Igit̄ & qd̄ hic dictū est, deus em̄ dedit in corda ipsorū sic intelligi oportet, vt nullatenus suspicemur qd̄ deus in corda quorūlibet regū illorū miserit, q̄tenus facerent quippiam mali, aut ipsi fierent mali, sed bona q̄ voluit singulis in tēpore suo fecit regnis, reges autē mundi vt superbi ita erant & inuidi, & alternā inuidebāt felicitati. Exēpli gr̄a: Prospera fecit deus Babylonij, vt valentiores essent gētibus cæteris. Et ne dubium sit hoc illis à deo esse datum, deus ipse in propheta dicit: Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonozor regi Babylonis, & seruient ei. Insuper & bestias terræ dedi ei. Hoc datū dei misit in cor Medis & Persis, vt pote inuidenti bus & æque superbis, vt ascenderent & facerent in eos quicquid potuerunt mali, deo nō resistente illis, imo permittēte propter peccata Babylonis. Eodem modo postea Macedones Persarum & Medorum felicitas concitauit, quam vtiq̄ non casus sed ordinatio dei fecerat illis. Itaq̄ deus, inquit, dedit in corda eorum vt faciant quod illi placitum est, vt dent regnū suum bestię, i. felicitas alijs concessa dono dei, aliorum inuidentiū corda in odium concitauit, & ita contra alterutros per inuidētiam excitati sunt, vt vniuersas regnorum suorū vires ministerio certatim impenderent malitiæ diabolicæ. Vtque quo? L. Donec, inquit, consummentur verba dei. I. i. adimpleantur ea quæ deus per sanctos & prophetas suos de regnis illis futura iudicia sua prædixit. Quid enim euenturum fuerat illis qd̄ nō ante prædixerat factus ad homines sermo dei? Aut quid prædixit de illis sermo dei, nisi quod eis iuste obuenerit debuit? Deniq̄ futurum erat & fieri iuste debebat, vt Aegyptij postquam oppressissent filios Israel, ipsi pœnas darent suæ iniquitatis, & hoc ante loquēs ad Abraham deus ipse p̄dixit. Ait enim: Scito prænosces quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & sub

& subicient eos seruituti, & affligent eos quadringentis annis. Verunt̄ gentem cui seruituri sunt ego iudicabo, & post hæc egredientur cum magna substantia. Item futurum erat, vt reges Israel & Iuda, propter abominationes quas fecerunt, & propter sanguinem innocentem quem effuderunt, condigna recepturi forent, tandēq̄ & Israel & Iudas in Assyrios atq̄ Chaldæos traducti captiui abirent, & hoc ante per prophetas deus non semel prædixit: Ple ni sunt libri prophetarū, Esaiæ, Hieremiæ, Ezechiel q̄q̄ verbis domni ita prædicentis: Item futurum erat vt Babylon subuerteret à Medis & Persis, & hoc ante per eosdem prophetas, & per Daniele deus quoq̄ prædixit. Item futurū erat vt Perfæ & Medi ab Alexandro Macedone superarent, & hoc ante per iam dictum Daniele deus præostendit & p̄dixit. Item futurum erat vt tam Macedones q̄ cæteræ gentes comminuerentur atq̄ conculcarent viribus Romani imperij: & hoc ante eidem Danieli præostendit per bestiam quartam magnā terribilem q̄ fortem nimis, dentes ferreos habentem, comedentem atq̄ comminuentem & reliq̄ pedibus conculcantem. Item futurum est vt Antichr̄s regna hæc oia supergrediatur operatione habitantis in illo diaboli, & plus omnibus conterat sanctos altissimi, & hoc ante non solum in prophetis verum etiam p̄ semetipsum in euāgelio suo prædixit filius dei. Igit̄ recte & veraciter dictum, donec consummentur verba dei, quia videlicet nihil egerunt aut agere possunt regna mundi q̄si contra propositū dei, qd̄ deus non p̄scierit, imo & p̄dixerit. ¶ Notanda tñ infinita cunctorū perueritas, cum d̄ primo: hi cum agno pugnabunt, & deinde, hi odient fornicariā & desolatā facient eā, &c, quia concorditer quidem contra deum dimicant, & vno spū malignitatis in hoc sibi consentiūt: ad concupiscētias vero suas, vel propter cupiditatē eorū quæ in mundo sunt, discorditer insaniunt, & inuicē sæuiunt, & omnibus modis à semetipsis serpentina hæc capita dissentiunt. Tandemq̄ angelus idē dicit: L. Et mulier quā vidisti est ciuitas magna, quæ habet regnū super reges terræ. ¶ Brevi recapitulatiōe renouat qd̄ superius dixit, vel quod ipsa in fronte mulieris scriptura signauit: Babylon magna m̄ fornicationum & abominationum terræ. ¶ Porro qd̄ illic dixerat, cum qua fornicati sunt reges terræ, hic paulisper commutauit dicēdo, quæ habet regnum super reges terræ. Et quidē multū est illic dictū ad significādam ignominia regū terræ, sed multo amplius hoc valet ad insinuandā seruilem stultitia regū terræ cum d̄, quæ habet regnū super reges terræ. Quid em̄? Nonne reges terræ supini incedunt & sese esse liberos confidunt? Sed ecce regnū super se habere comprobant, & quod turpissimū est, mulier meretrix super eos regnare, & ceruicibus eorū incumbere rōnabiliter atq̄ irrefragabiliter asseritur. Mētiunt ergo liberos se esse pronuntiantes: quia serui sunt, & meretricium portant iugum, semper anhelantes & sub onere curui, tot dominorum serui quot vitiorū captiui. L. Et post hæc vidi alium angelū descendentem de cælo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius, & clamauit in forti voce dicens: Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio demoniorū, & custodia omnis sp̄s immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis, quia de ira fornicationis eius biberunt oēs gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de virtute delitiarū eius diuites facti sunt. ¶ Necdū is qui loquebat angelus suam videt sponsonē peregrisse q̄ dixerat: Veni ostēdam tibi damnationem meretricis magnæ, & alius iā introducit angelus exclamans in forti voce, & hic maxime damnationem eiusdē exprimit meretricis, quā ille tantummodo q̄ nam esset designauit, capitaq̄ eius & cornua descripsit. Hoc recte & secundū rem factū proprie perpendis, si recolas qd̄ meretricem hæc & prius totus prophetalis ordo, maximeq̄ Daniel demōstrans contra libidines & crudelitatem eius multa declamauit: & deinde p̄ semetipm̄ veniens filius dei, angelus magnus & fortis de q̄ propheta dicit: Et ecce veniet ad templū suū dñator quē vos queritis, & angelus testamēti quē vos vultis, damnationē eius in auditu orbis terrarū iā adesse forti voce clamauit, & euāgelica manifestatione p̄dicauit. ¶ Nūc aliū angelū pulchre de cælo descendente se vidisse dicit, qd̄ videlicet iste de cælo p̄ humilitatē descendit, vnde quidā alius p̄ supbiā cecidit. Hic habet potestatem magnam, inquit, quod dixisse ad rem p̄sentem multum attinet, i. ad eam quæ hic ostendit damnationem meretricis. Ipse em̄ q̄dam loco de semetipso loquens cum dixisset: Sicut em̄ habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso, cōtinuo subiūxit: Et potestatem dedit ei iudiciū facere, quia filius hoīs est. Itē: Neq̄ p̄ iudicat quenq̄, sed omne iudiciū dedit filio. Recte ergo habentē potestatem magnā dixit, potestatem faciendi iudiciū siue damnationē meretricis. L. Et terra illuminata est à gloria eius. ¶ Et hoc vere dictum est, quemadmodum & eo veniente Zacharias propheta cecinit dicēs: Visitauit nos oriens ex alto, illuminare his q̄ in tenebris & in vmbra mortis sedēt. Et ipse cū venisset de semetipso dixit: Ego sum lux mundi, q̄ sequitur me nō ambulabit in t̄nbris. Itē: Quādiu in mūdo sum, lux sum mundi: Iste illuminator angelus: L. Exclamauit in forti voce, dicēs: cecidit cecidit Babilō magna. ¶ Vbi vel qñ angelus iste hoc clamauit? Nimis apud multā ludæorū turbā, instāte articulo suæ passionis, q̄ videlicet passiōe actū est, vt caderet ei

Esaiæ. 10.
Hier. 27.
Ezech. 12.
Daniel. 7.
Daniel. 28

C. XVII.

Iohan. 1.

Luce. 1.
Iohan. 2. 12
Iohan. 9.

uitas diaboli, Dixit enim: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eicietur foras. Hoc non quomodo cunq; sed in forti voce clamauit. i. contra infirmitatem carnis confortatus ratione diuinitatis. Nam infirmabat quidem caro vt ita diceret: Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Confortauit autem semetipsum p. tinus, dicendo: Sed propterea veni in horam hanc. Pater glorifica tuum nomen. Confortatio siue fortitudo hęc nimis memorabilis & laudabilis est. Recte igitur & opportune dicitur quia in forti voce clamauit. Sed quomodo non repugnant sibi partes clamoris siue dictionis huiusmodi? Cum enī dixisset, cecidit cecidit Babylon magna, addidit: L. Et facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spūs immūdi, & custodia omnis volucris immunda & odibilis. Quomodo & cecidit, & nihilominus tamen ita clausa & munita est, vt volucres volare non possint? Ad hęc breuiter dicendum clamante angelo isto. i. patiente Christo, quæ videlicet passio eius clamor grandis extitit. De quo Apłs, qui in diebus, inquit, carnis suæ preces supplicationesq; ad deum, qui illum saluum facere possit à morte, cū clamore valido ac multis lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia: taliter ad clamorē eius ciuitas diaboli cecidit, vt omnes & soli euadere ac ruinas eius trāsire possent electi, ruptis vinculis peccatorū: tam originalis q̄ etiam actualium, propter iustitiam ipsorum. Recte igitur & cecidit Babylon, ait, & nihilominus facta est habitatio dæmoniorū, & custodia omnis spūs immūdi, & custodia omnis volucris immunda & odibilis, quia videlicet in electis tantum oīs structura p̄cti, cunctaq; mortis & inferni potestas corrui: in reprobis, & damnatio p̄cti, & p̄nalis inferni carcer p̄sistit. Quod dixit, habitatio dæmoniorum, hoc repetiuit dicendo, & custodia omnis spūs immūdi. Dæmones q̄ppe spūs immūdi sunt. Et quā ob rem repetiuit? Videlicet, quia damnati angeli q̄ sunt dæmones siue spūs maligni, duplici p̄ causa p̄nas dabunt. Altera causa est, q̄ in celo cōtra creatorē superbierunt. Altera, q̄ genus humanū prima q̄ serpentē p̄uicatione deceptū, cunctis vitijs sordibus polluerūt. Propter illam dæmones, hoc est, scientes quia contra scientiam dei sese extulerunt: propter istam causam spūs immūdi dicuntur, quia spurcissimi sunt: quia sicut iam dictum est, genus humanum per suas suggestiones multimodis immunditiæ atq; ignominie passionibus affecerunt. Porro volucres immundæ & odibiles omnes superbi tam dæmones q̄ homines recte intelliguntur. Volatus namq; volucrum, leuitatem atq; vanitatem significat superbientium. Nec vero qualibuscunq; volucris, sed immundis assimilantur. Verbi gr̄a, noctuis siue v̄papis, quæ stercorebus humanis insidere delectant, atq; iccirco recte immundæ & odibiles habent. Taliscunq; volucris Babylō facta est custodia, & sicut p̄ Esaiam dictum est, nō poterit auolare de angustia. Causa siue ratio ruinae quæ subiungitur, manifesta & superius partim expōita est. Quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt: & quia de delictis eius mercatores terræ diuites facti sunt. Tria hic dicuntur, quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes, quia reges terræ cum illa fornicati sunt: & quia delictis eius mercatores terræ diuites facti sunt. Causæ summa, totum fornicationis opprobrium, regibus imputatur, & hi sæpius in hac lectiōe fornicationis eiusdem scelere denotant. Et merito, quia videlicet quod meretrix illa docuit non solum susceperunt, verum etiam imperij sui decreto simul & gladio roborauerunt. Porro gētes quæ regibus subiecti siue pro imperio illorum, siue sponte sua pro deo, monstra coluerūt: recte de ira, inq̄t, fornicationis eius biberunt. Non ait t̄m de fornicatione eius, sed de ira fornicationis eius biberunt: quia videlicet fornicationem qua coluerunt & seruierunt creaturæ potius q̄ creatori, protinus ira dei subsecuta est, vt dereliqueret eos, vt traderet passionibus ignominie, traderet eos in desideria cordis eorum in immunditiam, vt traderet eos in reprobū sensum, vt facerent ea quæ non conueniunt. Nunq̄d vero contestanter d̄t, quia mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt, & non potius iisdem mercatores sic falso arbitrati esse culpantur? Deniq; non ipsa Babylō, i. ipsa cupiditas radix omnium malorū, & quicunq; cupiditati p̄sunt, maligni dæmones atq; peruersi homines orbis terrarū seductores, qualium vniuersitas hic Babylō d̄t, & magna fornicationum mater: non, inquam, peruersitas talium, sed vnius dei bonitas etiam bona eiusmodi, de quibus mercatores terræ ditati sunt, creauit & dedit: ipsi autem aliter sunt arbitrati. Vnde recte de talibus deus per prophetam dicit: Et filiorum illius non miserebor, quā filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum. Confusa est quæ concepit eos, quia dixit: Vadam post amatores meos q̄ dāt panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, & oleum meum, & potū meum. Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicauit ei, & aurum quæ fecerunt Baal. Sed & quod non dixit t̄m de delictis, sed de virtute, inquit deliciarum eius diuites facti sunt, stultitiam denotat ipsorum, apud quos paupertas probro haberetur, & velut immane contemnitur vitium, diuitiarum autem abundantia virtus existimatur, cum e contra Ethnicus quocq; dicat:

Vilius

Vilius argentum est auro, virtutibus auz. Notandum t̄m q̄ non cōtentus est dixisse se mel t̄m cecidit Babylō, sed geminato casus vel ruinae verbo, cecidit cecidit, Babylō. Et q̄dem repetitio affirmatio est, sed & p̄ter hoc sciendū, quia a Babylō hæc clamante angelo isto clamorem supradictū, i. patiente Christo pro salute oīm, vtrōq; cecidit, t̄m apud inferos q̄ apud superos, i. viuentes corrui. Deniq; & potestas eius infernalis cōfracta mortuos amisit, vt sanctorum ppłs qui tenebatur in morte captiui, de illis exiret claustris & vinculis & falsitas eius denudata est atq; subuersa hic apud viuentes in dæmonum templis atq; simul lacris, vt qui tenebant in diuersis erroribus à diabolo captiui, exiret ad deum viuum p̄ euangelicam prædicationem de t̄bris suis ad lumen veræ euocari. Recte ergo geminatum est verbum, q̄a & illic vis mortis, & hic dæmonū cultus cecidit. L. Et audiui aliā vocē de celo dicentem: Exite de illa ppłs meus, vt nec participes sitis delictorū eius, & de plagis eius nō accipiat, q̄m peruenerūt p̄ctā eius vsq; ad cælū. Et recordatus est d̄ns iniquitātū eius. Postq̄ angelus ille clamauit, aliā vocē de celo audiui, inq̄t, q̄a postq̄ ipse Christus euangelizauit atq; passus est, spūs sanctus de celo venit, & linguas alias apłs Christi dedit. Extunc triumphus dñice passionis cepit annuntiarī vniuerso orbi, extunc in oēs gentes p̄nitentia & remissio peccatorū cepit p̄dicari. Exite ergo, inq̄t, vox ista de Babylōne ppłs meus, i. agite p̄nitentiā, & vnusquisq; v̄m in noīe dñi baptizet. Hoc enim veraciter de Babylōne exire est. Populus ait meus, i. o tu oīs qui ad vitam æternam es præordinatus. Nam foris quidem oīmibus prædicatur, & plerunq; reprobi q̄q; quasi ad credendum perducuntur, sed intus in proposito dei soli electi requirunt. Et quid intendat dicendo, exite: pulchre definit subiungendo: vt ne participes sitis delictorū eius, & e plagis eius non accipiat. Non ergo de loco ad locū exire iubent, sed vitā mutare, vt relictis peccatis & supradictis fornicationibus eius, consequenter & condigne plagas quocq; eius immunes habeant. Qm̄, inquit, peruenerunt peccata eius vsq; ad cælum, i. q̄m fornicando, & sanguine sanctorū sese inebriando ad hoc vsq; peruenerunt, vt ipsum occideret cæli regē & d̄m. Et ob hoc recordatus est, ait d̄ns, iniquitātū eius, i. diem statuit iudicij vniuersalis, in quo iniquitates eius puniant. Vnde & sequit: Reddite illi sicut ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia secundū opa eius. In poculo quo miscuit, miscete ei duplum. Quātū glorificauit se, & in delicijs fuit, t̄m date illi tormentū & luctum. Qui nam sunt hi qui reddere illi, sicut ipsa reddidit eis, & secundū opera eius duplicia duplicare iubent, nisi hi qui cū d̄no sedente ad iudicandū in sede maiestatis suæ, sedebūt & ipsi iudicarijs sedibus, videlicet sancti & martyres Iesu, q̄rū ebria sanguine hæc meretrix superius ostenditur? Reddite ergo, inquit, illi, sicut ipsa reddidit vobis, i. condemnatē illam sicut ipsa sanguinem vestrum innocentem condemnat. Parum erat dixisse, sicut ipsa reddidit vobis, nisi addidisset protinus, & duplicate duplicia secundū opera eius. Constat enī quia dum hæc sanctos persequitur & martyres Iesu, corpus t̄m occidit, & post hæc non habet quid faciat, ipsi autē potestatem hanc in iudicio cum eodem d̄no Iesu habēt, vt corpus & animam mittant in gehennam. Bñ ergo, duplicate duplicia, inq̄t, secundū opa eius. Itēq; & in poculo q̄ miscuit, miscete illi duplū. Continuōq; ait: Quātū glorificauit se & in delicijs fuit, t̄m date ei tormentū & luctū. Pro gloriatione q̄ se extulit, luctum: pro delicijs quibus inordinate vsa est, date illi tormentum. Duæ istæ damnationis eius causæ sunt: altera, q̄a sanctis & martyribus Iesu mala reddidit, dum sanguinem eorū fudit: altera, quia affluxit in delictis & fornicationibus suis, quæ videlicet causæ & superius p̄scriptæ, & hic ordine prepostero repetitæ sunt. Summa reatus eius nota, vt p̄cti eius interminabilis sit superbia eius, quæ videlicet non vtcunq; peccat aut fornicat, sed in p̄ctis & fornicationibus suis gloriatur siue glorificat se. Vnde adhuc subdit: Quia in corde suo dicit: Sedeo *regina, & vidua non sum, & luctum non videbo. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne cōburet, quia fortis est deus q̄ iudicauit illam. Quod taliter & sic dicat in corde suo, sedeo regina, &c. & q̄ iccirco plagas istas sustinere habeat, prophetica iam dudū firmavit veritas. Nam in Esaiā propheta d̄t illi inter cætera: Descende, sede in puluere virgo, filia Babylōnis, sede in terra. Virgo grauissima cum ironia d̄t illic: nam hic veraciter pronuntiat meretrix, Subinde d̄t ei: Dixisti, In sempiternum ero d̄na. Non posuisti hæc super cor tuū, neq; recordata es nouissimi tui. Et nunc audi hæc delicata & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo. Ego sum, & præter me non est amplius. Non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Venient tibi hæc duo subito in die vna, sterilitas & viduitas, & cætera. Itaq; p̄pter superbiam, quia non quomodo cunq; peccat hæc meretrix, sed superbiendo peccat, & peccando superbit & exultat, q̄d non ita vt ciuitas dei, quæ in hoc mundo peregrinat, vidua sit, cum sit meretrix, & multi reges cū ea fornicent, tanq̄ hoc sit matrimonij legitimū beatę reginę potentis & dominantis. Propter hoc, inquam, iustum & irreprehensibile est iudicium vt veniant plagæ istæ super eam, mors, & luctus, & fames, & æterno comburatur igni. Hæc vero sententia dubitabilis est quin certū debeat habere effectum: quia fortis, inq̄t, est deus qui iudicauit

Ibidem

Hebr. 7.

Esai. 8.

Roma. 16.

1. Timot. 6.

Osec. 7.

Acto. 2

Math. 21

Lucæ. 12

Vt regina.

Esaiæ. 47.

Ibidem.

Nec,

dicanit illā, & semel voce vel scripto prolata, nō impotēs est adimplere sententiā. L. Et flebūt & plangent se super illam reges terræ, q̄ cum illa fornicati sunt, & in delicijs vixerunt. Et cū viderint fumū incendijs eius, longe stabūt p̄pter timorē tormentorū eius, & dicent: Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, qm̄ vna hora venit iudicium tuum. J. Hic iam meminisse iuuat scripti illius siue voluminis de q̄ in Ezechiele propheta scriptum est: Et vidi, & ecce manus missa ad me in q̄ erat inuolutus liber, & expādit illā corā me, qui erat scriptus int̄ & foris, & scriptæ erāt in eo lamētatiōes & carmē, & væ. Ille nāq̄ liber, oīs scriptura diuinitus inspirata est, q̄ corā propheta expandit, q̄a fidei viro grā Chri aperiēte intelligibilis reddidit. ¶ In illo libro scriptæ sunt lamentationes, & carmen, & væ quorū videlicet triū, carmen & væ opposita sunt, lamētationes vero q̄si mediū obtinēt locū. Carmē quippe sempiternum sanctis & electis in futuro seculo sanctæ scripturæ repromittunt: Væ aut̄ oīs bus impijs, q̄les in isto loco denotant reges terræ q̄ cum meretrice fornicati sunt & in delicijs vixerunt, & mercatores terræ, q̄ de virtute delicijs eius diuites facti sunt. Porro lamentationes pœnitentiū sunt, q̄ in p̄senti peccata sua tēporaliter lamētant, ne perueniāt ad illud væ sempiternum. Hæc omnia, s. lamentationes, & carmen, & væ, scripturæ huius præfens locus simul congregata studiose legentibus demonstrat. Cū em̄ dicit: Exite de illa populus meus vt ne participetis sitis delictorū eius, & de plagis eius non accipiatis: pœnitentia, sicut iā ante dictum est, in omnes gentes p̄dicatur, q̄d nimirū lamentari est. ¶ Væ aut̄ manifestius, q̄d impiorū est, hic exprimit, cū ipsi dicūt: Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, qm̄ vna hora venit iudicium tuum. Et rursum: Væ væ ciuitas illa magna quæ amicta erat bysso, & purpura, & coccino, & deaurata est auro, & lapide pretioso, & margaritis, qm̄ vna hora destituta sunt tantæ diuitiæ. Itemq̄ tertio: Væ væ ciuitas magna, in q̄ diuites facti sunt oēs qui habēt naues in mari de pretijs eius: qm̄ vna hora desolata est. Tertio væ congeminationem est, atq̄ ita sexies væ dictū est. Et vna eademq̄ causa dicendi væ væ vbiq̄ reddidit, paucis tñ commutatis vocibus, qm̄ vna hora venit iudicium tuum, qm̄ vna hora destituta sunt tantæ diuitiæ, qm̄ vna hora desolata est. Omnia namq̄ mundi ætatū, q̄ sex numero sunt, tunc simul vindicabuntur in eis scelera, quorum nulla est septima, i. nullum sabbatum. ¶ Et hoc mirum atq̄ miserimum erit videre eis, qui tantopere amāt hoc nequam seculum: quia tot diebus vel temporibus, tot mundi ætatū opa mala iudicabunt, & gaudia peribunt succedente interminabili quātitate tormentorū, vna hora iudicij, vna hora destitutionis, vna hora desolationis. Tūc oīa simul peribūt, in q̄bus fornicatores mūdi amatores cū sepe dicta meretrice luxuriati sunt. ¶ Aurū, & argentū, & lapides pretiosi, & margaritæ, & byssus, & purpura, & sericū, & coccinū, & omne lignū tinū, & oīa vasa eboris, & oīa vasa de lapide pretioso, & æramēto, & ferro, & marmore, q̄ vniuersa p̄tinēt ad fornicationē oculorū. ¶ Deinde & cinamo mū, & amomū, & cætera species thuris, & odoramentorū, q̄ nimirū hic ad fornicariū referunt olfactū. Deinde & species vnguētū, q̄ ad luxuriosum spectat. ¶ Deinde, inq̄, & vini, & olei, & similia, & tritici, q̄ vel q̄si similia referunt ad gustū. ¶ Post multa inferi & vox citharædoz, & musicorū, & tibia canentiū, Et tuba non audiet in te amplius, quæ ad quintū spectant corporis sensum, i. ad auditum. Igit̄ omnia fornicationis instrumenta in quib̄ sensibus corporis lenocinātia damnant, p̄ q̄s videlicet sensus om̄e adulteriū aīæ a deo fornicantis exercet. ¶ Lumentorū q̄q̄ & ouīū, & equorū, & rhedaz, & mancipiorū, & aīaz hoīm seruitia, inter peritura mūdi supellectilem numerant: sed & poma suo noīe expriment, q̄ ipsa cupi ditati inordinatæ perire debeant, dicendo: & poma tua, desiderium aīæ discessit a te. ¶ Nihilominus inter hæc concludunt quæcunq̄ sunt irritamenta gulæ siue experimenta culine, dū addit: & omnia pingua & clara perierunt a te. Fere omnia voluptatis instrumenta quæcum que vel quantacunq̄ quinq̄ sensibus corporis hauriunt, & p̄ quæ dignior pars languescit hominis & captiuatur, suis nominibus peritura expriment, opportuna nimirū videntis & scribentis diligentia. ¶ Quia videlicet in illa hora cum cœperit hic mundus supremo igne conflagrari, miseræ cunctis amatoribus eius dedit spectaculum, vbi non sine magno dolore perire videbunt, quæcunq̄ cum amore nimio possederunt. Vnde vt doloris vehementiam insinuet fore non paruam, semel & iterū ac tertio flentiū atq̄ lugentium incōsolabilem præscribit miseriam. Ait enim: L. Et flebūt, & plangent se sup̄ illam reges terræ. J. Et iterū: L. Et mercatores terræ flebunt & lugebūt super illam, qm̄ merces eorū nemo emet amplius. J. Ac deinceps: L. Et oīs gubernator, & oīs q̄ in loco nauigat, & nautæ, & q̄ maria operant longe steterunt & clamauerunt videntes locū incendijs eius, dicētes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserūt, inq̄, puluerē sup̄ capita sua. J. Puluis sup̄ capita, pœnitudinē tristitiā significat. ¶ Væ illa pœnitudo iā vtilis nō est fructuosa, quia nimirū sera est. Simulq̄ sciendum, q̄a iam in ipsis pœnitētibus ratio aut sapiētia nulla est. Qualis em̄ vel q̄ rationabilis est modus pœnitētiæ, vbi flentes & lugētes clamāt & dicūt, q̄ similis ciuitati huic magnæ? Etiā nūc phantasiā gloriæ transitorie, quam viderant, arbitrant magnam ciuitatē fuisse. Nō ergo tam

eam dolent se voluptates noxias admisisse, q̄ easdā voluptates sibimet irrecuperabiliter perire. Et p̄fecto si possent cūctā hæc pereūtia cupiditatis fomenta q̄ hic cū tormento ipsorum noiatim exprimunt, de incendio liberare, sibiq̄ retinere cuperēt. Sed proculdubio nō poterunt, rebusq̄ pereuntibus longe aberit auxiliū ipsorū pariter pereuntū. ¶ Vnde cū magna in valetudinē eorū significatione semel & iterū ac tertio hic est dictū, q̄a longe stabāt. L. Cū inquit, viderint reges terræ fumū incendijs eius, longe stantes propter timorē tormentorū eius, dicent væ væ. J. Item: Et mercatores hoīm qui diuites facti sunt ab ea lōge stabūt, propter timorē eius flentes & dicētes væ væ. Et paulo post: Et oīs gubernator & nautæ longe steterūt, & clamauerūt flētes & lugētes, & dicētes, væ væ. Oēs oīno tā reges q̄ nautæ siue gubernatores, tā nautæ q̄ negotiatores longe stabūt, non tam loco q̄ defectu cordis, & aīo inualido: quia videlicet nec reges tunc arma vel exercitus ad pugnandū, neq̄ nautæ remos ad nauigandū, neq̄ negotiatores institas ad colligendas sarcinas habebunt. Nā & iumentorū, & eq̄rum, & rhedaz subsidia cuncta deerūt. L. Notandū interea q̄a pastores aut ruricolæ stetit hunc & luctū habituri non scribunt: quia videlicet simplicis vitæ officia sunt, magisq̄ necessario viui q̄ sup̄flua cupiditati famulant. Ab eiusmodi stetu & luctu recte nimirū nautæ non excipiunt, quia non nihil & ipsi ridēt & gloriant dum remigāt, & p̄spero per maria cursu ferunt. Hoc ita esse proculdubio p̄senti quisquis nauū prospere velificatiū aliq̄ vidit, nautarūq̄ lasciuentiū celeuma (q̄d est carmē nauticū) audiuit. Neq̄ em̄ sic excusabiles aut ruricolæ aut pastores, quorū cū nonnullis deus ab initio locutus est, isti q̄q̄ videri possunt, q̄rum lacertis non solū mercatoriz, væ etia pugnatoriz naues actæ cucurrerunt, & bellico sanguine marinos persepe fluctus infecerunt. Sequitur: L. Exulta super eā cœlū & apli, & sancti p̄phetæ: qm̄ iudicauit deus iudiciū v̄m de illa. J. Iam de lamentationib̄ & væ hic in loco suo diximus, de carmine quod tertiu erat in supradicto volumine scriptū, postmodū suo loco dicemus. Nunc interim quod superest de dānatione meretricis magnæ quodq̄ adhuc ad væ ipsius pertinet, profequamur: Exulta, inquit, super eā cœlum, & apostoli, & sancti p̄phetæ, qm̄ iudicauit deus iudicium vestrum de illa. J. Statimq̄ sequitur: L. Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittet Babylon magna illa ciuitas, & vltra non inuenietur. J. Memoriter tenendum est, quia cuncta hæc damnatio meretricis ad consolationē, nō solum huic Iohanni, sed prioribus quoq̄ reuelata est propheta, sicut p̄diximus in initio huius visionis: vt videlicet cōsolationem habeant in aduersis, & tribulationes patienter ferant, scientes quia quæ illos persequit pars aduersa, nō sic semper erit, non semp̄ voce p̄ualebit, sed tollet de medio, paratūq̄ relinquet dei regnū, & nullū vltra faciet illi scandalū. Quod cum factum fuerit, sicut p̄cedens sermo vehementi declamatione significauit, tūc nimirū & angelis & hoīb̄ sanctis plenum gaudium erit. ¶ Ait ergo: Exulta super eam cœlum, i. iam completa ex hominibus cœlestis societas angelorū, exultate apostoli, exultate propheta sancti, & vos oēs martyres Iesu, qm̄ iudicauit deus iudicium v̄m de illa, qm̄ factum est vt clamor vester expetebat dicentium: Vique q̄ dñe sanctus & verus non iudicas & vindicas sanguinem n̄m de his qui habitant in terra? Hic illius vocis verba finiunt, quæ superius audita de cœlo sic exorsa est: Exite de illa populus meus. ¶ Porro hic angelus fortis, q̄ continuo lapidem magnum quasi molarem sustulisse & in mare misisse dicit: Hoc, inquit, impetu mittet Babylon magna illa ciuitas, & vltra non inueniet, ipsum fortem & potentem significat dñm, qui sedes in sede maiestatis suæ, cōgregatis ante se cunctis gentibus, his qui à sinistris eius erunt, p̄prio ore dicturus est: Ite maledicti in ignem æternum, q̄ paratus est diabolo & angelis eius. Tūc enim veraciter vniuersa ciuitas diaboli cum magno impetu in profundū mittet, & sicut lapis magnus in mare missus non supernat neq̄ resilit vltorius, sic illa semel præcipitata, de inferno nō emerget amplius. ¶ Et congrue non qualemcunq̄ lapidem, sed quasi molarem p̄ exprimēda similitudine dixit: q̄a videlicet Babylon ista sicut p̄ci pondere grauis, ita & erroris agitatione instabilis est. Hoc vtrunq̄ lapis molaris conuenienter innuit, q̄ & pondere grauis est, & p̄ molēdi officio semp̄ circuit. Et cōtinuo sequit̄: L. Et vox citharædorū & musicorū & tibia canentiū & tuba non audiet in te amplius. J. Hoc aut̄ superius anticipauimus pro continuādis quinq̄ sensuū corporis voluptatibus, quia cætera quæ illic flebantur, cæteris sensibus, luxuriantibus famulant, istis aut̄, i. musicis instrumentis demulcet auditus. ¶ Nec vero frustra tāte meretricis musica oīs condemnat, quia nimirum ludicra & lasciuia, imo etiā turpia, & demum quoq̄ phantasmata sunt, q̄ ab illa cantant & eorū suauitate maxime ad incitamenta libidini eadē meretrix abutiū. Cæterū in veris dei veri laudibus pulcherrimæ artis musicæ rōnabile obsequiū laudabiliter acceptat, & eis q̄ legitime canūt & sapiēter psallūt, remuneratio vel præmiū erit carmē æternū, de q̄ post paululū scriptura hęc bonū referens auditū, magni fice consolat patientiā sanctorū. L. Et oīs artifex, & oīs ars nō inueniet in te amplius. Et vox molæ nō audiet in te amplius, Et lux lucernæ nō lucebit tibi amplius, Et vox sp̄sōi & sp̄sōæ non au-

Supra q̄

Matth. 23

non audiet adhuc in te, q̄a mercatores tui erant principes terræ, q̄a in veneficijs tuis errauerunt oēs gentes. Et in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est, & omniū qui interfec̄ti sunt in terra. Hic oīa vt dicunt, ita sunt: q̄a non solum artificia quibet non supererūt, verbi gr̄a, plantantiū vel ædificantiū, imo etiam q̄ plantata & ædificata fuerāt penitus auferent, quippe cum insuper scriptum sit: q̄a p̄terit figura huius mundi, & neq̄ molent, neq̄ cætera ventris ministeria iam quærēt aut inuenient, & sic lumine oīs lucernæ carebūt, vt in sempiterno impij sint horrote tenebrarum, & sicut verum est quod ante p̄mittitur eis, vt dicant vā vā, ita certum & immutabile est quod nunc d̄r, & vox sponsi & sponsæ nō audietur adhuc in te. ¶ Quod aut̄ subiungit: Quia mercatores tui erant principes terræ, idem est ac si dicat: Idcirco nihil omnino commoditatis remanebit in te, quia etsi quippiam visa es habere quiscunq̄ iustitiæ, tu bona recepisti in tuo tempore qualia quæfisti, p̄ qualibus acquirendis siue tutādis tu leges nōnullas à ratione non dissenties foris vt intus habuisti & custodisti. Neq̄ enim tale qd̄ propter verā vitā obseruasti, sed vt securus principis tui negotiaretur in acquisitione auri & argenti, p̄diorumq̄ & tractuum maris, & nihil deesset voluptatibus explendis. Tuā ergo mercedē recepisti, de cætero q̄ tibi reposita erat damnatio nūc debetur, & nunc reddit tibi æterni iudicij. ¶ Propter duo hæc, q̄a in veneficijs tuis errauerunt, & quia sanguis prophetarum & sanctorum in te inuentus est, de quibus causis plenius iam supradictū est. Non solum aut̄ p̄phetarum & sanctorum requirit ex te, vtz etiam omniū pariter qui interfec̄ti sunt in terra, quia videlicet bellos & homicidiorum oim quæ fuit causa, nisi radix oim malorum cupiditas: Tam de lamentationibus pœnitentiū, & de multiplici vā impiorum atq̄ impœnitentium dictum est, nunc de carmine iustorum vocem magnam, vocem desiderabilem de celo auditam, sensu diligentiore carpamus. L Post hæc audiui quasi vocem magnam tubarum multarum in celo dicentium, alleluia. Laus & gloria, & virtus deo nro, quia vera & iusta iudicia eius sunt, q̄a iudicauit de meretrice magna q̄ corrupit terram in p̄stitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. Et itez dixerūt alleluia. Et fumus eius ascēdit in secula seculorum. Et ceciderūt seniores viginti quatuor & quatuor aīalia & adorauerūt deū sedentē sup̄ thronū, dicentes: Amen alleluia. Et vox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite deo nro oēs serui ei, & q̄ timetis eum pusilli & magni. Et audiui quasi vocem tubarum magnarum, & sicut vocē aquarum multarum, & sicut vocē tonitruorum magnorum dicentium, alleluia. Hic est auditus consolationis, hoc est carmē in supradicto libro scriptū, carmen exultationis, carmen v̄m, o peregrini ciues cœlestis patriæ, q̄ in hoc mūdo peregrinamini & lamentamini. Qm̄ siebunt & lugebūt reges illi, mercatores illi, gubernatores & nauarum illi, videntes perire vanitates & insanas falsas, in quibus sunt confisi, & dicent vā vā, tūc vos alleluia cantabitis. ¶ Alleluia nāq̄ verbū Hebraicū interpretat̄, laudate dñm: & hoc nomine pleriq̄ psalmai titulati sunt, quorū in vno taliter p̄scriptū est: Alleluia, reuersio Aggæi, & Zachariæ, Aggæus & Zachariæ p̄phetæ captiuationē filiorum Israel factam à Nabuchodonosor solui p̄dixerunt, & templi destructionē, & ipsi quoq̄ reuersioni illorum in Hierusalē & reedificatione templi interfuerunt, in similitudinem videlicet electorum omnium de peregrinatione hac, vbi mala intulit illis damnata illa meretrix Babylon, ad æternam & cœlestē ciuitatem suam Hierusalē, redeuntium. L Audiui ergo, inquit, post hæc quasi vocem tubarum multarum in celo dicentium alleluia. ¶ Noranda mirabilis oppositio, quia illi ciuantes tertio dicunt vā vā, ciuitas illa, isti econtra lætantes tertio dicunt alleluia. Primo nāq̄ audiui, inquit, q̄si vocem magnā dicentiū alleluia, secundo & itez ait, dixerūt alleluia: tertio, & adorauerūt deum sedentē super thronū, dicentes: Amen alleluia. Nec isto contentus iterum repetiuit qd̄ dixerat: Et audiui quasi vocem tubarum magnarum, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocē tonitruorum magnorum dicentiū, alleluia. Quater ergo dictū est, alleluia. ¶ Et si placet interpretationē vel sensum vocis huius æq̄pollēter accipere, sicut illic sexies vā, ita & hic alleluia sexies dictum est. Nam postq̄ primo dictū est, alleluia: subiunctū est, laus, & gloria, & virtus deo nro est. Item postq̄ dictū est, & adorauerūt deū sedentem super thronū dicentes, amen alleluia, subiunctū est: Et vox de throno exiuit dicens: Laudem dicite deo nostro omnes serui ei. Igit̄ sicut illic sexies vā, ita hic sexies audis alleluia, siue laudem deo, q̄a & illi quorū est vā, per sex mundi ætates in illis fornicationibus alijs alijs succedentes, vā illud sibi thesaurizauerūt: & isti, quorū est alleluia, itidem per sex mundi ætates alijs alijs succedentes, femetipsos ad laudem & gloriam dei in sanctis virtutibus exercuerunt. Cantant ergo & laudant, & speciosa est laus in ore ipsoꝝ. ¶ Et quid cantantes laudant, quid laudantes cantant? Iudiciū & misericordiam, in q̄bus tota pendet materia cōtionis & laudis diuinæ. Psalmista dicens: Misericordiam & iudicium cantabo tibi dñe. Et q̄dem anteq̄ fiat iudiciū, prius est misericordiā, & deinde iudiciū cantare: postq̄ aut̄ factū fuerit iudiciū, prius erit veritatem iudicij laudare, deinde misericordias in æternū cantare. Nūc enim misericordia prius offert, & deinde misericordiarum contemptoribus iudiciū rependit, tunc aut̄ prius & semel iudicium actū

1 Cor. 7.

CAP. XIX

Alleluia.

Psal. 100.

actū celebratur, & deinde misericordia, sicut iā dictum est, in æternū cantat. Prius itaq̄ iudicium laudant cū dicunt: L. Quia vera & iusta iudicia eius sunt, q̄a iudicauit de meretrice magna quæ corrupit terrā in prostitutione sua, & vindicauit sanguinē seruorum suorum de manibus eius. ¶ Duobus ex causis pro quibus meretricē superius damnatā esse diximus, veritatē iudicij laudat, quæ altera est, q̄a terrā in prostitutione sua corrupit: altera, quia sanguinē sanctorum fudit. Deīn misericordiā dulcissimo cōcentu laudat cū dicit: L. Qui regnauit dñs deus noster omnipotens: gaudeamus & exulemus, & demus gloriā ei, qm̄ venerūt nuptiæ agni, & vxor eius p̄parauit se, & datū est illi vt cooperiat se byssino splendente candido. ¶ Inde laus & gloria, inde gaudium & exultatio, inde toties alleluia: q̄a dñi iudicat mulier illa meretrix & prostituta illa, celebrat nuptias suas agnus & vxor eius, mulier alia, mulier beata. Dicunt ergo alleluia succinendo, qm̄ regnauit dñs deus noster omnipotens. Quis dñs, aut q̄s deus? Agnus ipse cum quo pugnaverunt fornicatores illi reges, & vicit illos: qm̄, inquit, dñs dñorū est & rex regum. Inde gaudeamus & exulemus, q̄a vicit & regnauit, & demus gloriam ei nos electi, & vocati, & fideles, q̄ cum illo sumus & cū illo vicimus. Nos victores siue victoriæ eius participes, in eo demus gloriam ei, vt non nobis quod vicimus, sed illi totū attribuamus soli triumphatori, soli omnipotenti. Nec vero solummodo quia vicit & regnauit, sed quia venerunt nuptiæ eius, & vxor eius p̄parauit se, quam p̄ illi destinauit, dicens in Dauid in cantico Epithalamij: Sedes tua deus in seculum seculi, virga directionis virga regni tui. Astitit regina à dextris tuis. In quo p̄parauit se? In vestitu deaurato, in simbreis aureis circumamicta varietatibus, quarum omnium primum byssinum est splendens & candidum. Byssinum enim, inquit, iustificationes sunt sanctorum. Porro iustificatio prima siue iustificatiōis principium fides est, q̄ sicut Abraham reputata est ad iustitiā, ita & nobis credentibus, inquit, Ap̄l̄s, reputabitur ad iustitiā. Hoc illi, videlicet vxori eius datum est, quia pro culdubio fides donum dei est. Huic byssino splendenti & candido inimicū erat illud damnatæ meretricis cōcentum, non datum, sed raptum: non splendens, sed horridum: non candidum, sed sanguineum. ¶ Vox ista canentium, vox erat sicut aquarum multarum, & sicut tonitruorum magnorum, imo & sicut tubarum multarum, quia vox erit & concentus populorum multorum, magno tonitru cordium. i. magna deuotione innotantium multorumq̄ milium sanctorum q̄si tubicinando non bellum sed pacem & charitatem sanctæ trinitati semper occurrerem, semper occurrurā in suis cordibus excitantium. L Et dicit mihi: Scribe: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni sunt vocati. ¶ Hoc apud om̄em fidelem animam ita constans & certū est, vt illi magis vacet suspirare, q̄ de veritate sententiæ disputare. Vex nāq̄ est, & hoc vex iā scitur velut antiquū, & sciendum est semper quasi nouum. Scribe ergo, inquit, q̄a beati sunt vocati ad illam cœnam, non qualiscunq̄ calenda aut festiuitatis, sed nuptiarum agni. Ibi nāq̄ tota cœna est amor, vbi vxor viro, i. anima coniungitur deo, non ad horam, sed æternaliter: quia hæc cœna nuptialis, hic amor cōiugalis vita æterna est. Hinc est illud in Psalmo. Inebriabunt ab vbertate domus tuæ, & torrete voluptatis tuæ potabis eos. L Et dicit mihi: Hæc verba dei vera sunt. ¶ Qui hæc dicit, angelus vnus est de septē angelis q̄ habebāt septem phyalas, q̄ locutus est supra cum eo dicens: Veni, ostendam tibi damnationē meretricis magnæ q̄ sedet super aquas multas, &c. Plus ostendit q̄ promiserat, quippe qui nō solummodo damnationem meretricis, vtz etiam glorificationem beatæ mulieris, vxoris agni, & auditū carminis cœlestis, qd̄ est alleluia, ostendit & audire fecit. Et hæc, inquit, verba dei vera sunt: vt videlicet om̄ia hæc sic accipiamus, non vt verba cuiusuis hominis aut etiā angeli, sed vt vere verba dei & vera atq̄ rationabilia esse arbitremur, etiam si minus intelligere aut exponere queamus. ¶ Porro Iohannes q̄ gr̄anter acceperit, quanti æstimauerit demōstrationes eiusmodi, claret ex eo qd̄ dicit: Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Statimq̄ sequitur: L. Et dicit mihi: Vide ne feceris. Conferuus tuus sum & fratrum tuorum, habētium testimoniū Iesu. Deū adora. Testimonium enim Iesu, est spūs prophetiæ. ¶ Ergo Iohannes hic, qui nescire non poterat, deū vnum & solum ab homine debere adorari, paulisper pro excessu mentis in quo erat, minus clare hoc ipsum attendit. Veruntamen non longe à suo sensu aberrauit. Nam ante illū nonnullos veterum sanctorum procidisse legimus angelos, & non esse prohibitos. ¶ Cur ergo hunc angelus iste tam vehementer prohibuit dicendo: Vide ne feceris? Videlicet, quia ex q̄ deus homo factus est, veramq̄ suscepit naturam hominis, & eandem pro omni mundo passioni & morti addictam suscitauit, & ad dexterā patris collocavit, sanctumq̄ spiritum recōsolationis dedit hominibus, iā fratribus & amicis suis ex eo dignitas naturæ humanæ supra semetipsam creuit, & perducta est vsq̄ ad mensuram angelicę dignitatis. Proinde cū dixisset, vide ne feceris, cōtinuo cur phiberet rationē hęc reddidit. Cōferuus tuus sum & fratrum tuorum, habentiū testimoniū Iesu. Ergo deū, inquit, adora, quē & ego conferuus tuus adoro. ¶ Et continuo q̄si quæreres qd̄ dixerit, habentiū testimoniū Iesu, vel qd̄ sit testimoniū Iesu, curauit statim aperire, testimonium, inquiens, Iesu, est spūs prophetiæ. Et quis est spūs prophetiæ

Psal. 44

Gene. 18
Roma. 4
Eph. 2

Psal. 37

Supra 17.

Gene. 12.

Roma, 8.

phetiae nisi spūs sanctus: Hic plane testimoniū nrm est, sicut dicit Apłs: Non accepistis spm̄ seruitutis itez in timore, sed accepistis spm̄ adoptionis filioꝝ, in q̄ clamamus abba, pater. Ipse em̄ spūs testimoniū reddit spūi nro q̄ sumus filij dei. Ergo q̄ testimoniū fidelij Chrii spūs sanctus est, & nō de qliber parua re testificat eis, sed de eo q̄ sunt filij dei, recte monent in vno Iohāne, q̄tenus neminē nisi solū & vñū deū adorēt, suz cōditionis & acceptae gr̄ae respiciēdo dignitatē. ¶ Quod cū ita sit, poterat quidē recte sic dici: Testimoniū em̄ Iesu spūs sc̄tus est, siue spūs adoptionis filioꝝ quē acceperūt, sed p̄ psona Iohānis pulchrius dixit: Testimoniū Iesu, est spūs pphetiae: q̄ ppheta est hęc Apocalypsis, sicut pmissum est in exordio voluminis cū dicit: Beatus q̄ legit & qui audiūt verba pphetiae huius. Dicēdo ergo, testimoniū Iesu est spūs prophetiae, Iohannē ipm̄ commonitū esse voluit, eius quā acceperat excellentioris gr̄ae, quia cum omnes qui spm̄ sanctum acceperunt testimoniū habent q̄ sint filij dei, multo magis iste dilectus Iesu Christi, qui talem tātamq̄ prophetiam accepit.

LIBRI DECIMI FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHANNIS APOSTOLI COMMENTARIO RVM LIBER XI.



Psal. 117

Psal. 117
1. Iohan. 4.
Roma, 8.
Psal. 118.

Cum iustitia iudicat & pugnatur.

Supra 4.

AVDENDVM & exultandū esse consolatis civibus regni dei, peregrinātibz hic inter filios huius seculi, vox pauloā de caelo au dita cecinit iccirco, q̄ dñs de meretrice magna iudicavit, & q̄ ipse dñs deus n̄r oipotens regnavit, & quia venerūt nuptiae agni. Recipiunt consolationē istā in sinuata mētibus suis a sc̄to spū pietatis. Exēpli gr̄a, dū ipsi dicūt in David: In convertēdo dñs captiuitatē Sion, facti sumus sicut consolati. Tūc repletū est gaudio os nrm, & lingua nra in exultatione. Tūc dicēt inter gētes, magnificavit dñs facere cū eis. ¶ Cōgaudeamus igit & nos & exultemus sicut consolati, sed ita ut gaudiū & exultationē moderet, & cū disciplina sua dirigat timor dñi. Nā in eodē David dicit ipse spūs timoris dñi: Seruite dño in timore, & exultate ei cū tremore. ¶ Sūt autē duo timores, alter seruilis siue p̄nalis, quē perfecta charitas foras mittit, de q̄ Apłs: Non accepistis, inq̄, spm̄ seruitutis itez in timore: alter liberalis & dulcis, de q̄ Psalmista: Timor, ait, domini, sanctus p̄mans in seculū seculi. Seruilis ille timor locū non habet hic, vbi em̄ electi dei sic sunt cōsolati, post audita atq̄ int̄lecta spūs sapiētiae & intellexit, spūs cōsiliij & fortitudinis, spūs sciētiae & pietatis opa, q̄ sicut in scripturis sc̄tis sparsim expressa, ita & in hac mystica reuelatione sunt sub tātis imaginibus cōgregata, quō locū vllū timor p̄nalis habet. ¶ Ergo timendū quidē consolatis, sed timore sancto, timore casto, videlicet ut humiliter in fundamēto humilitatis stent, q̄ cōsolatione spūs sancti digni habiti sunt. Itaq̄ ab aliorum exordio demōstratio salutaris repetit, & qui sapius in his reuelationibus agnus visus vel dictus est Chrii dei filius, tali schemate semel atq̄ itez ac tertio conspicit, ut obliuisci nō possint etiam consolati adhuc superesse quippiā cur timeat. Nā sequit: Et vidi cœlū apertum, & ecce equus albus, & q̄ sedebat sup̄ eū, vocabat̄ fidelis & verax, & iustitiam iudicat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, qd̄ nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocat̄ nomen eius, verbū dei: Et exercit⁹ qui sunt in caelo, sequebant̄ eū in equis albis, vestiti byssino albo mundo. Et de ore ipsius p̄cedit gladius acutus, ut in ipso percutiat gētes, & ipse reget eos in virga ferrea. Et ipse calcet torcular vini furoris irae dei omnipotentis, & habet in vestimento & in fœmore suo scriptū: Rex regum & dñs dñantium. ¶ Cuncta hęc bñ p̄specta vsq̄ ad id qd̄ ait: Et vidi thronū magnū candidū, & sedentem sup̄ eum, a cuius conspectu fugit terra & cœlū: & libri ap̄ti sunt, & iudicati sunt mortui, & iudicātū est de singulis secundū opera ipsorum, & infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis, cuncta, inquam, hęc diligenter aduersa plena timoris sunt, & prudentem animam ad timorem sanctū bene & vtiliter instruit: quippe cum nemo sapiens gloriari audeat, q̄ in illa die, in illa hora bene p̄paratus inueniatur casto corde & perfecta conscientia. Nusquam in oibus, quē in hac Apocalypsi a septem spiritibus, qui in conspectu throni dei sunt, reuelantur sub imagine tam terribili, Iesus Christus qui est testis fidelis conspicit, ab eo loco vbi sedens supra sedē similis erat asperctui lapidis lapidis, & sardini, & iris erat in circuitu sedis, vsq̄ ad locum p̄sentem: Ibi sp̄ritus

ritus sapiētiae reuelationes atq̄ apparatū considerauimus. ¶ Secundo loco agnus visus est in medio throni, & in ipso accipiente de dextera sedentis in throno librū & aperiente illū, & soluente septē signacula eius: suis in operibus sanctū p̄dicauimus intelligentiae spm̄. ¶ Tertio loco vbi in figura eius stetit scribit angelus ante altare, aureū habes thuribulū in manu sua, septemq̄ tubis in ordine suo canētibus, rursus ante cantū tubae nouissimae conspicit angelus & iris in capite iustea quae p̄ ipsum circa nos egit sanctus consiliij spūs opera p̄struimus. ¶ Quarto loco filius masculus muliere magna pariete natus conspicit, qui reclusus erat oēs gentes in virga ferrea, & raptus est ad deū & ad thronū eius, & ibi subsequētibus bellis victoriāq̄ multiplici celebrata, sanctū fortitudinis spm̄ operantē agnouimus. ¶ Quinto loco agnus supra montē Sion stans, cū sodalibus suis cantū cū nouū citharizantibus cōspicit, & deinde idem filius hoīs falcē in manu habēs acurā, post quē ingrediunt septem angeli habentes atq̄ effundentes septē phyalas plenas iracundiā dei, & ibi spectauimus sanctū scientiae spm̄, quae vel qualia circa genus humanū operatus sit. ¶ Sexto loco siue sexta recapitulatione, ostensa meretrice & bestia q̄ portat eā, & p̄missio de cornibus eius, i. de regibus terrae, quia hi cum agno pugnabunt, & agnus vincet illos: item angelus de caelo descendens, habens potestatem magnam conspicitur, & terra illuminata est a gloria eius, & ex eius ore loquētē spiritum pietatis, ea quae ad consolationē pertinent sanctorū, agnouimus. ¶ Nusquā talis tam terribilis facies eius apparuit, ut in hac septima parte visionis, vbi primū cū exercitu & gladio oris sui iudicās & pugnās, tandemq̄ sedens fugiēte terra & caelo, iudiciumq̄ agens conspicit. Vñ hic nō incōgrue is q̄ in numero septē spūm̄ deorsum nouissimus ē spiritus timoris ordine suo recognoscit, ex opm̄ suoz proprijs imaginibus. Nūc scripturā seriē p̄sequamur. ¶ Et vidi, inquit, cœlū apertū, & ecce equus albus. ¶ Cœlū hic apertū, descendētis ad nos dei & dñi n̄r designat p̄spectū, iuxta illud p̄pheticū: Quia p̄spexit de excelso sancto suo, dñs de caelo in terrā asperxit. Item: Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo p̄spexit. Deniq̄ hoc est qd̄ protinus sequit: Et ecce equus albus. ¶ Siquidē equus albus, immaculatuū de virgine sumptū est dñi corpus, de q̄ plenius illic diximus, vbi aperiente agno vñū de septē libri signaculis, exiuit equus alb⁹, & q̄ sedebat sup̄ illū habebat arcū, & data est ei corona, & exiuit vincens ut vinceret. Ipse qui illic habebat arcū, & cū corona exiuit vincens ut vinceret: ¶ Vocatur hic fidelis & verax: & iustitia, inquit, iudicat & pugnatur, & oculi eius sicut flāma ignis, & in capite ei⁹ diademata multa, & exercitus q̄ sunt in caelo sequebantur eū in eqs albis. Et de ore eius procedebat gladi⁹ vtraq̄ parte acutus. ¶ Primū q̄ digna & q̄ vera sunt vocabula, fidelis & verax. Fidelis nāq̄ est, videlicet deo & patri, cui fideliter obediuit, quemadmodū Apłs dicit: Cōsiderate ap̄m̄ & pontificē cōfessionis nrae Iesum, q̄ fidelis ei qui fecit illū, sicut & Moses in domo illius. Amplioris enim gloriā iste p̄ Mose dignus habitus est. Et Moses quidē fidelis erat in tota domo eius, tanq̄ famulus in testimoniū eorū q̄ dicenda erant: Chrii vero tanq̄ filius in domo sua, q̄ domus sumus nos. Sed & p̄ pphetam deus ipse dicit: Et serui vobiscū pactū sempiternū, misericordias David fidelis. Ecce testem populis dedi est, ducē ac p̄ceptorē gētibus. Item: Verax iste est, imo & ipsa veritas: Ego, inq̄, sum via, veritas & vita. Et Iohannes baptista: Qui autem, inquit, accepit eius testimoniū, signauit quia deus verax est. Nimirum scriptura dicit: Omnis homo mēdax. Hic autem q̄ non homo trā, sed & deus est, recte d̄f & est, deus verax, hō cuius solius veritas, imo q̄ cum sit ip̄sa veritas, nos liberat. Ipse q̄ posuit hęc nōia, nominū d̄q̄ ipsoꝝ causas actuales apposuit dicendo: Et iustitia iudicat & pugnatur. ¶ Nam quia iustitia pugnatur, & neminē nisi causa iustitiae impugnat, neminem nisi iuste expugnat, q̄ppe qui non nisi contra superbos belli ca corripit arma, sicut scriptum est: Deus superbis resistit, p̄fecto fidelis est. Itē quia iustitia iudicat, nec dicit malum bonum, & bonum malum, nimis verax est. ¶ Et quia p̄ ignorantiā falli nunq̄ potest, ut iniuste iudicet, oculi, inq̄, eius sicut flāma ignis. Oia clare videt, & sicut iā dictū est, falli nō pōt ut iniuste iudicet. Sunt autē oculi eius oēs numero septē gr̄ae sancti spūs. Vnde & in hoc eodem libro agnus, & in propheta Zacharia lapis vnus septē oculos habere scribit. ¶ Item q̄ iustitia iudicat siue iuste pugnatur, semp̄ superat, & tā in sua persona q̄ in singulis fidelibus suis pugnando triumphat. Ic circo protinus subditur: Et in capite eius diademata multa. Videlicet quia sanctorum omnium victoriā vel coronā ad gloriam & gratiam ipsius referuntur, iccirco multa diademata in capite eius. ¶ Nā hinc est quod de ipso sub nomine filij Iosedech sacerdotis magni ad prophetam Zachariam deus loquitur: Sume a transmigracione, & ab Idai, & ab Idaia, & venies tu in die illa, & intrabis domū Iosiae filij Sophoniae, qui venerunt de Babylone, & sumes argentum & aurum, & facies cosonas, & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & loqueris ad eum dicens: Hęc ait dominus exercituum, dicens: Ecce vir oriens nomen eius, & cetera. ¶ Deniq̄ iuxta sensum mysticum Iesu filio Iosedech sacerdoti magno imponunt coronā, sumpto argento & auro a transmigracione, siue ab ijs qui venerūt de Babylone quia nobis

Psal. 101
Psal. 24
Supra 6.

Hebr. 3.

Esai. 55

Iohan. 14.

Iohan. 3.

Psal. 118

Iacob. 4.

Esai. 5.

Zach. 3.

Zach. 6.

proficiētibz & reuerfis ad meliora, p singulas virtutes nras dñs coronat, imo nobis p virtu
 te pœnitētiæ coronatis, saluator in singulis coronā accipit, iuxta illud qd & Paul^o loquitur:
 s. Timo. 4. De cætero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi iustus iudex: non solum autē
 mihi, sed & oibus q diligūt aduentū saluatoris nri Iesu Chri. Quia ergo veraciter non multa dia
 demata in capite eius, & sicut Apl^s ait ipse oia in oibus adimpletur, recte subiūgit: L Habēs
 nomē scriptum, qd nemo nouit nisi ipse. J Nam pter ipsum nemo scit quanto noie vel quan
 tum ipse sit noiat^{us} aut noiat^{us}, qppe cum nume: eoz pter ipsum nemo sciat, qru coro
 nis ipse coronat, quorum salutis autor ipse noiat. Vbi ergo scriptum habet nomen istud, si
 non scit? Deniq; in sanctis scripturis eius nullū scriptū est nomē ipsius qd non legat, qd non
 sciat? Nec vero qa dixit, habens nomen scriptū qd nemo nouit nisi ipse, cōsequēter dici po
 test indefinite, q nomē eius nesciat. Nam qa hoc dixit, ipse ptinus ait: Et vocat nomē eius,
 verbum dei. Illud ergo nomen qd & scriptū esse, & a nemine scire asserit vbi scriptū est: Ni
 mi: in magno libro vitæ, q nō est aliud q secretū eius sciētiæ siue psciētiæ. Nam vbi scripta
 sunt noia electoz oim, ibi nō potest abesse qtoz salutis autor ipse sit, qz numerus profecto
 cuiusdā nois eius oibus incogniti diffinitio est. L Et hic vestitus erat veste aspsa sanguine, &
 nomē eius verbū dei. J Quod idē est ac si diceret: Hic & vt homo passibilis & mortalis, pas
 sus & mortuus est: & impassibilis atq; immortalis, deus est. Nā in passione vestis eis .i. caro
 eius suo sanguine aspsa est. Vnde & propheta vehemēter admirans pcurat & dicit: Quis
 est iste q venit de Edō, tinctus vestibus de Bosra? Et illo respōdēte, ego q loqr iustitiā, & p
 puginator sum ad saluandū. Ait: Quare ergo rubrū est indamentū tuū, & vestimēta tua sicut
 calcantiū in torculari? Quare, inq; rubrū fecerūt vestimentū tuū, qre sanguinē tuū fuderūt,
 si tu iustitiā loqueris, si tu pctā nō fecisti, nec inuētus est dolus in ore tuo: Ergo vestis sangui
 ne aspersa caro est innoxia, mortē & pprii sanguinis effusione ppeffa. J Porro nomen eius
 vocat verbū dei, verbū p qd oia facta sunt, & sine q factū est nihil, qd mori non potuit: p qd
 & ipsa, q mortua fuerat, caro reuixit. Exemplū patiētiæ & mortis eius milia sanctoz sequū
 tur. Ait ergo: L Et exercit^{us} q sunt in cælo sequebant eū in eqs albis, vestiti byssino albo mū
 do. J Deniq; exercitus eius martyres & cōes sancti sunt, qcuq; in hoc mūdo qlibet modo p
 pter ipsum agonizati sunt. Nam ppter ipsos agones qz pertulerunt, exercitus dicunt. Quō
 sequebant eū: In eqs albis, inq; vestitu byssino mūdo. In eqs albis, .i. in corporibus candidis
 baptisimo purificatis, iustificatione bonoz opm, q p byssinū albū & mundū significant, de
 center ornatis. Taliter eū sequebant eū, hi maxime q vitæ mūditiā sanguinis sui aspersio
 ne supinduerunt p martyriū. Nā & ipse prius eq albo sedens, post etiā suo sanguine aspsus
 est. Vnde spōsa eius in Canticis recte gloriādo loquit: Dilectus meus candidus & rubicun
 dus, electus est ex milibus. Candidus, videlicet virginitate, rubicundus passione. J Præterea
 exercitus eius oēs virtutes cæloz sunt, & ipse est q in prophetis & psalmis toties dñs ex
 ercituū, dñs virtutū. J Hic iam multū est qd timeat dum dñs, qa iustitia iudicat & pugnat, &
 quia exercituū siue virtutū dñs est. Nā ipse est ille rex cui ad bellū nō temere est occurrēdū
 .i. apud quē vel cuius in iudicio non facile est de iustitia psumendū. Deniq; iuxta illud ex
 emplum euangelicū contra nrm qualemcuq; exercitum ipse habet duplū. Si nō decē mi
 lium, eius exercitus decē milium est. .i. si nos de operib^{us} iustitiæ nre confidimus, ipse de opi
 bus simul & cogitationibus rōnes contra nos est positurus. Iccirco persuadet & dicit: Aut
 qs rex iturus cōmittere bellum aduersus alium regē: nonne prius sedens cogitat, si posset cū
 decē milibus occurrere ei q cū viginti milibus veniat ad se? Alioquin adhuc illo lōge agēre
 legationē mittens rogat ea q pacis sunt? Hoc sciens vir sanct^{us} loquit: Vere scio q non iusti
 ficetur homo compositus deo. Si voluerit cōtēdere cum eo, nō poterit ei rēdere vnum pro
 mille. Et post pauca: Quantus ergo sum ego, qui respondeā ei & loqr verbis meis cum eo?
 Qui etiā si habuero quippiā iustū, non respōdebo, sed meū iudicē deprecabor. Quod est di
 cere: Etiā si quid iusti opis admisi, nihilominus legationē mittēs, rogabo ea q pacis sunt: qa,
 videlicet ad minus duplū cōtra me ille habet exercitū. .i. si de operibus ego me iustifico, ille
 cogitationes qz adducit ad iudicium, quia scrutator est cordiū. Vñ adhuc subditur: L Et de
 ore ipsius pcedit gladius vtraq; parte acutus, vt in ipso percutiat gentes, & ipse reget eos in
 virga ferrea. J Hic nanq; gladius ille est de q Apl^s loquit: Viuus est sermo dei & efficax, &
 penetrabilior omni gladio ancipiti, & ptingens vsq; ad diuisionem aīæ ac spūs, compagun
 qz ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatu
 ra inuisibilis in conspectu eius. Bñ ergo gladius vtraq; parte dñs acutus, qui procedit de ore
 eius: quia cum vocet nomen eius & sit, verbū dei, non solum facta vel dicta discernit, sed in
 timas qz cogitationes penetrat & percutit. Exēpli grā cum dicit pharisæis: Hypocritæ hñ
 prophetauit de vobis Esaias dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autē eoz longe est à
 me. Item: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et multa ijs similia. J Ad quid procedit
 de ore ipsius eiusmodi gladius? Vt in ipso, inquit, percutiat gentes. Hoc iam factum est & fit
 & vsq;

Esai. 63.

Cant. 1.

Esai. 6
Psalm. 123

Luc. 14

Job. 24

Hebr. 4

Math. 17
Esai. 29
Math. 27

& vsq; in finem seculi fieri non desinit, donec distinguat gētes bonas à dextris, & malas sta
 tuens à sinistris suis, vbi & vltimā eandēq; irreuocabile exerat vim gladii. .i. sententiam iudi
 cij in vtraq; parte pro ipsoz meritis. Nunc interim differi quidē iētis percutientis, sed iam
 vibrat gladius cōminantis. Hinc Psalmista dicit: Nisi conuersi fueritis, gladiū suū vibrauit.
 Itē in cantico Deuteronomij ipse dicit: Si acuerō vt fulgur gladiū meū, & arripuerit iudiciū
 manus mea, reddā vltionē hostibus meis. Veraciter ergo dictum est, vt in ipso percutiat gen
 tes. Sed addit adhuc: L Et ipse reget eos in virga ferrea. J Quos ipse reget nisi ex gētib^{us} pœ
 nitentes? Nam quia dñs de ore ipsius pcedere gladius vtraq; parte acutus, quia pcuratū est &
 pcurat, q ipse sit gentes inuitabili verbo iudicij pcuratur, pœnitentiā egerunt gentes euan
 gelio credentes, & istos ipse reget in virga ferrea. .i. in inflexibili iustitia, sicut dicit illi p in
 prophetā: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæredita
 tem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, reges eos in virga ferrea. J Quod illic con
 tinuo dictū est, tanq; vas figuli cōfringes eos, & hic dñs, vt in ipso percutiat gentes, partim in
 bonā partē recte intelligi pot, qa videlicet est percussio salubris, & contractio vtilis, dū gen
 tes. .i. ad vitam pordinari ex gentibus, audita p euangelium futuri iudicij aīaduersione, timo
 re concutiant, & ad pœnitentiā corde confringunt. Cæterz oēs in infidelitate remanētes
 malo suo percutientur, & malo suo confringent, eruntq; sicut vas figuli irreuerabiles, cu
 iu partes non possunt rursus coniungi aut conglutinari. Dicit aliquis: Quid vero Iudg^{is}? An
 illos gladius iste non attingit, q sic gentes percutit? Audi quod sequit: L Et ipse calcet torcular
 vini furoris iræ dei omnipotentis, & habet in vestimento & in scemore suo scriptū: Rex
 regum, & dñs dñantium. J Ipse qui percutit siue percutiet gentes, & reget eos in virga fer
 rea, iam calcet torcular vini furoris ire dei omnipotentis. .i. iam parat pressuram ppo illi, iam
 causæ suscitæ sunt propter quas veniat & incumbat illis pondus & pressura Romani im
 perij, vt concludat multitudines eoz, & in angusto comprimat, exercitus Titi & Vespasia
 ni. Hæc pressura nimirum recte & nimis congrue designat per torcular vini. J Gens nanq;
 illa fuit vel esse debuit vinea dñi, & quia cum debuisset facere vnas, fecit labruscas, malū hoc
 illi euenturum deus ipse in propheta pdixit: Et quia de vinea Sodomoz vinea eoz: qa vna
 eozū vna fellis, iccirco mala hæc illis reddenda apud se condita & in thesauris suis esse signa
 ra, deus pdixit in Cantico Moy^{si}. In propheta Esaiā cū ille ex persona sua pmississet: Canta
 bo dilecto meo canticū patruelis mei, vineæ suæ, &c. Tandem deus dicit: Nūc ergo habita
 tores Hierusalem & viri Iuda, iudicate inter me & inter vineam meam. Paucisq; interposi
 tis: & nunc, ait, ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in
 direptionem. Diruam maceriam eius, & erit in conculcationē, &c. Post huiusmodi cōmina
 tiones itē dicit: Vineam enim dñi exercituū domus Israel est, & vir Iuda germen delectabile
 eius. Dauid qz propheta cum dixisset, vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gētes, & plā
 tasti eam, &c. Præuidens hoc torcular & hanc pressuram, exterminauit eam, inquit, aper de
 sylvā, & singularis ferus depastus est eam. Nam aper de sylvā siue singularis ferus, gētis im
 perator, & Romanus intelligit exercitus. Pulchre ergo vbi dixit, & ipse reget gentes in vir
 ga ferrea, volens significare quid futurū esset Iudæis incredulis, & ipse, inquit, calcet torcular
 vini furoris iræ dei omnipotentis, p eo vt diceret: & Iudæi cadent in ore gladii, & in omnes
 gentes ducent captiui, siue erit pressura magna sup terrā, & ira in populo huic. J Quare autē
 non contentus fuit dixisse solummodo furori siue solummodo iræ, sed vtrunq; furorem. .i.
 & iram coniunxit dicendo torcular vini furoris iræ dei omnipotentis? Videlicet, qa vinum
 Iudæorum, quod verius dici potest fel & venenum, sicut Moses testatus est dicens: Fel dra
 conum vinū eoz, & venenū aspidiū insanabile. Vinum, inq; Iudæoz venenatū atq; fellitū, q
 ipsum vineæ dñm felle & aceto suspensum in cruce potauerunt, nō solū furorē aut solā irā,
 sed furorē simul & irā sibi cōparauit, .i. non tm in pñenti aut tm in futuro, sed in pñenti simul
 & in futuro damnationē sibi adq; suat, vt corpora hic cruciaret & captiuaret Romanus ex
 ercitus, aīas autem illic possideret diabolus, cruciaret infernus. Vtrāq; vindictā Moses vno
 breui versiculo exprimit: Ignis, inquit, succēsus est in furore meo, & ardebit vsq; ad infer
 ni nouissima. Hoc pmissio & calcet torcular vini furoris iræ dei omnipotentis, qd grauissime
 sonuit. Neq; em leue est tali in loco deū omnipotentē enuntiare, repente mirabiliter intulit.
 L Et habet in vestimēto & scemore suo scriptū: Rex regū, & dñs dñantiū. J Subtiliter nāq;
 & grauitur hoc dicto summā percutit reatus ppli Iudaici, pro q calcant in torculari furoris
 iræ dei omnipotentis. Ipsi nanq; sunt ciues illi, q rege isto siue hoīe nobili abeūt, iuxta para
 bolā euangelicā, in regione longinquā, accipere sibi regnū & reuertī miserunt legationem
 post illū, dicētes: Nolumus hūc regnare sup nos. At ille cū redisset accepto regno, & rationē
 cū seruis suis habuisset tandē ad suos cōuersus, veruntū, inquit, inimicos meos, q noluerunt
 me regnare super se, adducite huc & interficite ante me. Igit illis añ regē quē negauerūt in
 terfe cū, & iuxta præsentem scripturæ huius locū calcatis in torculari furoris iræ dei omni
 P 3 potentis

Psalm. 7
Deut. 32

Psalm. 2

Esai. 6

Psalm. 79

Deut. 32
Math. 27

Deute. 32

Luc. 19

potentis, repente infert: Et habet in vestimēto & scemore suo scriptū: rex regū & dñs dñan-
 tium: quia videlicet irridēdi sunt, & subannandū illis est, qui illum respuerūt, putātes q. esse
 rex non posset nisi secundū ipsoꝝ placitū, nisi ipsi vellēt, nisi ipsi reciperent eum. ¶ Eadē ex
 probans animi indignatione in Psalmo ppheta, cū dixisset: Quare fremuerūt gētes, & po-
 puli meditati sunt inania? Astiterūt reges terræ & principes, cōuenerunt in vnum, aduersus
 dñm & aduersum Chm eius. Disrūpamus vincula eorū, & pñciamus à nobis iugū ipsoꝝ
 statim intulit: Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dñs subannabit illos. Tunc loquetur ad
 eos in ira sua, & in furore suo cōturbabit eos. Ego autē cōstitutus sum rex ab eo sup Siō mō-
 tem sanctū eius, &c. ¶ Quo autē in vestimēto, vel q. in scemore suo nomē hoc habet scriptū:
 Rex regū, & dñs dñantiū? Vestimētū hui⁹ regis Chri aliter atq. aliter p loci diuersitate in-
 telligi debet. Nā alias sanctā ecclesiā siue fidē catholicā, alias sanctā significat scripturam.
 Vtrūq. ex vno Psalmo versiculo intelligit, vbi ipse loquitur dicens: Diuiserunt sibi vestimen-
 ta mea, & sup vestē meā miserūt fortē. Nā vestimēta dñi diuisa, significat sacra scripturam
 ab hereticis sp̄s deprauatā, vt alibi Psalmista: Quæ p̄fecisti, deſtuxerūt. Vestis eius q. de-
 super erat inconfutis, & sup quā fortē miserunt, designat ecclesiā vel fidē catholicā, diuina
 electione fidelibus datā, q. à nullo corūpi potest. Itē: Vestimētū eius ecclesiā intelligit, cum
 itē dicit Psalmus: Ecce q. bonum & q. iocundum habitare fratres in vnum, sicut vnguentū
 in capite, qd descendit in barbā Aaron, qd descendit in orā vestimenti eius. Et est sensus
 Sp̄s sancti gr̄a, quę plenarie in Ch̄so capite n̄o inhabitat, primum ex eo descendit in fortes
 viros ap̄los, qui significant per barbā Aaron: & deinde in martyres ceterosq. ecclesię filios
 magnos quidem, sed inferiores ap̄los, qui intelligunt in ora vestimenti: quia post ap̄los in ec-
 clesiā sunt p̄cipui, cuius fide & virtutibus Ch̄s ipse decorat, ad modū alicuius, qui vestimen-
 to pretioso induit. ¶ Porro p̄senti loco vestimentū rectē sanctā intelligitur significare scri-
 pturam. Amplius autē, qd magis placeat & pulcherrime splendeat vestimētum, simul & sc̄e-
 mur eius continens hoc scriptum, vna eademq. est scriptura sancta, scriptura illa quam p̄es
 carnis eius, quæ p̄ sc̄emur intelligit, conscripserunt. Hęc autē p̄cipue sit scriptura psalmoꝝ,
 quæ veraciter scriptura est sc̄emoris Ch̄i, quia scriptura est patris eius sc̄edum carnē Da-
 uid. Nempe q. iste sit rex regū, ibi taliter scriptum habes: Deus iudiciū tuū regi da, & iustitiā
 tuam filio regis. Versiculus quidē iste nondū regem regū, sed tantūmodo regē pronuntiat
 illū. Sequit autē postmodū: Et dñabit à mari vsq. ad mare, & à flumine vsq. ad terminos or-
 bis terrarum. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona addu-
 cent, & adorabunt eū oēs reges. Absq. vlla contradictione rex cui ceteri reges munera of-
 ferunt, & dona adducunt, & non solū hoc faciunt, sed etiam adorant eū, rex regū est. Et re-
 cte homines reges adorant regē hunc, q. cū hō sit, est etiā deus, qd breuiter & magnifice in-
 nuitur, cum d̄ in eodem: Ante solē permanet nomē eius. Quod idē est ac si diceret: Iste rex
 deus erat anteq. homo nasceret: q. erat anteq. fieret mūdus, cuius vita & pulchra pars est sol
 iste quē videmus. ¶ Porro dñs dñantiū nō adeo expressum est in hoc loco scripturæ, nisi qd
 ait: & dñabit à mari vsq. ad mare. Alias ergo quæramus, Dixit em̄ alio loco idem p̄ carnis
 eius, multoꝝ profecto seruoꝝ dñs, q. publica & solēni appellatione, vt regibus mos debitus
 erat, appellabat dñs, qd p̄mptū habes in historia gestoꝝ eius. Dixit, inq. idē rex & dñs: Di-
 xit dñs dño meo, sede à dextris meis. Dñm suū æque vt deū patrē appellauit eū ille regnans
 & dominans. Item in eodē Psalmo: Dñare, inq. in medio inimicoꝝ tuoꝝ: q̄rum multi p̄se-
 cto dñi sunt vel fuerunt, & per ampla dñati sunt & dñantur spatia terrarum, & tñ velint no-
 lint effugere non valent dñi huius dominaatum. Igit verum est, manifestum est, quia habet
 in vestimento & in scemore suo scriptū, i. in scriptura quā patres carnis eius conscripserūt
 testificatū, q. sit rex regū & dñs dñantiū. Et quidem ciues eius q. oderant illum, negare illum
 & post illum legationē mittere potuerunt dicentes: Nolumus hunc regnare super nos, sed
 scripturā hęc soluere vel abscondere nō possunt. Sequit: L. Et vidi aliū angelū stāte in sole, &
 clamauit voce magna dicēs omnibus aibus q. volabāt p. mediū cœlū. Venite, cōgregamini
 ad cœnā magni dei, vt māducais carnes regū, & carnes tribunoꝝ, & carnes fortū, & car-
 nes eq̄, & carnes sedentiū in ipsis, & carnes oīm liberoꝝ ac seruoꝝ, & pusilloꝝ ac magnoꝝ.
 ¶ Et hic alius, & adhuc tertius angelus eundē signat Ch̄m, propter aliud atq. aliud tem-
 pus aliudq. negotiū. Nā qd prius dictū est: Et vidi cœlū apertū, & ecce equus albus & sedēs
 super eum q. fidelis & verax vocabit Ch̄s deus verus est de virgine incarnatus: hic autē alius
 angelus in sole stans, idem Christus est, verus hominis & dei filius, per speciem columbæ in
 Israel manifestatus. Porro ea quæ iam dicta sunt, & in capite eius diademata multa, & vesti-
 tus erat veste aspersa sanguine, & cætera: per anticipationem dicta sunt. Nam ab hinc lati-
 tus eadē explicanda per figuras cōpetentes, atq. secundū ordinē q. gesta vel gerēda sunt vsq.
 in finē seculi sese p̄sentare incipiūt. ¶ Igitur vidi alium angelum stantem in sole, i. vidi Ch̄m
 stum manifestatum in Israel, magna sp̄s sancti siue columbæ & paternæ vocis manifesta-
 tione.

Psal. 8
Psal. 21
Psal. 110
Iohan. 19
Psal. 132
Psal. 71
Psal. 119
Luc. 19

stione. Quod dicit, stantē in sole, mirabile quidē, sed non adeo nouum: quia prius q. in anti-
 quiore scriptura est dictū: In sole posuit tabernaculū suum, i. in manifesto dixit & prædica-
 uit, signis quoq. cōprobauit se deū dei filiū, propter hoies hominem factum, & verū assūm-
 pisse corpus humanū. ¶ Hoc facere incepit à clamore vocis magna, vocando aues quæ vo-
 labant per mediū cœlū, i. à vocatione apostolorum q. vocauit eos, vt relictis omnib⁹ se-
 querent eum. Aues namq. hoc loco in bonam accipiuntur significationem, & vitā significāt
 spiritaliū, vt illic: Homo ad laborē nascit, & auis ad volatū. Et in Euangelio cū dixisset dñs,
 vnus assumet, & vnus relinquet, & interrogātes ap̄li dicerēt, vbi dñs: vbiq. ait, fuerit cor-
 pus, illuc congregabunt & aglæ. ¶ Aues ergo cū determinatione bona, qua d̄ nunc, quę vo-
 labant per mediū cœlū, apostoli sunt: veruntū per anticipationem, i. non q. iam antea
 spiritales fuerint, sed quia per vocationem illam spiritales & sublimium cognitores myste-
 riorum effecti sunt. Ista sunt volatilia illa, quorum exemplo vel imitatione debemus omnē
 victus aut vestitus solitudinem deponere, dicente dño: Respiciite volatilia cœli, quia non
 serūt neq. metūt, neq. cōgregant in horrea, & p̄ vester cœlestis pascit illa. Nā q. ap̄li qb⁹
 primū & p̄sentialiter hęc libertas auiū ad imitandū, p̄posita est, vt cœlestiū contemplationi
 vacare possent, oia terrena reliquerūt, iccirco rectē ipsi volatilia cœli dicunt, & hoc loco vo-
 catio illoꝝ signata intelligit sub noīe auiū. ¶ Vbi nam, vel q. angelus iste aibus huiusmodi
 dixit, venite congregamini: Nimirū secus mare Galilææ, q. vidi Petrum & Andreā retia
 mittētes in mare, & vocauit eos dicens: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hoīm.
 Similiter ceteros vocādo diuersis ex locis siue negotiis, p̄fecto aibus dixit, venite congre-
 gamini. ¶ Quo illos venire, q. illos iussit cōgregari: Ad cœnā magni dei, ad cœnā illā quam
 ipse homo factus nobis fecit, iuxta illā parabolā euāgelij: Homo quidā fecit cœnā magnā,
 & vocauit multos. Et hoies quidē excusauerūt, alius dicēs, villā emi, & necesse habeo exire
 & videre illam: alius, iuga boum emi quinq. & eo probare illam: alius, vxorē duxi, & ideo nō
 possum venire. Aues autē istæ siue volatilia, quę sicut non serunt neq. metunt, neq. congre-
 gant in horrea, ita neq. villas emunt, neq. cōparant iuga boum, neq. voluptatū, q. per vxorē
 intelligunt, habent studium. Quod est dicere: Cupidi amatores seculi, quales maxime tunc
 erant scribæ & pharisæi, vocantē contempserunt: hi autē qui liberum cor à cupiditatibus ha-
 bere meruerunt, secuti sunt eum. ¶ Quid porro est quod ait: L. Vt māducais carnes regum,
 & carnes tribunoꝝ, & carnes fortū, & carnes equoꝝ, & sedentiū in ipsis, & carnes oīm li-
 beroꝝ ac seruoꝝ, & pusilloꝝ ac magnoꝝ? ¶ Videlicet secundum metaphoram, qua p. aues
 significant ap̄li, congrue vim atq. intentionem apostolici designat officij, q. sicut aues man-
 ducandis carnibus auide insunt, neq. curant quorum aut qualium nobilium aut ignobili-
 um cadauera transuorent, dum in campo magno stragem inuenerint occisorum. ¶ Ita apo-
 stolorum est autoritate euāgelica nullum facere vel habere distinctionē qualiumcunq. ho-
 minum, sed siue Iudæi siue Græci sint, cunctos indifferenter ad fidem suscipere & in corpus
 ecclesiæ tradere: hoc enim est manducare, iuxta quod ap̄lo Petro significatum est. Vdit
 enim in excelsu cœlum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum qua-
 tuor inuitis summitti de cœlo in terrā, in quo erant oia quadrupedia & serpētia terræ, & vo-
 latilia cœli. Et facta est vox ad eū, dicens: Surge Petre, occide & manduca. Nimirū qui illic
 per quadrupedia & serpētia terræ, & volatilia cœli significabant, hic manifestius exprimun-
 tur hoies, & ad fidem Christianam oēs admitti iubent indifferenter, siue reges, siue tribuni, si-
 ue fortes, siue infirmi, siue serui, siue liberi, siue magni, siue pusilli, ad summum, siue Iudæi, si-
 ue Græci. Vnum tamen hic est quod adhuc magis figurate sit accipiendum, i. quod ait, car-
 nes equorum. Neq. enim in ista cœna magni dei equorum quoq. carnes manducantur sic-
 ut hominum, quia non equis sed hoīb⁹ prædicatur Christi sacramentum & exigitur ab il-
 lis vt mortificent & omnino derelinquant malas consuetudines op̄um carnalium. Est au-
 tem equus animal bellicum. Rectē ergo p. equos hi intelligunt, qui aliq. Christi fidē impu-
 gnauerunt. Qui autē sedent in ipsis reges sunt & potentes huius seculi, qui talium ministerijs
 abutentes, edictis & proscriptionibus aliquando ferebātur ad necem Christianorum. Quis
 nesciat tales quoq. ab apostolis apostolicisq. viris plerunq. reuocatos & conuersos esse ad
 Christum, & pœnitentiā egisse de sanguine sanctorum quem effuderunt: Bene igit & car-
 nes equorum & sedentium in ipsis manducatis, ait, id est, persecutores homines & agitato-
 res eorum principes in vnitatem vestri corporis in societatem transferatis vestri fidei. L. Et
 vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum il-
 lo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehēsa est bestia, & cum ipsa pseudopro-
 pheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestię, &
 adorauerunt imaginem eius. Et viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis & sulphu-
 ris. ¶ Vocante siue clamante angelo, & conuenientibus ad cœnā iam dictis aibus, bestia &
 reges terræ cum exercitibus suis ad prælium contra sedentem in equo, cōgregati esse refe-
 runtur.

Psal. 118
Math. 4
Job. 1
Luc. 12
Math. 8
Math. 22
Luc. 14
Acto. 10

Luo. 23
Psal. 2.

runtur, quia p̄dicāte Ch̄so, & discipulis multis eū sequētibz atq; p̄ ciuitates & castella euāgelizātibus, diabolus & reges terrā, s. Herodes & Pontius Pilatus, ceteriq; eiusmodi principes cum suis fautoribus commoti sunt, & sicut ait Psalmista: Astiterunt & conuenerūt in vnū, aduersus dñm & aduersus Ch̄m eius. Hoc est qd̄ nunc ait, cōgregatos se vidisse ad faciendum pl̄m cū illo qui sedebat in eq̄. i. cum Ch̄so deo incarnato, & cum exercitu ei' cū fidelibus & p̄dicatoribus eius. ¶ Et recte hoc loco diabolus bestia nuncupat, q̄a videlicet Romanum imperium, cuius potestati ludæi tunc instinctu diaboli dñm n̄m tradiderūt, bestia erat illa magna & fortis & terribilis nimis, quā Daniel vidit dentes ferreos habentē, comedentē atq; comminuetem, & reliq; pedibus conculcantē. Huius bestie potestati, s. Pōtio Pilato, vt eum traderent ludæi, diabolus eorum cordibus immisit, atq; iccirco tam diabolus q̄ ipsa Romana potestas recte hoc loco sub noie bestie dat̄ intelligi. L. Et apprehensa est, inq̄t, bestia, & cū ipsa pseudopropheta. J. Ch̄s quidē passus est, sed ipsa passionis eius virtute diabolus apprehensus est & iudicatus, & foras missus est æterno igne puniendus. Nam hoc est quod ipse mox passurus dicebat: Nunc iudicium est m̄ndi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. ¶ Quis porro erat pseudopropheta q̄ tunc temporis apprehensus est cū ipsa bestia? Nimis cœtus pharisaicus, maximeq; is qui illius anni pontifex erat Caiphas. Ille nāq; extitit pseudopropheta, quis verum sit illud quod prophetauerat, Siquidem collecto consilio aduersus dñm Iesum p̄phetauerat dicēs: Vos nescitis quicq; neq; cogitatis, q̄a expedit vt vnus moriat̄ homo pro populo, & non tota gēs pereat. Etenim v̄x̄ quidem prophetauit, q̄a Iesus moriturus esset pro gente, & non tm̄ pro gente, sed vt filios dei q̄ erant dispersi cōgregaret in vnū. ¶ Sed nihilomin' pseudopropheta extitit, q̄a si sensum vel intentionē eius respicias, omnino mentitus est. Hoc nēpe intēdit, & a misero p̄p̄o intelligi & credi voluit, q̄ nisi Iesus moreret, qui Ch̄s rex iā a turbis putabat, Romani, q̄ sub imperio tunc erāt, hoc audientes, q̄ iniusti ipsoꝝ regem suscepissent, q̄si contra rebelles exercitum mitterent, & tollerēt eoꝝ & locū & gentē. Igit pseudopropheta extitit, & in astutia sua comprehensus est ab eo q̄ cōprehendit sapiētes in astutia eoꝝ. Nā & in Iob maxime de talibus scriptū est: Apud ipsum est fortitudo & sapientia, & ipse nouit decipientem & eum qui decipit. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem, &c. Decipiens iste fuit qui sic prophetauit, deceptus est aut̄ stultus p̄p̄s, qui vt erat ad homicidia pronus, prophetiā eius libenter accepit. Vnde sequit̄ L. Qui fecit signa coram ipsa, quibus seduxit eos qui acceperunt characterē bestie, & adorauerunt imaginem eius. J. Non quidem Caiphas ceteriq; tūc temporis p̄t̄ifices & pharisei vlla signa fecisse legunt, sed sicut oēs p̄secutores, qui gladio materiali occiderunt siue occidūt, in vnū corpus redigunt, & vna bestia dicunt, ita oēs qui verbo fallacie decipiūt in vnū corpus redacti, recte vnus pseudopropheta nūcupant. Multi aut̄ ex eisdem deceptoribus signa mēdacia fecerūt, vt Iānes & Mābres, q̄ corā Pharaone Mosi restiterūt. Recte ergo cū de p̄sonis illoꝝ sermo sit, qui ad occidendū dñm p̄p̄m deceperunt, nō incōgrue hoc eis imputat̄ q̄ fecerint signa corā bestia, i. ad obsequiū bestie, quā, videlicet sicut iam dictū est, cū vniuersis deceptoribus q̄rum aliqui signa fecerunt, vnū sunt, quibus non oīno actu, tm̄ oīmoda voluntate. ¶ Is maxime, de q̄ iam dictū est, Caiphas seduxit eos, q̄ acceperūt characterē bestie, i. qui executi sunt ministerium satanæ, clamando: Crucifige, crucifige talē, non habemus regē nisi Cæsare. Veraciter hoc dicēdo acceperūt characterem bestie, i. nimiam nimisq; spontaneam Cæsaris, aduersus dñm & aduersus, Ch̄m eius professionem. Nihilominus accipiēdo Barabbam seditionis autorē, reprobo principe pacis, cum de his duobus haberēt optionē eligēdi quē vellēt, acceperūt bestie characterē, seducti à iam dictis p̄t̄ificibus vt illū acciperēt. ¶ Quid em̄ Barabbas nisi bestie character extitit? Deniq; in sua p̄sona ille maxime magnū & p̄cipuū Antich̄si exemplū fuit, q̄ illū sint venientem in noie suo suscepturi, q̄ dei filiū nō susceperunt, b̄ndictū venientē in noie dñi. Nā ego, inq̄t, veni in noie p̄ris mei, & nō suscepistis me. Alius veniet in nomie suo, illum suscipietis. Sane qd̄ dixerat, qui acceperunt characterem bestie, hoc repetiuit dicēdo, & adorauerunt imaginē eius, q̄a videlicet, extunc quantumcunq; deum adorare sibi videant, non deū, sed eum quē reprobo dei filio susceperūt vel suscepturi sunt, adorare conuincunt. Sequit̄: L. Et viui missi sunt hi duo in stagnū ignis ardentis & sulphuris, & ceteri occisi sunt in gladio sedentis sup equū qui procedit de ore ipsius. J. Hi duo, inquit, s. bestia & pseudopropheta viui missi sunt in stagnū ignis ardentis, Admirari & ad intellectum excitare nos nititur, cum dicit, viui. Quid est enim viui, nisi scientes? Deniq; qui scienter veritati resistit, viuens in infernum descēdit. Qui aut̄ ignorantiam dei habens seruit iniquitati, quasi mortuus eodem descēdit. Vnde est illud in Psalmo: Cum exurgerent hoies in nos, forte viuos deglutissent nos. Siquidē nisi q̄ dñs erat in eis q̄ cōfortabat eos in virtute spūs sancti, quibus viui essent, quibus scientiā haberent victi tormētis Ch̄m negassent. ¶ Et de bestia quidem, i. de diabolo certum est quia sciebat ipsum esse Ch̄m, quem tm̄ vt occiderent ludæi ipse immisit in cor eoꝝ. De propheta autē quem

Daniel. 7

Iohan. 12.

Iohan. 11

Iob. 7.
1. Cog. 3.
Iob. 12.

Exod. 7. 2.

Iohan. 19.

Iohan. 7

Psal. 123.

quem hic dicit pseudopropheta, i. de illo cœtu malignantium p̄t̄ificū & phariseoꝝ, de quibus vnus Caiphas, vt iam dictum est, p̄phetauit, forte quis dubitet vtrū scierint illū an nō? Sed dicit ipse de cuius dicto non est dubitandū: Si non venissem & locutus fuisset eis, peccatum nō haberēt. Nūc aut̄ excusationē non habēt de p̄t̄o suo. Item: Si opa nō fecissem in eis quæ nemo alius fecit, p̄t̄m non haberent. Nunc aut̄ & viderunt & oderunt & me & patrem meū. Igit̄ scienter tam bestia q̄ pseudopropheta tā diabolus q̄ perfida synagoga cum pseudopropheta suo Caipha cōgregati sunt, ad faciendū p̄t̄iū cum illo q̄ sedebat in equo & cum exercitu eius, i. astiterunt aduersus dñm & aduersus Ch̄m eius, atq; iccirco recussime viui missi esse in stagnū, viui, inq̄a, descendisse dicunt in infernū. ¶ Et notandum q̄a non contentus est dixisse in stagnū ignis, siue vt frequenter in Euāgelio dictū habes, in gehennam ignis: sed addidit, ardentis & sulphuris, siue ardentis sulphure, vt habent eod. ces nō nulli: quod vtrūq; idem est ac si diceret, ignis sulphurei. Cur hoc nisi p̄ illoꝝ perditioꝝ meritū? Nam priuata illorum vita nequam fuit & tam corrupta, vt merito sulphureo debeant apud inferos igne cremari. Nonne ipsi erant q̄s propheta spiritali oculo p̄uidens à lōge, eorumq; pessimā execrans vitā digna cū aduersione: Audite, inquit, verbū dñi principes Sodomoz, percipite auribus legem dei mei p̄p̄s Gomorræ: ¶ Et vere credendū est, nec dubium esse debet, quin vita eoꝝ in occulto execrabilis fuerit, q̄ in manifesto tm̄ scelus admittere potuerunt in dñm maiestatis. Et ceteri, inquit, occisi sunt in gladio sedentis super equū qui procedit de ore ipsius. Duo illi iā dicti, bestia scilicet, i. diabolus, & pseudopropheta, videlicet anni illius pontifex Caiphas, totusq; cœtus scribarum atq; phariseoꝝ, quia scienter impietatem tantam commiserunt, viui in stagnū ignis ardentis sulphure missi esse dicuntur. ¶ Ceteri vero, subaudit qui seducti sunt seducēte illo pseudopropheta, i. populares Iudei q̄ persuasi à pontificibus clamauerūt, crucifige, crucifige, nungd̄ excusati aut̄ à p̄na immunēs debere relinquī: Nō vtiq; sed sicut de illis Psalmista p̄dixerat: Tradent̄ in manū gladij, partes vulpium erunt, sic factū est: Venerunt enim Romani, & sicut rotus orbis audiuit, traditi sunt in manus gladij ipsorum venerunt vulpes, i. maligni spūs, & in partes eorum cesserunt infelices at̄ illorum. Occisi sunt ergo in gladio sedentis super equū, q̄ procedit de ore ipsius, i. secundum sermonem quem ille proprio ore de istis locutus est: Et cadent in ore gladij, & captiui ducent in omnes gentes. Sed & Hieremias ante de hac ipsa vindicta per concessionem dixerat: Propterea da filios eoꝝ in famē, & deduc eos in manus gladij. Fiāt vxores eoꝝ absq; liberis, & viduæ, & viri eoꝝ interficiant̄ morte, iuuenes eoꝝ confodiant̄ gladio in pl̄io, audiat clamor de domibus eoꝝ. Adduces em̄ super eos latronē repēte, &c. Hoc fuit illis torcular calcari, sicut supra p̄ anticipationē dictū est: Et ipse calcat torcular vini furoris iræ dei omnipotentis. ¶ Veruntā sicut iā dictum est, percussione gladij oris eius in bonā interdū partē accipi, ita & hic ad gladium eundē referendum est, qd̄ quidam ex ipsis p̄nitentiam egerunt, p̄dicantibus apl̄s. Compuncti namq; dixerūt ad Petrum, & ad reliquos apl̄os: Quid faciemus viri fratres? Petrus vero ait ad illos: P̄nitentiam, inquit, agite, & baptizet̄ vnusquisq; v̄m. Ac deinceps Saluamini, ait, à gnatione ista praua: subaudit, ne vos gladius ille pariter comprehendat, Nam q̄scunq; non percutit ad temporalem p̄nitentiā, sine dubio percutit ad internam p̄nitentiā, plerofq; vero ex ipsis ita feriet, vt & corpus occidat, & aiām mittat in gehennam. Sequit̄: L. Et oēs aues saturatę sunt carnibus eoꝝ. J. Aues iā dictę, sancti tūc tēporis apl̄i fuerūt. Veraciter oēs illi vel successores eoꝝ saturati sunt carnibus illoꝝ, sed non eodem modo q̄ voluerunt. Paucos enim admodum ex ipsis cōvertentur, & hoc nimis egreulerunt. Vnde in Psalmo p̄pheticō sic scriptum est: Conuertent̄ ad vesperam, & famē patient vt canes, & circuibūt ciuitatē. Ipsi dispergent̄ ad māducandū, si vero nō fuerint saturati, & murmura bunt. ¶ Alio modo saturati sunt, eo videlicet de quo itē in Psalmo dictū est: Lætabit iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine p̄t̄oris. Et quidē lætitia quæ dā competit in huiusmodi, p̄ gloria iustitię iusti iudicij dei: sed eadem lætitia rationabili amaritudine permixta est. Exempli gr̄a, cum vnus illoꝝ dicit: Veritatē dico in Ch̄so, nō mentior, testimoniū mihi phibēte consciētia mea in spū sancto, qm̄ tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo, p̄ fratribz meis qui sunt cognati mei secundū carnē, q̄ sunt Israelitę. Postq̄ pl̄ium illud cōmissum est, in quo is q̄ sedebat in eq̄ tanto superior, & hi q̄ contra illū pugnauerūt tāto inferiores effecti sunt, qd̄ deinde actū sit sequens sermo mystice p̄scribit, hoc modo: L. Et vidi angelū descendentē de celo, habentem clauem abyssi, & catenā magnā in manu sua. Et apprehēdit draconē serpentē antiquū, qui est diabolus & Satanas, & ligauit eum per mille annos, & misit eum in abyssum. Et clausit & signauit sup illū vt non seducat amplius gentes, donec consummētur mille anni. Post hæc oportet illū solui modico tempore. J. Et iste angelus idē Ch̄s est, sed aliud agens, imo negotiū superius cœtū potēter adimplēs. Neq; enim qd̄ paulo ante significatū est dicendo: Et vidi cœlū apertū, & ecce equus albus: idem repetit̄ nunc, dicendo: Et vidi angelum descen-

Iohan. 12.
Ibidem.

Esai. 11.

Psal. 68.

Luc. 21
Hier. 18.

Acto. 2

Psal. 121

Psal. 174

Roma. 9.

CA P. XX

scendentē de celo sed quod illic ceptū, hic significat qualiter sit peractū, & adhuc qd restat
 yq; in fine seculi peragendum, illic namq; Chrs de celo descendens in virginis vte ad de-
 struendū mortis imperium, & liberandos eos qui in inferno detinebant. Hic itidē Chrs de
 celo descendens significatur ad destruendum tenebrarū mundi principatum, ad liberandos
 eos q ad simulacra muta ignorantes ibant prout ducebant. ¶ Dicat ergo forte quis: Nunqd
 Chrs postq morte superata victor in celū ascendit, itē huc inde descendit? Plane descen-
 dit, sed inuisibiliter, descendit non vt prius passibili humilitate sed impassibili atq; inuisibi-
 li maiestate. Descēsum illū totus orbis audiuit, descensionis illius sonus in oēm terrā exiuit.
 An qñ factus est repente de celo sonus tanq adueniētis spūs veniētis, & repleuit totā domū
 vbi erant sedentes, Chrs de celo non descendit, Chrs hunc mundum non visitauit? An se-
 parabilis est substantia vel maiestas filij & spūs sancti, vt descendente ad hoies spū sancto fi-
 lius dei non descenderit? Certe etiā non p circumscripam humanitatis suæ formam descen-
 dit, at sine dubio p incircūscriptā diuinitatē suā, p ipm quē dabat spm sanctū, & p eos q; in-
 spirabat aplos ad visitādas gētes descēdit. Quod si autoritas verbi huius quærit: q dicimus,
 descendit in Psalmo propheta cum dixisset de pdicatione apostolorum & pœnitētia genti-
 um commora est & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt & commo-
 ta sunt, qm iratus est eis: Ascēdit fumus in ira eius, & ignis in facie eius exarsit, carbones suc-
 cēsi sunt ab eo, cōtinuo qñ quæretes, qñter hoc factū sit vel fieri poterit, subiunxit: Inclina-
 uit cœlos & descendit, i. aplos suos p spūs sancti datū cœlos effectos, hoibus descendere
 fecit, & p ipsos ad gētes descēdit, gētibus innotuit. Igit vidi, inqt, angelū descendēte de cœ-
 lo, i. Chrm rursus visitantē mundū dato spū sancto, lā in illo descensu ppter passiōē mor-
 tis gloria & honore coronatus fuerat, iam omnem in cœlo & in terra potestātē habebat, iā
 dhator vitæ & mortis erat. Ait ergo: L. Habentem clauē abyssi & catenam magnam in ma-
 nu sua. ¶ Nam qui victor ab inferis iam dudum redierat, recte & veraciter dictū q clauem
 abyssi habebat. Hinc est qd in initio huius Apocalypsis cū dixisset ipse: Et fui mortuus, & ec-
 ce sum viuus in secula seculorū, tunc demum addidit: Et habeo clauē mortis & inferni. Ipse
 nāq; put voluit, & electos suos illo descensu suo ad inferos eduxit, & reprobos inclusos re-
 liquit vt exire non possint. ¶ Et catenā, ait, magnā in manu sua, i. potestātē ad alligādū, videlicet
 cet & extrahendū foras diabolū, q cubās in delubris gentiū sese p deo coli faciebat. Hoc est
 qd continuo sequitur: L. Et apprehēdit draconē serpentē antiquū, qui est diabolus & satanas,
 & ligauit eum p mille anos. ¶ Palā est & ita ab effectis comprobātū, q illū apprehēderit &
 ligauerit, vt de hoc aliq̄tenus dubitare demerit. Si em ille ligatus a Chro non est, quō tā
 imbecillis iacet ex q Chrs passus est? Quō tor ab illo euadūt hoies? Quō tā multis non dico
 grandæuis & sapiētibus viris, sed a pueris tenerisq; puellis illusus est? Consideremus quē &
 qualia in eum p infirmas ætates siue conditiones facta sunt, maximeq; recolendo gesta vel
 passiones martyrum, & delectabile spectaculum habemus. ¶ Quia non solum ligatus, verū etiā
 am infatuatus est: nec solummō catena magna stringunt illi manus & pedes, verum etiā si-
 cut ad Iob factū, se dñs promiserat, & nares pforatas in sudibus, & linguā fune ligatā, & cir-
 culum in naribus habet, & maxilla eius armilla pforata est. Inde est q illudunt ei qñ qui non
 solū serui, sed etiā ancillæ dñi, q concidunt eū amici, q diuidunt eū negotiatores illi, q cunq;
 bonas margaritas quærentes, & vnā pretiosam euāgelicæ veritatis margaritā inuenientes
 cōparauerunt illā datis oibus suis. Quis dinumerare possit milia martyrum, multitudines con-
 fessorū, choros virginū, plebemq; oim electorū, q extūc vidētē & inuidente illo in cœlū euo-
 lauerunt, & vidente & retinere non valente illo, de templo eius sordibus eruperunt, sor-
 desq; ipsas in oculos eius excutientes, ad deum verum transfugerunt? Vere igit dictū, qd ap-
 prehēdit & ligauit eū. ¶ Quid sibi velint tot noia tetra quibus scriptura hæc illum infamat
 dicendo, draconem, serpentē antiquū, qui est diabolus & satanas, iam alio loco dictū, & hic
 breuiter iterandū est. Serpens iccirco dr, quia primū hominē decepit serpentē animantē in-
 gressus. ¶ Draco vero, quia extūc creuit & multiplicata est in inuidio malitia ei, & ita quasi
 de serpēte qñcunq; draco magnus, draco vetus siue antiquus effectū est. ¶ Diabolus quod in-
 terpretat deorsum fluens, iccirco qd non seruauit suum principatum, sed reliquens suum do-
 micilium, i. cœlum, defluxit in istum caliginosum aerem. ¶ Satanas quod interpretat aduer-
 sarius, iccirco qd voluntati creatoris mala semp intentiōe aduersat. ¶ Istū ligauit p mille an-
 nos, i. tēpore aliquāto siue p multos annos, vt solet in scripturis sanctis sepe numerus poni
 finitus pro infinito. L. Et misit eū, inqt, in abyssum. ¶ Hoc idē longe superius iā dictū est: Et
 piectus est in terrā. Et illic noie terræ, & hic noie abyssi, nequā hoies & reprobī significant
 q terrā vel terrena tm cupiēdo, ipsi terra sunt, & mala excitando, pfundius semetipsos abyf-
 sum fecerunt, eo q vita ipsorum malitiæ sit arcanum. In eo diminuta est potestas illi? & qñ
 de alto missus est in abyssum, q iam non publico celebrat cultu in tēplis, nomen diuinū siue
 potius diuini nois rapinam obtinens vt olim, atq; solennē ritum sacrificiorū, sed tantū q su-
 per sunt

Acto, 2

Psalm, 17

Hebræ, 2
Math, 17

Supra 1

Iob, 41

Math, 13

Gene, 3

persunt miseræ seruitutis eius captiui hoies in occulto illi seruiunt, in abditi exercēt spurci-
 tias & verez vestigia maleficioz. Ait ergo: Et clausit & signauit sup illū, vt nō seducat am-
 plius gētes, i. i. vt nō amplius concelebrēt sacris & sacrilegis sacrificijs falsator spūs, qui nō
 deus sed diabolus est, neq; adoret vt olim Saturn⁹ falsifer, aut Iupiter adulter, aut meretrix
 Venus, q; vel qualiū ad cultū nefariū misero errore seductæ ducebant gentes. Itaq; ligatus
 vt est, tenebitur diabolus, donec consumment mille anni, donec impleant omnia tēpora pfi-
 nita euāgelicæ libertati q nescimus nos, pñ aut deus illa in sua potestate posuit. L. Post hæc,
 inquit, oportet illum solui modico tempore. ¶ Solutio draconis siue serpentis antiq; diaboli
 aduentus erit Antichri. Tunc enim in illo perditionis filio veraciter solū⁹ veniet diabolus,
 cuius tanta talisq; in Chri seruos erit persecutio, vt non qualecūq; iustitiæ verbū, sed ipsum
 nomen Christianum ne confiteri audeant illis interdicit. Et hoc nō diu sed modico tempo-
 re, s. tm tribus annis & semis. Tā modicum tempus habebit propter electos, qd nisi breuia
 ti essent dies illi, ait dñs, non fieret salua ois caro. De hoc iā superius diximus, vbi sic scriptū
 de septimo eodēq; nouissimo capite septēplis bestie siue septimo rege. Et cū venerit, oportet
 illū breue tēpus manere. ¶ Et hic & illic eodē verbo vsus est, dicēdo oportet. Quærit ergo:
 Cur illū oportet solui modico tēpore, siue manere tēpus breue? Solent em hoies huius-
 modi quæstionē vtilare, & pene suspectā sibi faciūt dei volūtatē, q mala velit euenire, & q
 iccirco euenire oporteat, q ipse (qd dictū q; nefas est) iniquitatē velit. Nec em, inqunt, tali-
 ter euenire possit, nisi deus veller. ¶ At vero Apł talē iniquæ suspitionis obiectionē auerfo
 repellens aio: O homo, inqt, tu qs es q respondeas deo? Statimq; calumniatore repulso, qui
 quæstiones multiplicat magis contēdendi studio q discendi, placide conuertit ad eū q ami-
 ca intentione quærit, vt nō contēdant, sed vt aliquantula ex parte cognoscere mereat verita-
 tem diuini iudicij, non dubitās quin maloz nostrorū causa ex nobis sit. Volens, inquit, deus
 ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta
 in interitum, vt ostenderet diuinitas gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ pparauit in gloria.
 ¶ Cū igit quærit de illo malignitatis septimo capite, i. Antichro, qd illū oporteat solui, quæ-
 rat & de cæteris capitib⁹ bestie, cur vnūq; dēq; illorū tempore suo manere oportuerit. Ver-
 bi grā, de Pharaone, de quo Apłs propter aduersariū obloquentē taliter meminuit: Dicit em
 scriptura Pharaoni, qd in huc ipsum excitauit te, vt ostēdam in te virtutem meam, & annun-
 tiet nomen meum in vniuersa terra. Sicut enim de isto nunc dr, quia oportet illum solui: sic
 de illo veraciter dicas, q oportuit eum excitari. Quærat ergo tam de istis q de cæteris omni-
 bus, & respondebimus qd respōdere nos docet Apłs, s. hæc iccirco oportere fieri, quia deus
 vult ostendere iram, & notam facere potentiam suam: & qd hoc vult, iccirco sustinet vasa
 iræ apta in interitum. Notandum q; qd dicitur, quia bonum est qd vult, i. ostendere
 iram, & notam facere potentiam suam: mala aut sunt quæ sustinet, videlicet vasa iræ apta in
 interitum. ¶ Hunc iam pro exemplo propositum ab Apłs teneamus Pharaonem, vas iræ
 aptum in interitum, vt causa magis clarescat cur velit deus ostendere iram suam, & in q bo-
 nū sit, qd vel tunc ostendit, vel nunc ostendere nō definit iram suā. Hoies voluptatū amato-
 res, & ad oēm vanitatem pni, qñles iam tūc erant in Aegypto filij Israel, nisi aliq; vexatio pre-
 sentialiter affit non intelligunt imo intelligere n olunt, q deus bonus misericors & clemens
 irasci nouerit, vel q iudicium cum seueritate aut creaturæ suæ damnationem visu suo susti-
 nere possit. ¶ Tūc deniq; filij Israel cū dñs Aegyptiorū nō min⁹ q Aegyptij fornicabant. Vñ
 & p prophetā Ezechiele sub specie mulierū Oolla atq; Ooliba cōtra Samariā & Hierusalē
 loquit: Fornicata est ergo Oolla sup me, sup amatores suos filios Assyriorum: insup & for-
 nicationes suas qñ habuerat in Aegypto nō reliquit. Et post aliq; Multiplicauit Ooliba for-
 nicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Aegypti. Item
 ad ipsam: Et visitasti, ait, scelus adolescentiæ tuæ, qñ subacta sunt in Aegypto vbera tua, &
 cōfractæ māmæ pubertatis tuæ. ¶ Ne igit nescirēt rudes tūc filij Israel, qd deus cū sit clemēs
 & misericors pñ, nihilominus tñ zelum fortissimum habet, & cum seueritate iudicatur⁹ est
 iramq; repositā habet, qua pctōres vniuersos puniet qñq; vniuersaliter, experimento opus
 erat, ira eius vt ostenderet expediebat his, quos bonitas eius saluos esse cupiebat. Neq; enim
 aliter salui fieri possent, nisi iam aliquo experimento venturam iram scientes a vctura ira fir-
 gerent. Oportuit ergo Pharaonem excitari, oportuit vt sustineret deus vas illud aptum in
 interitum, hominem illum impium ac superbum, sedere in folio regni, qd mirum fuit exci-
 tari. ¶ Notandum q; qd dicitur, in hoc ipsum iniquum feci te, sed in hoc
 ipsum excitauit te, i. cum esses iniquus in regnum ascendere feci te. Vt qd hoc? Vt ostendam
 in te virtutem meam, vt ostendam in te quam volo ostendere iram meam, vt te pro cōsue-
 tudine iniquitatis tuæ, pro infinita tibi malignitate, filios Israel affligente vexatio p̄fens det
 illis intellectum, & sentiant atq; experiantur apud me esse iram, & hoc scientes fugiāt iram
 meam & confugiāt ad me, q recesserāt, deum suū, deum patrum suorum. Eadem ob cau-
 sam oportet

Matth, 24
Supra, 17

Roman, 9

Ibidem

Ibidem
Exod, 7

Nunc

Ezechi, 23

Esaiæ, 28

fam oportuit deinde Assyrios, ceterosque hostes Israel excitari, sicut ubique testificatur spiritus sanctus loquens in prophetis, & iccirco sustinuit deus cuncta vasa irae apta in interitum, ut electis eius amaras faceret: illecebras voluptatum, propter quas obliuiscerant deum, ut vel sic necessitate compulsi reuenterent ad ipsum. Porro vniuersitas illorum pro vno malignitatis spiritus reputata in vnum corpus, & illud corpus bestia est, quae hoc libro toties esse dicitur septem capitulis, quae Antichristus ipse septimus est. Igitur cum dicitur, post haec oportet illum solui, causam eandem intelligamus, propter quam ut ascenderet, iamque sex capita persecutioni sanctorum impederet bestia saepe dicta, deum sustinere oportuit, ut videlicet usque ad summam iram sua nota fiat, ut euidenter atque sufficiens testimonium habeat: quia non iniquitatem vult, sed iniquitatem odit, atque perinde sedere illum deceat in nouissimo die in solio iudicij, & iudicare illos, quicumque inuenti fuerint incorrecti. Palam quippe erit: quia malum, id est peccatum valde odit, qui malum, id est afflictionem ut suis quoque electis inferret, aut ipse inferret, sustinere potuit. Sequitur: Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: Et aia decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum dei, & quod non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem in frontibus, aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis: ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummarentur mille anni. Et haec est resurrectio prima. Ligato dracone diabolo, & libere per publicum procedente Christi euangelio, hominibusque, qui fuerant vasa eius, transfuratis in vasa dei, filios dei, templis idolorum versis in ecclesias Christi. Quales extunc per orbem terrarum sanctae ecclesiae status esse coeperit, in visione prospicit dicendo: Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis. Iste namque sedes ecclesiasticae sunt dignitates, videlicet pontificum catholicorum, & inferioris quoque ordinis sacerdotum sive platorum, quorum potestas nimirum tanta est, ut recte sit vel dici debuerit, quia datum est illis iudicium: autoritate namque eius (cui prae dedit omne iudicium) hoc illis datum est, ut quicumque alligat super terram, ligata sint in caelo, & quaecumque soluant super terram, soluta sint in caelo. Summum iudicij huius tribunal in ecclesia paratum est Romana, ubi sedes apostolica beati Petri, & nomine & corpore fundata est, cui specialiter dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: Et tibi dabo claves regni caelorum. Ex illius sanctae sedis religio, & venerabili traditione memoriae martyrum Christi sic celebres, & splendidae factae sunt, ut omni honore solennizentur per mundum, vniuersi natalitij dies illorum, & supradicta corpora celebrentur solennia missarum. Ait ergo: Et aia decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum dei, & quod non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem in frontibus aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt. Quod est dicere: Ecclesia Christi in ordine suo sedente, principibusque & regibus terrarum obedientibus iudicio eius, aia sanctorum martyrum (quae propter fidem Christi sanguinem suum in persecutione fuderunt, nolentes parere paganis principibus, ut Christum negarent, & participes fierent de sacrificijs demoniorum) virtutibus eximij se se viuere comprobauerunt, & ita apud homines regnauerunt, quod inique danati fuerant, ut reges quique & imperatores discincti, & deposito diademate nudis capitibus sese prosternerent ad venerandas memorias eorum. Hoc fit, & fieri non desinit mille annis, id est sicut iam dictum est, usque ad aduentum antichristi: Tam diu regnabunt cum Christo, ut quicumque Christum constiterit, martyres quoque Christi suppliciter venerent. Ceteri, inquit, mortuorum non vixerunt, ceteri mortuorum, id est qui aliter mortui sunt, quae seculo viuunt, & deo mortui sunt, longe ab his differetes, quae propter testimonium Iesu seculo mortui sunt, & deo viuunt: isti non vixerunt, nec viuere iudicati sunt, sed inter mortuos aestimati, & vere sunt, & hoc donec consummentur mille anni, id est donec veniat Antichristus, quae contra tales utique viuificabit: viuos autem, id est iustos deo viuentes mortificabit. Et haec est, ait, resurrectio prima. Haec nimirum alligatio draconis: Hoc iudicium sedentium super sedes. Haec vita regnantium cum Christo animarum sanctorum martyrum, resurrectio prima est. Sunt enim duae resurrectiones, sicut duae mortes, altera animarum, altera corporum. Resurrectione animarum, credendo in Christum, resurreximus per baptismum, quae dominus intendens dicebat turbis Iudaeorum: Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Porro resurrectione corporum in nouissimo die resurrectio oes, quae itidem dominus in fine continuo subsequutus est: Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua oes qui in monumentis sunt audient vocem eius, & procedent quae bona fecerunt in resurrectione vitae, quae vero mala egerunt in resurrectione iudicij. Sequitur ergo: Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sancti dei, & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. Qui enim crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, non tamen mille annis, sed cunctis annis, & diebus aeternitatis. Nam dies, inquit Psalmista, super dies regis adicies, annos eius usque in diem generationis & generationis. Permanet in aeternum, & in seculum seculi. Sed quia veniens Antichristus fidem illius in plerisque turbabit, iccirco sic quodammodo determinauit: Et regnabunt cum illo mille annis, & addiditque continuo: Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, Et exibit & seducet gentes, quae

Matth. 18

Psal. 60

quae sunt super quatuor angulos terrae Gog & Magog. Soluet & exibit, id est, permisso utref, & publica ubique terrarum persecutione in Christianos excitabit: Et seducet oes gentes, electis utique exceptis, quae fieri non poterit ut in errore inducantur electi. Hoc enim & superius expressum est, his verbis: Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina non sunt scripta in libro vitae a constitutione mundi. Gentes ergo, id est, gentiliter viuentes, quae nimirum appellatione oes qui Christi sunt, reputant superiores. Porro vniuersi, qui non sunt Christi, miro hic denotant modo, dum dicitur Gog & Magog, interpretat autem Gog tectum, Magog de recto. Quid igitur, nisi occultos pariter & manifestos per haec intelligimus aduersarios: Nam per Gog, id est, per tectum falsos intelligimus fratres, qui intus sunt, & nobiscum profitentur nomen Christianum, qui pro eo quod nondum sese produnt (quae rei vel temporis occasio illis deest) recte dicuntur tectum. Per Magog vero, quod est, de tecto, illi recto significantur, qui sicut operibus, ita & verbo nobis aduersantur, scilicet pagani, Iudaei atque heretici. Porro isti, cum acceperint occasionem cum Antichristo venerit, non dissimili furore sociabunt falsi Christiani, pariterque cum illis vim facient veris, & simplicibus Christianis. Ait ergo: Et congregabit eos in plium, quae numerus est sicut arena maris, & ascendent super altitudinem terrae, & circueiunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam. Congregabit eos, non utique in vnum locum, sed in vnum idemque impietatis propositum, in vnum idemque nocendi studium. Et recte numerum illorum dicit sicut arenam maris, quae, videlicet, non sunt ipsi, qui assimilentur vno modo stellis caeli, nisi forte cum significatione casus & perditionis, ut illic: Et cauda eius, videlicet draconis trahat tertiam partem stellarum caeli, & misit eas in terram. Quod de illis dicitur recte dici potest, quae aliqui potuere fratres dici, sed exierunt ex nobis, quales hic per Gog, id est, tectum significati sunt. Iccirco ergo sicut arenam maris, quae non in caelo nomina eorum, sed in terra scripta sunt, quemadmodum propheta dicit: Domine oes qui te derelinquunt confundentur, recedentes a te in terra scribentur. Isti ascendent, ait, super altitudinem terrae. De futuro rerum tempore, quae dixerat, soluet Satanas, & exibit, & congregabit ad praeteritum visionis tempus redijt repete dicens, & ascendent, & circueiunt castra sanctorum. Ascendent ergo, subaudit in illa visionis imagine: Nam ascensuri sunt in res: Ascensus eorum superbia eorum est. Denique tunc tempus eorum erit, ut ascendat in curribus, & in equis gloriantes, locustae subsiliant, & diffundant super altitudinem terrae, late potentes, late diuites sub tali tantoque terrarum principe. Ita ascendentes, ita superbientes circueiunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam. Quod dixerat castra sanctorum, hoc manifestius repetiuit dicendo, & ciuitatem dilectam. Nam ciuitas dilecta castra sunt sanctorum, castra pacis & dilectionis, firmata fide non materiali lapide, armata verbo non ferro. Huiusmodi castra, talis ciuitas circueiunt, non irruerunt: impugnaverunt, non infregerunt. Foris sunt, & in circuitu impij ambulat, quia est corpus nocet, non tangit animam: si lacerat carnem, non laedunt fidem. Quid tandem? Et descendit ignis de caelo, & deuorauit eos: Et diabolus, quae deducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi & bestia & pseudoprophetae cruciantur die ac nocte in secula seculorum. Haec oia per anticipationem dicta sunt: nam quasi debeant fieri, qualiter ignis diaboli, & eos oes quos ille seduxit, deuoraturus sit, vel quod in stagnum ignis & sulphuris mittendi sunt, sequenti capitulo repetens latius exponit. Ait enim: Et vidi thronum magni candidum, & sedentem super eum, a cuius conspectu fugit terra & caelum, & locus non est inuentus ab eis: Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni: Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est, quae est vitae: Et iudicati sunt mortui, & ex his quae scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. Ergo sessio ista, & cunctus iste apparatus, ille est, quem prospiciens ipse qui sessurus est cum iam ad passionem properaret hoc modo prolutus est: Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & oes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suae, & congregabunt ante eum oes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab haedis, &c. Thronus magnus illa magna altissima maiestatis sedes est: Thronus ille ut magnus, ita est & candidus, quia non est aut erit, quod in iudicio illo iure reprehendat: sedentem super eum, absque vno nomine dixit, magnificentius personam illam silentio innuens: quia nec ignota est, nec ignorari licet, & ut tunc non cognoscat impossibile est: imo puidendum est, ut quando sedens videbit, bene uolui habeat oculum praeparatum qui visurus est: Nam contra malignos oculos de isto propheta loquitur: Domine exaltet manus tua ut non videant & confundant zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Nam quod zelantes populi, quod maleuoli sustinebunt oculi: Ait enim, quia ab aspectu eius fugit terra & caelum, & locus non est inuentus ab eis. Quomodo tunc fugiet terra aut caelum? Nimirum terra magno conflagrata incendio pristinam amittet speciem, simulque opera terrena disparebunt, opera regum atque principum simul ruent, simulque ardebunt, nec remanebit lapis super lapidem ciuitatum suae munitio, quae cumque homines incipiente Cain aedificauerunt, nec saltem exiguus ex incendio residuus erit pulvis eorum. Hoc modo terra fugiens sanguinem quae reddet omnem, quae corrupta est, ex qua iam dictus Cain interfecit fratrem suum Abel, & corpora vniuersa hominum, quibus ab initio repleta est: Nam hoc est quod ait: Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni. Porro caelum sic fugiet, quod per Psalmistam tam de terra quam de caelo praedictum est: Initio tu domine terram

Matth. 24
Supra. 17

Supra 12

Hiere. 17

Matth. 27

Esaie. 26

Gene. 4

Psalm. 101. terrā fundasti, & opa manū tuarū sunt cœli: Ipsi peribūt, tu autē permanes, & oēs sicut vestīmentū veterascēt, & sicut opertoriū mutabis eos, & mutabunt. Quod hic singulariter cœlū hoc idē illic pluraliter cœli significant, videlicet cœlum aeris: quia nimis iste q̄q̄ aer crassior atq; corpulentior cœlum dici cōsuevit: Vnde & volucres, quæ volatu suo infimum nō excedunt aerē, dicunt tñ volucres cœli: qui, videlicet aer cum sit vnus, sunt tñ diuersæ qualitates aeris pro locis & regionibus diuersis, atq; iccirco & vnum cœlum, & multi dicunt cœli.

Hieratius. Hinc ait quidam Ethnicorū: Cœlum, non animū mutant, qui trans mare currunt. ¶ De istis cœlis nō dubium est, quin perituri sint, videlicet nimio calore soluti, qñ sup thronum suam magnū iste sedens apparebit. Nam de illis quoq; Petrus ap̄ls in epistola sua dicit: Cœli autē qui nunc sunt, & terra eodē verbo repositi sunt referuati in diē iudicij, & perditionis impiorum hoīm. Mirabilis atq; pauenda erit illa fuga cœli siue cœlorū. Neq; enim silentio fiet, sed terribiliter audieda est disruptio fugientium, siue fuga disruptorū: sc̄q; disruptum, sicut vetus disruptit vestimentū. ¶ Ignis q̄ppe nō leuiter tunc suas iussus exercebit vires, vt non parumper cœli crepitent, sicut nunc interdū inualecente æstiuo calore crepitare solēt (quē crepitum physici dicunt esse tonitruum) sed erit tempestas valida, validusq; ignis, q in circuitu ardebit venientis, vt pote ad vindictam exire iussus impiorū, ad examināda merita bonorum & malorum. Possunt p̄terea p terram fugientem hoies peccatores: per cœlum autē i. aerem recte intelligi dæmones, q̄rum in aere potestas vagādi est. Sequit enim: L. Et locus non est inuentus ab eis. Illā q̄q; terrā, & illud cœlum recte hic intelligimus, cui fugiēdi quidē voluntas sit, sed latendi locus nullus inueniri possit ad cōspectu sedentis sup thronum, s. hoies impios, & spūs malignos, qui tanti iudicij aspectum fugere non valebunt, nec obtinere poterunt optando abscondere se in scissuris petrarū, & dicendo montibus: cadite sup nos: & collibus, cooperite nos ad facie sedentis super thronū: sed vnuerſi corā astabunt, omnes producent ad publicum. Vnde protinus subiungit: L. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni. Magnos & pusillos dixit, qd idem est ac si dicat, neminē latere posse quin coram assit, siue magnus, siue pusillus ille sit. ¶ Nec vero facies tm̄, sed conscientie q̄q; parebunt: Hoc est quod continuo subiicit: L. Et libri apti sunt. ¶ Apertio nāq; librorū manifestatio erit conscientiarū. Oēs enim nos, ait Ap̄ls, manifestari oportet ante tribunal Ch̄si, vt referat vnusquisq; corporis sui prout gessit siue bonum siue malum. L. Et alius liber apertus est, q̄ est vitæ. ¶ Liber iste diuinæ præscientiæ, & beatæ prædestinationis certitudo est. Multum ad veritatem iudicij operabitur hic liber, quia videlicet saluari fas non est, nisi tantum illos, qui in hoc libro vitæ scripti, i. ad vitam sunt p̄ordinati, quos iam tūc deus scripserat, & quos nasci iubebat qñ formatis hoīb; primis masculo & femina, parētibus nostris gratuita b̄ndictione benedixit illis, dicēs: Crescite & multiplicamini. Nam cæterorum oīm causa vt nascerent peccatum accessit primæ p̄uaricationis, sicut indicat textus vel ordo narrationis. Ad mulierem nanq; dixit idem deus p̄ctō iam consummato: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. Multum igitur, vt iam dictū est, ad veritatem iudicij simulq; ad laudem misericordiæ liber iste apertus, qui est vitæ, operabitur cum cunctis palam fiet, quia nullus eorū qui perditionē malis sibi opibus congesserunt fuit p̄ordinatus, itēq; nullus eorū, q̄ ad vitam p̄ordinati fuerunt, quiq; illa b̄ndictione nasci iussi sunt saluti deerit, neq; cum eiusmodi operibus tunc apparebit vt debeat condemnari saluatus gratia p̄manentis & perfeuerantis eiusdem b̄ndictionis. ¶ Hinc enim gratulando pro victoria dicit misericordia his qui stabunt ad dextris: Venite benedi patris mei percipite regnum, quod vobis p̄paratum est a constitutione mundi. Nimirum hæc eo dicente non paruo celebrabitur vel cōmemorabitur triumpho victrix b̄ndictio dei, quod inter tot subsequētē maledictionis spinas, & tribulos crescere, & ad perfectum perducī potuerit ad laudem ipsius, qui propter nos homo factus maledictionem soluit, & priorem b̄ndictionem recuperauit. L. Et iudicati sunt, inquit, mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. ¶ Hoc ita certum est, vt nemini vacet nescire, cuius ore recitādum sit quicquid in libris illis scriptum est: Rex ipse sedens super thronum ita se recitaturū asseruit, primū his qui ad dextris eius erunt: Esuriui enim & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi potum, &c. E contra de consciētis illorū qui ad sinistris erunt, pronuntiabit q̄ hæc omnia non fecerint, & iccirco discedite, dicit, maledicti in ignem æternum. Ibi deesse nihil licebit, vbicunq; vel qualicunq; sine consumptus fuerit. Vnde & protinus subiungit: L. Et dedit mare mortuos suos, q in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erāt. ¶ Mare, videlicet corpora, mors & infernus dederunt animas. Et quidem non solum mare, verum etiam terra de sepulchris oīa reddet corpora. ¶ Sed pulchre solum mare hic dixisse contētus est, de quo magis ab infidelibus dubitari poterat, quibus cū incredibile videat posse nostra de pulchre terræ integrum reformari corpora, multo magis impossibile æstimat de mari, cūctisq; fluminibus reuocari, sic omnino consumpta, vt ne puluis quidem exiguus superstes vsquā compareat.

¶ Porro

¶ Porro mors & infernus hoc differunt, q̄ infernus malorū tm̄, mors autē dicat & sit etiā bonorū. Nā pretiosa in conspectu dñi mors sanctorū eius. Igitur mors & infernus dederunt mortuos suos, i. & beatorū mortuorū, q in dño mortui sunt, & dānatorū, qui in inferno deputati sunt, atq; ad propria corpora reuertent, vbicunq; corpora ipsa fuerint, etiam ipsa quæ in profundo maris beluina voracitas consumpsit. Sequit: L. Et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorū, & infernus & mors missi sunt in stagnū ignis. Hęc mors secunda est. Et q non est inuentus in libro vitæ scriptus in stagnum missus est ignis. ¶ Hoc iam dixerat, quia iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorū, & interposito, quia dedit mare mortuos suos, q in eo erāt, & mors & infernus dederunt mortuos suos, q in ipsis erāt, tūc demū repetit: Et iudicatum est, inquit, de singulis secundū opera ipsorū. ¶ Nimirū q̄ impiorū (de quibus p̄tinus subiungit, & infernus & mors missi sunt in stagnū ignis) duplex damnatio est. Nam & anteq̄ resurgat cū corporibus suis resurrectione, q̄ mare quoq; reddet mortuos suos, iudicata apud inferos cruciantur atq; impiorū, & postq̄ resurrexerint, tūc iudicata pariter atq; cū corporibus suis cruciabunt in secula seculorū. Tunc infernus & mors, i. homines impij, q̄ ad sinistris erunt cū diabolo & angelis eius mittent in stagnum ignis. L. Et hæc, inquit, secunda mors est. ¶ Videlicet de q̄ superius cū dixisset: Beatus & sanctus q̄ habet partem in resurrectione prima, subiunxit atq; ait: In his secunda mors non habet potestatem. Ergo cum sit resurrectio prima resurgere a p̄ctis p̄ fidem Ch̄si, recte prima mors p̄ctū, secunda autē mors recte intelligit æterna vindicta peccati, de qua iterum subiungit: L. Et q non est inuentus in libro vitæ scriptus in stagnum missus est ignis. ¶ Quod iccirco repetere videtur, quia videlicet, vt mittant in stagnū ignis duplici pro causa fuit. i. & pro p̄ctō originali, & q̄ liberati non sunt per fidem Ch̄si, & pro actualibus p̄ctis, quæ singuli in vita sua, superaddiderunt p̄uaricationi illi. Itaq; quod superius anticipado dixerat: Et diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis ardentis & sulphuris, vbi bestia & pseudopropheta cruciabunt die ac nocte in secula seculorū, hoc ipsum ab eo loco vsq; ad præsentem terminum demonstratum est qualiter fiet. Ab hinc beatum immortalitatis statum eorū, q̄ ad dextris erunt quibus dictū erit: Venite benedicti p̄ris mei, percipite regnum, significant sequentia visiois qualis futurus sit. L. Et vidi cœlum nouum, & terram nouam. Primum enim cœlum, & prima terra abiit, & mare iam non est. Et ciuitatem sanctam Hierusalem nouā vidi descendentem de cœlo, a deo paratā sicut sponsam ornata viro suo. ¶ Exterminatis illis, q̄ corruperunt terram, vidi inq; cœlum nouum, & terram nouam. i. cœli & terræ speciem nouā, & in melius commutatā. Primum em̄ cœlū, & prima terra, i. cœli & terræ species pristina abiit siue fugit, sicut supra dictum est, q̄ ad conspectu sedentis sup thronū fugit terra & cœlum. Porro de eo q̄ ait: L. Et mare iam non est. ¶ Dubie a doctoribus tractatum est, vtrū maris fluida substantia penitus sicca & ad nihilanda sit magnitudine illius incendij, q̄ deflagabit vniuersitas seculi, an in melius commutanda, vt eius q̄q; substantia quidē p̄maneat, sed species alia sit. Cunctis igitur innouatis: L. Vidi aut, ciuitatem sanctam Hierusalem nouam. ¶ Tanto nanq; venerabili p̄conio sanctorum, atq; electorum vniuersitatem efferrī deuit, vt diceret eā ciuitatem, meritis sanctā, noīe Hierusalem, habitu nouā: nimirū quia hæc ciuitas sancta est, illa aut, quam superius viderat, inimica huius, meretrix & mf fornicationum, & d̄f & est. ¶ Ista Hierusalem noīe suo, suam & dei sui veram significans pacem: illa, Babylon vocabulo suo, suam designans confusionem. Ista noua & perseuerans in iuuentute æterna, illa celeri iuuentute per fornicationes expensa, atq; in breui consumpta, deinceps corrugat vetustate sempiterna. Quæ est em̄ huius nouitas, nisi gemina sanctæ regenerationis gr̄a? Nunc em̄ regenerata p̄ primam resurrectionem, i. p̄ Ch̄si baptismum, in nouitate vitæ ambulat, tūc aut, cū factum fuerit, quod p̄sens visio p̄scribit, regenerata erit p̄ secundam resurrectionem, de qua ipse Ch̄s: In regeneratione, inquit, cum sederit filius hoīs in sede maiestatis sue, &c. Erit ergo tunc vere noua tam in corpore q̄ in aīa. Talem vidi, inquit, descendētem de cœlo, & exponens quid dixerit, addidit: L. A deo paratam. ¶ Nō enim sibi arrogat, id quod est illa ciuitas sancta, sed a deo se accepisse, non suis meritis, sed cœlesti gr̄a, semper meminit, & sempiternas agit gratias. Quō paratā a deo: L. Sicut sponsam, inquit, ornata viro suo. ¶ Multū per omnia ciuitas hæc p̄dicatur dissimilis ciuitati illi magnæ meretricis. Illa nanq; in habitu meretricis sedens sup bestiam coccineā, plena noīb; blasphemiarū, prostituta & fornicaria patenter arguitur, prostituta dæmonijs, fornicata cū regibus. Hęc aut vni viro suo, vni deo suo pudice ornata pronuntiat, & sicut sponsa, videlicet iam p̄parata ingrediendo ad nuptias, adultera illa meritas mortis & inferni subeūte pœnas. Sequit: L. Et audiui vocem magnā de throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hoīb; & habitabit cum illis: Et ipsi populus eius erunt, & ipse deus cū eis erit, eorum deus. ¶ Vere magna & delectabilis vox ista, quam sanctā ciuitatē, & sponsam suā ipse, q̄ sedet in throno, dignā demonstrat atq; cōmendat. Neq; enim illa vnquam commēdauit seipsam, atq; iccirco dignam est, vt vir suus, deus

Psalm. 117.
Supra 14

CAP. XXI

Roma. 8
Matth. 19Q. 2
suus,

suus commendat illam, E contra meretrix illa corruptis & corruptoribus suis semetipsam
 comendat, semetipsam corde & ore proprio apud illos in malis proprijs magnificat: Nam
 in fronte eius nomen scriptum, mysterium: Babylon magna, m̄ fornicationum, & abomina
 tionū terræ: Itē ipsa in corde suo dicit: Sedeo regina & vidua nō sum, & luctū non videbo:
 Hęc aut non semetipsam comendat, sed deus suus, vir suus, sedens in throno magna voce il
 lam commendat, L. Ecce, inq̄, tabernaculum dei cum hoibus & habitabit cū eis. J. Ecce de
 monstrantis aduerbium, magnum est magnæ gratulationis indicium lætantis ore prolatū,
 quia quemadmodum Psalmista dicit: Lætabitur dñs in operibus suis: Hoc nanq; tabernacu
 lum opus dñi est, vniuersa ornāmēta eius abintus & deforis pulchra sunt opa dñi digna p̄co
 nia demonstrantis dñi digna lætitia cordis dñi, vt sicut iam dictum est, propheta testante, Iē
 tet in illis, Ex quo formato hoīe primo costam de latere eius tulit, & edificauit eam in mulie
 rem, extunc deus hoc tabernaculum suū edificare non desuit, aut desuit donec cōpleat, & di
 cat: Ecce tabernaculum dei. ¶ Porro quod addit cum hoibus, idem est ac si dicat ex hoibus:
 Totum nanq; hoc tabernaculum ex hoibus edificatum est, Vnde & lapides viui dicunt, tum
 sionibus, presuris expoliti, & suis quicq; locis p̄ manum artificis dei bñi dispositi. Quō aut &
 deus habitabit cum eis, nisi q̄a verbum caro factum est, & habitauit in nobis, passus homo fa
 ctus secundum veritatem naturæ est, & semp̄ erit vnus ex nobis: Et quia per deum nem au
 tor salutis n̄ræ consummatus recte dictum: L. Et ipsi p̄ps eius erūt. J. Et quia ipse q̄ possidet
 eorū, q̄s possidet, possessio est, addit adhuc: L. Et ipse deus cū eis erit eorū de⁹. J. Sequit: L. Et ab
 sterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq;
 clamor, neq; dolor erit vltra, q̄ prima abierunt. J. Mira veritatis assertio: absterget, inq̄t, de
 us omnem lachrymam ab oculis eorum: Magnificentius exprimi non potuit multitudo cō
 solationis, quæ in isto seculo flentibus, illic reposita est sanctis & electis dei. Huiusmodi nāq;
 dictio à similitudine tracta est matris, quæ paruuli sui fletum non sustinens oculos eius, & fa
 ciem manu tergit, mulcet osculis. Pro intimando nobis tanto affectu suo idem deus in pro
 pheta inter cætera dicit: Pueri eorū in humeris portabunt, & sup̄ genua consolabuntur. Sta
 timq; ad ipsos paruulos apostropham facit, & dicit eis idem gratiæ spūs: Quemadmodum
 m̄r consolatur filios suos, ita & ego cōsolabor vos, & in Hierusalē consolabimini, &c. Fru
 stra autem de oculis fletus abstergi videret, nisi etiam ipsa flendi causa tolleret. Recte pro
 nus sequitur, & dicit: L. Et mors vltra non erit. J. Nomine mortis vniuersas breuiter cōpre
 hendit angustias mortalitatis. Ac si dicat. Et meretrix illa, quam de sanguine sanctorū ebrī
 am vidisti, nequaq; vltra quicq; de sanguine illorum bibere poterit, quippe qui nec villo mo
 do vltra iam poterunt mori. Sublata autem morte consequēter & luctus tollitur. Ait ergo:
 L. Neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierūt. J. Statimq; sequit: L. Et
 dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio oīa. Hoc ille dicit, cuius dixisse fecisse est. Noua
 erunt omnia, quia talia erunt, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascen
 derunt, quæ præparauit deus diligentibus se. Illa prima, s. omnia vetera, omnia mala abie
 runt, mors, & luctus, & clamor, & dolor: & hæc oīa noua, omnia bona, ordine recto succe
 dunt. Non ita autem in processu illius meretricis. Sed quid? Omnia bona illius prima abie
 runt, purpura eius, aur̄ eius, lapides pretiosi eius, margaritæ eius, omne lignū thinum eius,
 oīa vasa ebore eius, & cætera diuitiæ eius, quæ superius pereuntes referunt, & deinde ordi
 ne suo succedunt, mors, & luctus, & fames, & combustio ignis sulphurei, & pro omnibus his
 semel & iterum, ac tertio, v̄, v̄, v̄ conclamat illi. L. Et dicit mihi: Scribe, q̄a hæc verba fi
 delissima sunt & vera. J. Ipse qui sedet in throno, qui oīa faciendo dicit, & dicendo facit ore
 suo, dicit mihi scribe, munere suo facit hoc vt sciam, & dignus sim scribere apostolica simul
 & euangelica autoritate. Et quare scribere debeam subiuncta testificat causa, quia hæc ver
 ba, inquit, fidelissima sunt & vera. Fidelissima, videlicet in promissione honorum, vera in cō
 minatione malorū, q̄cunq; p̄cedenti loco conscripta sunt in apparatu terribili simul & expe
 ctabili sedentis sup̄ thronum. L. Et dixit mihi: Factum est. J. Ipse qui primo aduentu suo iu
 rauerat, siue iurare visus fuerat superius p̄ viuentē in secula seculorū, quia temp⁹ amplius nō
 erit, sed in diebus vocis septimi angeli cum cœperit tuba canere consummabit mysterium
 dei, sicut euāgelizauit p̄ seruos suos prophetas, idem hic in p̄signatione secundi aduentus sui
 dicit: Factum est. ¶ Quid est em̄ dicere factum est, nisi mysterium dei consummatū est: Er
 go factum est, consummatū est tempus pœnitentię siue cōmutationis amplius nō erit. Cha
 os em̄ magnū firmatū est inter Babylonem illam meretricem damnatam & Hierusalē istā
 ciuitatē sanctam, dei sponsam, vt nec illius tormētum aut luctus vltra mitiget, nec istius gau
 dium vel ornatus amplius diminuat. Hoc dicto cōfestim pulcherrimo quasi epilogo vti
 tur dicendo sic: L. Ego sum α & ω, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ viue gr
 atis: Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem & incre
 dulis, & execratis, et homicidis, et fornicatoribus, & veneficis, et idololatri, et omnibus
 menda-

Psal̄m. 103.

Gene. 2.

Esai. 66

Esai. 64
1. Cor. 2.

Luc. 16

mendacibus, pars illoꝝ erit in stagno ardēti igne & sulphure, q̄d est mors secūda. J. Breuiter
 nāq; ea de qb̄us hæcenus sermonē feci vel q̄q; huic imagines ostēdit, q̄ & verba fidelissima
 atq; vera p̄nuntiauit, s. de bonis eorū, q̄ a dextris, & de malis eorū, q̄ in illo iudicio statuētur
 à sinistris. Nā q̄ ait: Ego sitienti dabo de fonte aq̄ viue gratis, q̄ vicerit possidebit hæc, & ero
 illi deus, & ille erit mihi filius: fidelissima sunt verba his reposita, q̄ a dextris erūt, q̄ sequunt:
 Timidis aut & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idolo
 latri, & oibus mēdacibus, pars illoꝝ erit in stagno ardēti igne & sulphure, q̄d est mors se
 cūda, verba sunt vera in eos q̄ à sinistris erūt. ¶ De q̄q; oīm fidelitate ac veritate ne q̄s dubi
 ter, suā autoritatē ipsa q̄ loquit veritas, mira cū grauitate interpouit dicēdo: Ego sum α & ω
 initiu & finis. De ista sumer q̄dā descriptio iam initio dictū est, vbi idē ait: Ego sum α & ω,
 principiu & finis. Veraciter oīa hæc, q̄ hac vltima periocha dicta sunt, eo mō dicta sunt vt
 plena sint timoris, & secundum hæc opa sua, vel iudicia sua spūs sanctus recte dī, & est spūs
 timoris dñi. ¶ Hic timor dñi sanct⁹ est, q̄a oēs sanctos & electos dei timoratos facit. Timor
 atos inq; nō timidos oēs illos facit, q̄a q̄tumcūq; in sc̄itate p̄fecerint, cōsiderātes veritatē
 atq; seueritatē tremēdi iudici, timēt & tremūt adhuc: nec em̄ sese cōprehēdisse arbitrant, &
 nihilominus fortes sunt, & currūt vt cōprehēdant, q̄d timidi nō faciūt. Timidi nāq; dicunt
 & sunt, q̄ neq; fidē neq; spē habēt futurorū, & tūc demū recte timidi dicunt, cū de p̄missiōi
 bus dei dubitātes nihil forte p̄pter spē vitæ, nihil arduū p̄pter p̄miorū fidutiā aggrediunt.
 Iccirco recte p̄sentī loco timidi cū incredulis sociant: & sicut increduloꝝ, ita timidoꝝ. q̄q;
 pars in stagno ardēti fore denūtiat. ¶ Et hæc q̄dē retributio iustitię est, illa aut donatio gr̄e,
 q̄ sanctis p̄mittit in remuneratiōe. Proin cū dixisset: Ego sitienti dabo de fonte aq̄ viue, addi
 dit gratis: q̄a nimis hoc ipsum q̄d sitit operādo, q̄d opat sitiedo, & desiderādo ad deū, quē
 admodū desiderat ceruus ad fontes aq̄q; totū muneris est diuini, muneris gratuiti. Ipse em̄
 & gratis nos fecit, & gratis anteq; essemus oēs sanctos suos ad vitā p̄destinauit, & cū perisse
 mus in Adā, itidē gratis nos vocauit, atq; à p̄cis regenerāte Ch̄i gr̄a iustificauit, Cōsequē
 ter igit & illud gr̄e erit vel est, q̄ vocatos atq; iustificatos magnificauit illa magnificatione
 vt sint filij dei, quēadmodū dicit: Et ero illi deus, & ille erit mihi filius. Et bibāt de fonte aque
 viue, ita vt inebrient, quēadmodū Psalmista dicit: Inebriabunt ab vbertate dom⁹ tuæ, & tor
 rēte voluptatis tuæ potabis eos: qm̄ apud te est fons vitę, & in lumine tuo videbimus lumē.
 LIBRI VNDECIMI FINIS.

Supra.
Esai. 11
Psal̄m. 10.

1. Cor. 2.

Psal̄m. 46
Roma. 8.

Psal̄m. 35.

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS, IN APOCALYPSIM IOHAN
NIS APOSTOLI COMMENTARIO
RVM LIBER XII.



EPTM spiritū dei opera spectauimus, quæ vel qualia cū ge
 nere humano opati sunt ab initio vsq; ad finē seculi, singuli ordi
 ne suo, à primo q̄ est spūs sapiētiae, vsq; ad vltimū eiusdē ordinis spm̄
 timoris dñi. ¶ Nā, sicut alias dictū est, nobis quidē ascendētibus ad
 deū, prim⁹ in ordine est spūs timoris dñi, testate scriptura cū dicit: Psalm. 110.
 Initiu sapiētiae timor dñi. Sed descēdēti ad nos gr̄a cœlesti, alius in
 p̄pheta cōputat ordo eorūdem spiritū dñi, cū de flore q̄ de virga
 p̄deute ex radice Iesse ascēdit, loquēs ita dicit: Et regeser sup̄ eum
 spūs dñi, spūs sapiētiae & intelles, spūs cōsiliij & fortitudinis, spūs
 sciētiae & pietatis, & replebit eū spūs timoris dñi. Hōꝝ ergo spiri
 tuū opa secundū sanctarū autoritatem scripturarū requirentes spectauimus, & p̄ posse scru
 tati sumus septē periochas, determinādo secundū eosdē spūs, qm̄ ab ipsis gratiā & pacē no
 bis annūtiabat scriptor libri huius in Ch̄o Iesu dicēs in initio: Gr̄a vobis ab eo q̄ est, & qui
 erat, & q̄ v̄terus est, & à septē spiritibus q̄ in cōspectu throni eius sunt, & ab Iesu Ch̄o, &c.
 Nūc tandē in calce visionis siue reuelationis huius vniuersitas huic Iohāni demōstrat totius
 opis, q̄ Iesus Ch̄s tot impēsis, tot spiritū suoꝝ gratijs vel donis edificauit, s. ciuitas sancta
 Hierusalē, q̄ est ecclesia dei, non q̄lis in ista peregrinatiōe est, vel q̄lis in vltimo iudicio sta
 bit à dextris, sicut pauloan̄ dictum est, non sine aliquanto timore donec transeat furor dñi, q̄
 in ignem æternum mittent sinistri: sed qualis post iudicium in gloria æterna erit, sola & to
 ta alienis omnibus foras missis, perfrūēs visione dei. Hoc ita incipit: L. Et venit vnus de septē
 angelis habentibus phyalas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecū dicens: Ve
 ni, ostendam tibi sponsam vxorem agni: & sustulit me in spū in montem magnū & altum,
 & ostē

Psalm. 110.

Esai. 11

Supra.

CLXXXVI. RVPERTI IN APOCALYPSIM CAP. XXI.

& ostendit mihi ciuitatē sanctā Hierusalē descendētē de celo à deo, habētē claritatē dei. ¶ Vnus iste de septē angelis, vnus est Chrs, qui in oibus eidē loquitur angelis. i. p̄dicatoribus sanctis, quemadmodum dicit quidam illorum ap̄s Paulus An experimentū quāritis ei⁹ qui in me loquitur Chrs? Hic vnus, futurum erat vt veniret ad istum dilectum suū Iohannem, & appareret illi cum discipulis suis, sicut in p̄ulgata assumptionis eius historia legis, dicens: Veni dilecte mi ad me, q̄a tempus est vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. Hoc ergo p̄signans iste vnus de septē angelis locutus est, ait, me cū dicens: Veni, ostēdā tibi sp̄sā vxorē agni. ¶ Qui em̄ hęc dicit: epulas vtiq; nuptiales illic esse innuit, de quibus, vt iā dictū est, dicendū huic erat, q̄a tempus est vt epuleris in cōuiuio meo cum fratribus tuis. Sp̄sa q̄ppe est in conuiuio nuptiali. ¶ Quare aut̄ vtrunq; dixit, & sponsam, & vxorem agni? Videlicet, q̄a coniugiū agni, & vnica ecclēsiæ eius virginalē est: etiam illic vbi iā vxor erit in plenitudine voluptatis, sponsa nihilominus permanebit, q̄a nimis in illa beata copula semp̄ vxor cū filijs, semp̄ virgo erit permanentibus nuptijs, & sponsalibus festis. L. Et sustulit me, inquit, in sp̄u in montē magnū, & altū. ¶ Vere qui ad visionem diuinitatis trāsfert q̄d huic futurū erat, sicut iā dixim⁹, in magnā altitudinē altamq; magnitudinem mōtis æterni sustollitur. Mons q̄ppe iste Chrs est, q̄ tanquam lapis modicus de mōte excisus sine manibus. i. in humilitate nostrā conditionis de virgine natus creuit, factusq; est mōs magnus, & impleuit orbem terrarum, creuit ascendendo super choros angelorum, dñs oim̄ celestiuū terrestriuū & infernoꝝ. In montē hunc magnum & altum sustulit me, ait, & ostēdit mihi ciuitatē sanctā Hierusalē. ¶ Ergo sup̄ istum Chrm̄ ciuitas Christi fundata est edificata est. Hoc ita verum est, vt per prophetā q̄q; deum legamus dixisse de illo: Ecce ego mittam in fundamētis Sion lapidē summū, angularē, pretiosum, in fundamēto fundatū. Sed & ipse lapis in Euangelio contra scribas & pharisæos, Psalmistā pro semetipso vitur testimonio cum dicit: Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Recte ergo super montem ciuitas ostendit, quā super ipsum Chrm̄ ecclēsiā Christi fundata esse cognoscit, mira edificatiōe, mira fundamētū & lapidum positione. ¶ Ois nanq; edificatiō cuncta edificia ciuitatū siue domoꝝ, quæcunq; in hoc mundo sunt lapidem fundamētū habent deorsum infimum & parietem sursum. Hęc aut̄ edificatiō vel ciuitas quæ hic in spiritu ostendit, fundamētū sursum habet altissimū, vnde pendet ois structura parietum, ois spes & amor populorū fidelium, tam Iudæoꝝ qui priores fruerunt, q̄ geniliū qui posterius edificati sunt. ¶ Hanc ciuitatē dicit sanctā, & nuncupat Hierusalē, q̄a sancta est ecclēsiā sp̄s sui sanguine sacrata, æternæ pacis possidens, & possessura visionem. Vnde ad eam in Psalm̄ loquit sp̄s sanctus: Lauda Hierusalē dñm, lauda deū tuū Sion, q̄m̄ confortauit feras portarū tuarū, bñdixit filijs tuis in te, qui posuit fines tuos pacē. ¶ Eā dicit: L. Descendit de celo à deo. ¶ Vt supra iam dixerat: Descendentem, inquam, non cadentē, vt cecidit ille angelus, & factus est diabolus & Satanas. Cadere nanq; superbix est, descendere humilitatis, in q̄ semper descensu se continens illa hierusalē in æternū stabit sciens, quia quod est, non suis viribus est, aut meritis, sed ḡa dei, quæ cum Christo de celo descendit. Talis descēsus gloriosus est, & in magna claritate sublimis. Cum ergo dixisset, descendentem de celo, recte subiunxit: Habentē claritatē dei. ¶ Pulchre nimis descendit q̄ in ipso descensu, in ipsa humilitate descensus sui claritatem habet dei. i. similis est claritati dei. Clarissimum quippe deum videndo ipsa q̄q; secundum similitudinē eius resplendet, & clarissima est. Hinc in ep̄stola sua hic idem Iohannes ait: Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit, quod erimus: scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, q̄m̄ videbimus eum sicuti est. Nec vero solummodo in aīa, verum etiam in corpore habebit claritatem dei. i. claritatē, qua post resurrectionē suā clarificatum est corpus filij dei. Sic enim Ap̄s dicit: Vnde & saluatorē expectamus dñm n̄m Iesum Chrm̄, qui reformabit corpus humilitatis nostræ cōfiguratum corpori claritatis suæ. Hoc ipsum præ senti loco amplius astruit, cū protinus subiūgit: Lumen eius simile lapidi pretioso, tanq; lapidi iaspidis, sicut crystallum. ¶ Nam ac si quæres, quomodo dixerit habentem claritatem dei, lumen eius simile lapidi pretioso. i. Chro, qui vtiq; lapis d̄, & pretiosus est. ¶ Porro hęc similitudo in diuersi generis lapides duos distri tur dicendo, tanq; lapidi iaspidis, sicut crystallum. Non enim ex vna re, sed ex duabus ecclēsiā deo vel Chro similis efficitur, s. non ex fide tantum, sed ex fide simul & virtutum operibus. Per iaspidē ergo virtutū pulchritudinē: p̄ crystallum fidei, quā in baptismo p̄cepit, cōseruatam intelligimus puritatem. L. Et habebat murū magnū & altū, habens portas duodecim, & in portis angulos duodecim. ¶ Murus magnus & altus est illi æterna firmitas incorruptibilis præsidij, vbi suos quisq; fidelium thesauros secur⁹ reponere possit. Vnde ipse dñs & rex ciuitatis huius dicit in Euāgelio suo: Theaurizate vobis thesauros in celo, quo fur non appropinquat, siue vbi fures non effodiunt, nec furātur. Murus iste chaos illud est, de q̄ pater Abraham sepultus in inferno verissime dicit: Et in his omnibus inter nos & vos chaos magna

COMMENTARIORVM LIBER XII. CLXXXVII.

magnū firmatū est, vt hi q̄ volunt hinc transire ad vos nō possunt, neq; inde huc trāsmearē. ¶ Porro XII. portæ eius XII. ap̄s sunt, qui pro officio q̄ hic nobis regnū dei p̄dicando aperuerunt, & ianua nobis ad vitā exiterunt, honorē illic ampliorē habebunt quanto ampliorē in ciuitatibus habent portæ honorē siue pulchritudinē à cætero ambitu muroꝝ. ¶ In his portis anguli XII. vniuersi sunt doctores quicunq; edificatiōi ecclēsiæ studētēs, etq; voce & literis seruientes, fidei & autoritati insisterunt atq; innisi sunt ap̄s XII. L. Et nomina scripta q̄ sunt noīa XII. tribuū filioꝝ Israel. ¶ Ipsi nāq; ap̄s XII. noīati & inelyti sunt filij spiritalis Israel, i. Chri, cuius in typū p̄ Iacob siue Israel carnaliter XII. genuit filios, XII. tribuū patres. Ergo & XII. ap̄s Chri, & XII. tribus Israel, XII. ciuitatis huius portæ sunt, sed modo diuerso. Ap̄s nanq; in re, tribus vero Israel in significatiōe. Quod vt cōpendiosius clarescat, vide quid sequit̄: L. Ab oriente portæ tres, ab austro portæ tres, ab aquilone portæ tres, & ab occasu portæ tres. ¶ Hoc de spiritali q̄ per ap̄s consummat̄ positione necessario intelligit̄. Porro in profectiōe XII. tribuū filioꝝ Israel ascendentiū ex Aegypto talis ad imperiū dñi positio castroꝝ extitit, vt ad orientē tribus tres, ad meridiē tribus tres, ad occidētem tribus tres, & ad aquilonē castrametent̄ tribus tres. Itaq; cū de signatis XII. portis dicit̄. L. Et noīa scripta q̄ sunt XII. tribuū filioꝝ Israel. ¶ Pulchre diligētē lectorē ad significatiōē illā castroꝝ positionē mittit, memore simul quid huic sponsæ suæ, huic ciuitati sanctæ Hierusalē dicat in Canticis: Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Hierusalē, terribilis vt castroꝝ acies ordinata. Itē Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. ¶ Vt aut̄ de spiritali positione portarū cōcepta p̄curramus, qd sibi vult qd ait, ab oriente portæ tres, ab austro portæ tres, ab aquilone portæ tres, & ab occasu portæ tres: nisi q̄a sancta apostolica fides in trinitatis noīe cōsistens, p̄ ministeriū illoꝝ excepit nos ab omni gente & natione, ab omni sexu & ætate venientes. Amplius aut̄ hęc plagarū mundi distinctiō in his ætatibus vtiliter intelligit̄, pueritiæ, adolecētē, iuuentæ atq; senectæ, vt hoc fit ab oriente, ab austro siue meridiē, ab occasu atq; ab occidente ternas portas patere ab omni ætate, q̄cunq; ætate quis cōuertat̄, euangelica atq; apostolica regula indifferēter aditū in ciuitatē sanctā, i. ecclēsiā, p̄ fidē sanctæ trinitatis paruisse. Nā p̄ orientē pueritiā, p̄ meridiē adolecētē siue iuuentus feruida, p̄ occidentē ætas p̄fecta, p̄ aquilonem recte intelligit̄ senectus decrepita. Vnde qdam Christianæ scholæ verficator insignis ita dicit: Seu pueros sol primus agat, seu feruor ephēbos Accēdat, nimi⁹ seu cōsummabilis æui Perficiat lux plena viros, siue algida Boreæ Aetas decrepitā vocet ad pia sacra senectam, Occurrit trinum, q̄drina ad cōpita nomen. ¶ Nō aut̄ hęc circū dicunt̄, q̄ illic iam post iudiciū susceptio futura sit venientium, sed quia quis cesserit suscipiendi officij, ordo tñ & meritum perseverat eorum, qui toti mundo p̄dicantes, suo labore oēs gentes, vniuersas ætates ad vnam fidem collegerunt & susceperunt. Sequit̄: L. Et murus ciuitatis habēs fundamēta XII. & in ipsis XII. noīa XII. apostolorū & agni. Iidem ap̄s qui portæ, ipsi ciuitatis huius & fundamēta sunt. Nam sup̄ fidē illoꝝ fundata est ecclēsiā dei, veruntā ita vt fundamēta ipsorū Chri sit. Deniq; ab hoc fundamēto vnico, ipsi fundamēta sic dicunt̄ quō vnus idemq; primus eorū à petra, q̄ sine dubio Chrs est, dicitus est Petrus. Iccirco cū dixisset, & in ipsis fundamētis XII. noīa XII. apostolorum cōpetenter addidit, & agni. Etenim quæcunq; scripserunt, quibus, videlicet scriptis eorū tanq; fundamētis, vniuersum fidē Christianæ & doctrinā ecclēsiasticæ innisit̄ edificium, nō de suo scripserunt, sed de plenitudine agni acceperunt, & verbis eius euangelicis tota intentiōe inhæserunt atq; insisterunt. Ista sunt fundamēta & istæ portæ, de quibus sp̄s sanctus in Psalmo dicit: Fundamēta eius in mōtib; sanctis, diligit dñs portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Est enim sensus: Sancti mōtes. i. ap̄s, per fidem & doctrinā fundamēta erunt gloriosæ ciuitatis dei, idemq; & portæ eius, quia p̄ prædicationē & miracula illoꝝ intrabit in illā Sion. ¶ Portas istas diligit dñs sup̄ oīa tabernacula Iacob. i. plus q̄ oēs militantes sibi in priori populo. Licet enim Moses & alij prophete sancte & iuste vixerint, & nimis sanctitatis & fidei fuerint, eorū tñ merita apostolorū dignitas excellit, q̄ nō solū recte vixerunt, sed etiā ipsum dñm (quē illi à lōge p̄dixerant, corporali p̄sentia viderūt, ac dulcissimā p̄dicationis eius interiori pastu refici meruerūt, suā q̄q; cruce tollentes eius vestigia secuti sunt, nuntiātes pacē in morte eius hoibus datā vbiq; terrarū. ¶ Quamuis aut̄ hic in his fundamētis noīa tñ apostolorū scripta dicant̄, & non etiā prophetarū, tñ & prophetę ciuitatis huius fundamēta sunt: sic enim in vno ex istis fundamētis, s. Paulo ap̄o legimus scriptum: Iam nō estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctoꝝ & domestici dei, superædificati sup̄ fundamēta apostolorū & p̄phetarū. ¶ Et illi qdē etiā tpe priores q̄ apostoli fuerūt, sed nobis superædificatis vel superædificatibus sic semp̄ fuit & est ædificandū, vt prophetas legendo aut disserēdo quicunq; illi scripserunt aut locuti sunt, cūcta studiose ad apostolica componemus fundamēta, & nihil de illis sentiamus nisi qd per ap̄os conscripta tā euangelicis q̄ ep̄stolaribus libris euangelica probat ac recipit veritas. ¶ Ergo etiam prophetæ sunt

2. Cor. 13.

Daniel. 2.

Phillip. 2.

Esaiæ. 28.

Matth. 21.

Luc. 20.

Psal. 117.

Psal. 147.

1. Cor. 15.

1. Iohan. 3.

Phillip. 3.

Matth. 6.

Lucæ. 17.

Luc. 12.

Num. 2.

Canti. 6.

Psal. 88.

Ephæ. 2.

damēna quidē sunt, sed apli fundamēta fundamentorū, Chrs aut fundamētum oīm fundamētorum, q hic agnus dī, iccirco videlicet, quia fundamēta hęc oīa maxime fundamētum innitunt passionis eius, propter quam Chrs dñs dī agnus. Sequitur: L Et qui loquebat mecum habebat mensuram arundineam auream, vt metiret ciuitatē & portas eius & murū. Et ciuitas in qdro posita est, Longitudo eius tanta est quanta latitudo, & mensus est ciuitatem de arundine p stadia XII. milia: longitudo, & latitudo, & altitudo eius æqualia sunt: & mensus est muros eius, CXLIII. cubitorū: mēsurā hoīs, q est angeli. Mensor iste nimis grātū distributor earumq; remunerator est. Ipse est enim de q Iohānes Baptista loquit: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Prius enim in hac vita gratiam dar, diuersa credentibus in se tribuēs charismata, & post in illo seculo, de q nunc sermo est, p gratia bene expensa retributionis æternæ præmia recompensat. Vnde notandū quia p sentī loco mensoris huius mensura, & arundinea dī, & aurea. Porro superius qdam loco cū diceret hic Iohannes: Et datus est mihi calamus similis virgæ, dicens: Surge, & metire templum dei, non dixit q calamus ille est aureus. Illic nāq; significabat q necēssarium ecclesiæ Christi euangeliū erat scripturus, in q, videlicet scribendi ministerio præsens est labor, futura autem remuneratio, qn̄ pro illa bñ expensa grā reddenda sperat grā, non qualiscunq; sed aurea, i. locupletissima, vt, videlicet illic perfecte cognoscat, q hic fideliter scripsit aut docuit: qd ex parte cognouerat, hoc in isto significat mensura arundinea, mensura aurea. Nimirum prius qn̄ his, de quibus nūc sermo est, apostolis, imo & prophetis multisq; p̄fibus sanctis dabat p̄dicandi vel scribēdi grā siue autoritas, mensura erat tantum arundinea. Tunc autem vbi, sicut iam dictum est, gratia reddit pro gratia, recte mensura & arundinea est & aurea. Sed nunquid soli remunerabunt hi qui facultatem vtiliter acceperunt in scripturis sanctis? Solet nāq; per arundinem scriptura significari, vt illic: Increpa feras arundinis, i. cōpescē hæreticos ferociter corruptentes scripturas veritatis: arundine nāq; codices conscribunt. Nunquid ergo soli in illa ciuitate remunerabunt principes illi, q scripserunt, & nō etiā cæteri, q talem gratiam non acceperunt? Imo & cæteri qcunq; scripturis sanctis obediēti. Ait enim: Vt metiret ciuitatē, & portas eius, & murū. Murus nāq; cuius & portæ & fundamenta sunt, vniuersitas est electorum, qui tanq; lapides viui super fundamenta hęc superedificati sunt, ad quandam similitudinem lapidum materialium glutine cōgruo sibi in firmatura manufacta cohærentiū. Omnes omnino propriam mercedem accipiēt, singuli secundū suū laborē, & secundū mēoris gratiā cū q laborauerūt. L Et ciuitas, inq; in quadro posita est. I. i. summa oīm illic pax & concordia est, nec opus erit amplius, vt de pace commoneant, verbi grā, q̄tenus id ipsum dicant omnes, & non sint in eis schismata. Omnes sp̄te q̄si naturaliter ibi sunt concordēs, sicut in qdro ædificio parietes, siue anguli omnes sunt q̄les. Hoc ipsum verbis alijs repetit, cum dicit continuo: L Longitudo eius tanta est, quanta & latitudo. J Amplius autē cum prius addit: L Et mensus est ciuitatē de arundine p stadia XII. milia. J Vt totidem stadia p quatuor partes intelligas, addit adhuc: L Longitudo & latitudo eius æqualia sunt. J Addit tñ & altitudinem, de q postmodum dicemus. Ita q; cum in ambitu ciuitatis stadia XII. milia p̄cipias, ipsa autem ciuitas quadra sit, facile potes aduertere q̄t stadijs latera singula demetiant. I. tribus milibus. Sed quomodo stabit id quod sequit, & mēsus est muros eius CXLIII. cubitorum, qd longe minus est q̄ tria milia stadiorum? Poster hoc dictum videri de altitudine murorum, quod, videlicet muri CXLIII. cubitis tenderent in altum, si non dixisset, quia longitudo, & latitudo, & altitudo ciuitatis q̄lia sunt. Erat autem, vt iam diximus, tam longitudo quā latitudo trium milium stadiorum, qd lōge superat q̄tatem CXLIII. cubitorum. Igitur murus hic est alius: longe enim alia, longe minor huius quantitas est: neq; enim hoc vel suspicari licet, quod hic quidem cū dicit: Et mensus est muros eius CXLIII. cubitorum qd cunq; latus q̄dræ ciuitatis: illic autem, vbi dixerat: Et mensus est ciuitatem p stadia XII. milia, aream intelligere debemus eiusdem ciuitatis. Geometricalis nāq; disciplinæ ratio sic habet, q̄a omnis tetragonus æquali latera habēs, vnum latus multiplicat in se & ea semel multiplicatione areā suam implet. Porro q̄titas hęc CXLIII. cubitorum in semetipsam ducta, vix quippiā vltra XV. stadia complet. Quā longē hoc à XII. milibus stadiorū minus est? Igitur alius, vt iam dictū est, hic, atq; alius ille ciuitatis murus est: qd quāsi in ciuitatibus manufactis fiat, vt intra murum ampliozem contineat, nostra demonstratione non indiget. Deniq; non incongrue quis ædificauerit, si intra ciuitatē, cuius ambitus XII. milia stadiorū sit, arcem fecerit, cuius latus q̄dlibet CXLIII. cubitorum sit. De spiritali ædificatione quærendum est, quia nimirū ex ipsa literæ superficie sentire compellimur, q̄ murus alius breuior inter murum ampliozem contineat. Quid ergo dicemus, nisi quia quamuis vna ciuitas vna ecclesia sit? Duo tñ sunt ordines ciuitatis, alius eorum qui foris persecutiones passi fortiter sunt preliati: alius eorum, qui bene operando in pace ecclesiæ cursum consummauerunt vitæ præsentis. Stadia nanque pugnan-

Iohan. 1.
1. Cor. 12

Supra 11.

Psal. 67

1. Petri. 2.
1. Cor. 2.

1. Cor. 1.

pugnarium laborem, cubiti significat operarium pacem. Mensus est ergo ciuitatē de arundine p stadia XII. milia, i. remuneravit magnum, & fortem illum sanctæ ecclesiæ ordinem, qui in stadio cucurrit & pugnavit, & per quatuor partes orbis terrarum sanctæ trinitatis fidem testificādo: qui numeri, i. quaternarius atq; ternarius partes sunt duodenarij: q̄ter nanque tria, siue ter quatuor sunt duodecim: suum pro eodem testimonio sanguinem fudit, in quo nimirum ordine apostoli sunt & martyres Chri. Huius profecto ordinis murus amplior breuiorē CXLIII. cubitorū interius murū cōtinet, quia tantoq; merita propugnatorū hoc effecerunt, vt infirmorū multitudo in Chri fide confirmata, bonis operibus insistēdo ad eiusdem ciuitatis habitationem pueniret. Igitur nihil huic repugnat quod dī: Longitudo & latitudo & altitudo eius æqualia sunt, p quam pulcherrimā quadraturæ figuram consona, & indissociabiliter concors significat confessio cunctarum, q̄ illic ascenderunt siue ascendant tribuū, tribuū dñi ad confitendū nomini dñi. Longitudo ciuitatis consonantiā fidei latitudo sufficientiā charitatis: altitudo p̄seuerantiā sp̄i illoꝝ significat, quæ illic remuneranda est. L Mensura, inq; hoīs quæ est angeli. J Aeq̄les enim, inquit dñs, erunt angelis, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis, luxta literā, cū dicit: Mensura hoīs quæ est angeli, angelū sibi apparuisse innuit in figura hoīs. L Et erat structura muri ei⁹ ex lapide iaspide, ipsa vero ciuitas aurū mundū simile vitro mundo. J Cum distinctionē facit muri & ciuitatis dicendo, & erat structura muri ex lapide iaspide, ipsa vero ciuitas aurū mundū, noie muri firmiores magisq; spiritualis propositi fideles: ciuitatis autē appellatione plateas ciuitatis, i. laxioris vitæ maximæq; laicalis ordinis multitudinē significat; nec miq; quod plateas ciuitatis aurū fore mundum, siue sterna auro mundo p̄dicat. Adde, aurum illud sic fore mundum, vt simile sit vitro mūdo, q̄a secularis quoq; vitæ nonnulli sunt summis cōp̄ri virtutibus, q̄ & puritate mētis, & radio virtutis opis. Nam q̄a veritatem fidei retinet, recte mundū dicitur aurum, quia fides aurea virtus est, imo & auro pretiosior, dicēte Petro apostolo: Vt probatio vestræ fidei multo pretiosior sit auro, qd per ignem probat. Quia vero sanctam confessionem frequentant, & peccata sua nō defendūt, sed confitendo aperiunt, recte vitro mūdo simile dī hoc aurū. Quod si qd reprehensibile adhuc in eis est, sperandum est, quia post purgationē ignē fulgidū magis placebit hoc aurū, ita vt totū aurū sit, quia sicut ait Apl̄s, vniuscuiusq; opus q̄le sit, ignis probabit, et si cuius opus arserit, i. peccatum solubile fuerit, ipse saluus erit, sic tñ quasi p ignem. Sequit: L Fundamenta muri ciuitatis oīni lapide pretioso ornata. Fundamētum primum, iaspis: secundum sapphirus: tertium, calcidonium: quartum, smaragdus: quintum, sardonix: sextum, sardonius: septimum, chrysolithus: octauum, berillus: nonum, topazius: decimum, chrysoptasus: vndecimū, hyacinthus: duodecimum, amethyst⁹. J Fundamēta ciuitatis, sicut iam dictum est, apostoli sunt, quia murus ciuitatis, ait superi⁹, habens fundamēta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum, & agni. Ecce autem quā pulchra sunt fundamēta hęc, q̄ pulchri lapides isti, lapides sancti, qui q̄si voluebantur super terram, contemptibiles videbātur diuitibus huius seculi. Neq; enim pulchritudo illorum tunc parebat in oculis hominum, q̄n̄ tundebantur & percutiebātur, sed in oculis dñi pulchri erant, vt magis pulchri fierent percussionibus tribulationum poliebant. Illic pulchritudo & claritas illorum manifesta omnibus est, & erit ita vt quandoq; vidētes dicant impij: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos in sensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quō ergo cōputati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est? Nimirum sicut lapides isti omnes pulchri & pretiosi sunt, diuersa tñ pulchritudine, ita vt nullus eorum vlli alij sit omnino similis, ita sancti apostoli omnes quidem in clyti sunt & gloriosi, diuersa tñ gloria, prout cuiq; suggerueniens in eos sp̄s sanctus contulit: ita vt in distributione gratiarum, quas acceperunt miro mō, similitudo dissimilis, & dissimilitudo sit similis, & habitudo mentis siue interioris hominis, vbi Chro sunt confirmati, in nullis eorum omnino eadem sit. De naturis lapidum singulorum pleriq; studiosus conscripserunt, singulorum qualitatibus siue coloribus lapidum pene singula diligenter assimilantes merita sanctorum. Sequit adhuc: L Et duo decim portæ duodecim margaritæ sunt p singulas, & singulæ portæ erant ex singulis margaritis. J Apostoli, sicut iam dictum est, & fundamenta dicuntur & portæ, miroq; modo & in fundamentis pretiosorum nominibus lapidum, & in portis pretiosarum gloriosi prædicant similitudine margaritarum: Chrs enim pretiosus lapis & pretiosa margarita, quam in ventā negotiator sapiens emit datis oīnibus suis: ipse cōformes illos faciēs sibi hoc dedit illis, vt in fundamentis & in portis margaritæ sint decoris. Decor nāq; siue pulchritudo, & gloria portarū, per quas ad illā ciuitatē a quatuor mūdi partibus venientes introiimus, pulchrius aut cōuenientius q̄ nomine vel specie margaritarū significari non potuit. Nimirū sicut cōmnia nobilis, prius præculta margaritis, solet ad oculos hoīm gloriari, viro suo subornata, sic ciuitas illa quæ est ecclesia, talibus principibus, tātis patribus, tam gloriosis apl̄s, gloriari

Psal. 121.

1. Petri. 4.

1. Cor. 3.

Sapient. 8.

Math. 13.

2. Cog. 1. gloriari potest, sponso suo Chfo sic ornata vt spōsa. Vnde sibi conscius Paulus apłs, vna p-
 lecto ex istis portis semper patentibus, Corinthiis loquitur: Nam gloria vřa nos sumus sicut
 & vos nřa in die dñi nři Iesu Chři. Quod idem est ac si diceret: Iāta nobis charismatum
 dona spūs sanctus contulit, tm̄ tamq̄ fructuose nobiscum operata est gratia dei, vt recte vo-
 bis aduersum pseudo apostolos liceat gloriari pro nobis. Nihilominus q̄ cum dixisset, nam
 gloria vestra nos sumus, subiunxit, sicut & vos nostra. Hoc bene atq; consonanter p̄sens lite-
 ra p̄dicat, vbi p̄missio: & singulae fortæ erant ex singulis margaritis, cōtinuo subiungit:
 L. Et plateæ ciuitatis auge mundū tanq̄ vitru perlucidū. J Sed & supra dicturus: Fundamēta
 mari ciuitatis om̄i lapide pretioso ornata, p̄misit: & erat structura muri eius ex lapide iaspi-
 de, ipsa vero ciuitas aurū mundū simile vitro mūdo. ¶ Igit veraciter gloria vestra, inq̄t, nos
 sumus, sicut & vos nostra. i. gloriari vobis licet de collata nobis gratia, & nobis de fide vel
 conuersatione vestra nostro labore parta, nec in alterutros nobis indecores aut indecentes
 sumus, sed sicut muros ex iaspide, vel ciuitatē aureā, fundamenta * deesse ex om̄i pretioso la-
 pide ornata: sicut itidē aureā ciuitatē portæ ex margaritis concedēt, sic pplm Christianū cō-
 decorat principatus apforum: item vicissim tantis apłs non indecens est talis populi profi-
 teri principarū. Sequit: L. Et templū nō vidi in ea, dñs em̄ deus omnipotens templū illius est
 & agnus. Et ciuitas nō eget sole neq; luna vt luceant in ea, nam claritas dei illuminat eam, &
 lucerna eius est agnus. J Magnifica spe nostram q̄ in hac peregrinatione est, inopiam siue in-
 digentiā spūs veritatis consolāt dum dñs: Et templum non vidi in ea, & ciuitas non eget sole
 neq; luna, dñs enim deus omnipotens templū illius est & agnus, & claritas dei illuminat eā,
 & lucerna eius est agnus. ¶ Quātū em̄ hoc est vel erit ad comparationē eius, quod de deo
 nunc habemus, qđ de deo & dei filio Iesu Chfo nunc videmus: Lapidēs cōgerimus, lapides
 materiales sine sensu, & sine aīa comportamus, & ex ipsis domum construētes, in eisdē vel
 super eisdem nomen dñi inuocamus, vt cuius faciē videre nō possumus, eius saltem sanctū
 nomen sciamus vbi vel quomodo inuocare debeamus. ¶ Tunc q̄ ignorantiā eiusdē quoq;
 nois habuimus vel habemus lumen aliquantulum, i. scripturam sanctā nobis adhibemus, vt
 in ipsa vel per ipsam vtcunq; ppendere queamus, non iā quid vel quō sit deus, sed tm̄ qđ nō
 fit, & qđ nulli creaturæ assimilandus sit deus. ¶ At vero vbi in illa Sion deus deorū videbit fa-
 cie ad faciē, & sicut est, & ipse p̄sens habebit intus in nobis ipsis, in ipsa substantia aīarū nřarū
 inhabitans & inundans diuinitas sentiet sicut impetus fluminis, sicut torrens voluptatis,
 & exterioribus q̄q; oculis (vt de substantia diuinitatis taceā) de cuius visione sparsum disputa-
 tū est à p̄ribus sanctis, vtrū debeat vel possit corporalibus oculis videri, exterioribus, inq̄,
 oculis illud diuinitatis templū p̄sens videbit, qđ pulchre significatur cum dñs: L. Et agnus tem-
 plum est illius. J Nā vere agnus templū dei, templū sanctæ trinitatis est & erit, secundū fa-
 bricam sui corporis, in qđ corporaliter habitat plenitudo diuinitatis. Ipse em̄ dixit: Soluite
 templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc aut, inquit euangelista, dicebat de tēplo
 corporis sui. Quo igit ibi nobis templū manufactū, q̄le hic facimus ad inuocandum nomen
 dñi, cū ibi p̄sens conspiciat faciē dñi, & pulchritudo tēpli non manufacti, i. gloriificati cor-
 poris Chři: Quo nobis illic solē aut lunā quærere scripturæ, vbi in semetipso & in corde
 patris, deus verbum, cuius hic indices scripturæ necessariae sunt? Nam sicut in Psalmo per
 id qđ dñs: Dies diei eructat verbū & nox nocti indicat scientiā, ita & hic p̄ solē & lunā maio-
 rem & minorē recte intelligimus scientiā scripturarū, quæ illic necessariae non erunt. Alias
 aut & vere visibilibus istis sole & luna ciuitas illa nō egebit vbi nox non erit, sed nec dies, vt
 perpetuus ibi sit, huius q̄ nunc p̄ circuitū girat, statione solis indigebit. Nam vt de cetero ta-
 ceam lumine ciuitatis, ipse dñs in euangelio dicit: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno pa-
 tris eorū. Quid ergo sol ad illuminationē illuc cōferre poterit vbi tot quasi soles erunt, quot
 electi hoies siue angelis? Vex ipse fulgor angelorum ex lumine erit vnus diei, vnde & dicit:
 L. Nam claritas dei illuminauit eam, & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes p̄ lumē
 eius, & reges terræ afferēt gloriā suā & honorē in illā. J Ambulabūt gētes, inquit, atq; hoc
 dicto magnifica contingit atq; commemorat beneficia vel opera misericordiarum dñi. Nō
 em̄ parui ponderis aut momenti habet, qđ gentes appellat eos hic q̄ ambulant in tali lumine
 tam gloriosæ ciuitatis. Idem est ac si dicat: Illi qui prius erant gentes, ad simulacra muta, in-
 q̄t Apłs, prout ducebant euntes, qualibus idē ait, propter qđ memores quod aliquando vos
 gentes in carne, qui dicemini p̄aputium, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manufa-
 cta: quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testa-
 mentorum promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo, &c. Illi, inq̄, in tali
 ciuitate, in tali ciuitatis lumine ambulabunt facti domestici dei, & super illo, de quib; iam
 dictum est, apostolorū fundamentū sup̄dificati. Mirabunt quippe & ora ipsoz semp̄ ple-
 na laudibus gratiæ dei, qđ de tam longinquo in illam sint ciuitatē congregati, vtpote quos,
 Psalms. 106. vt dicit Psalmus, de regionibus congregauit eos, à solis ortu & occasu, ab aquilone & mari,
 subiun-

Decent.

Psalms. 83
1. Cog. 13

Coloss. 2.
Iohan. 2

Psalms. 118

Marth. 13

1. Cog. 12.
Epho. 2

Psalms. 106.

subiungens: Errauerūt in solitudine in inaqsō, viam ciuitatis habitaculi non inuenerūt, &c.
 Quorū tunc eos meminisse iuuabit ambulātes p̄ amplitudinem eiusdem magnæ ciuitatis, &
 ob hoc qđ talem ciuitatem inuenerunt, cantare in æternum misericordias dñi. Nam hoc est,
 qđ hic protinus subiungit: L. Et reges terræ afferēt gloriā suā & honorē in illam. J Nā
 reges terræ idem qui & gentes sunt, omnes enim illic regnabunt, omēs regnum & sacerdo
 tes Chři erunt, & regnabūt in secula seculorum, & eiusdem regni sui gloriā & honorē
 afferent in illam, sempiternas semper agendo gr̄as illi qđ fecit eis hæc, qui glorificauit eos im-
 mortali beatitudine animarū, & honorificauit eos beata immortalitate corporū. L. Et por-
 tæ eius non claudēt per diem, nox enim non erit illic. J Magnum magnæ securitatis docu-
 mentum, qđ portæ eius non claudēt, Nam per hoc satis insinuat, qđ neq; hostes neq; fu-
 res illic timebuntur. Fur enim, ait dñs, non appropinquat. Quādiu hic peregrinamur oportet
 vt persepe portæ apostolicæ p̄pter hostes Iudæos atq; paganos, & p̄pter fures ac hære-
 ticos claudant, & sententiæ vetricibus validis obfirmēt. At vero tunc isti nusquam cōpare-
 bunt, iā enim cū diabolo & angelis eius missi erūt in ignē æternū. Vt quid ergo portæ clau-
 dantur per diem? Quod si quærās, nonne saltem claudentur per noctem? Nequāq; ait, nox
 enim non erit illic: nulla vero omnino nox illic erit, neq; sp̄italis quam hic patiuntur oculi
 cordis: neq; corporalis, qua hic circumfundunt oculi corporis. L. Et afferent gloriā & hono-
 rem gentiū in illā, nec intrabit in illam aliquid coinquinatū, & faciens abominationem &
 mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ & agni. J Qui sunt qui afferent in illam gloriā
 & honorē gentium, nisi illi qui laborauerunt, & laboris eorū fructus ad gloriā & hono-
 rem dñi salus est gentiū? Ipsi sunt iam sæpe dicti apłs, quos Chřs magister & dñs eorum in-
 struens ad fructificandum honorē & gloriā gentium dicebat illis inter cætera: Non vos
 me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vři mane-
 at. Isti afferēt in illā ciuitatem gloriā & honorē gentiū, i. gloriosum & honorificū fructū,
 quem in gentibus fructificauerunt regi & dño ciuitatis illius, deo & agno æterna p̄sentatione
 p̄sentabunt, & in illa gloria & honore gentiū gloriosi erunt: iuxta illud propheticę ve-
 ritatis promissum: Fortitudinē gentiū comedetis, & in gloria eorū superbiētis. Gloriā & ho-
 norem, inquit, gentium afferent, & non vitiosam gentium conuersationē, propter quam &
 gentes dictæ sunt. Iccirco subiunxit: L. Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum, & faciens
 abominationē & mendaciū. J Quæ pristina erat vita gentiū, Subintelligit ergo cū dicit: as-
 ferent gloriā & honorē gentiū, qđ soli ex gentibus illic p̄sentabunt hi, qđ gentilitatis cōtume-
 lias in gloriā & honorē dei cōmutauerunt. Paulus apłs, vt gloriā & honorē gentiū, & nō eri-
 am aliquid coinquinatū in illā ciuitatē afferret, loquit Corinthiis: Nolite errare, neq; forni-
 carij, neq; idolis seruientes, neq; molles, neq; masculorum cōcubitores, neq; fures, neq; aua-
 ri, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei possidebūt. Ista sunt coinquinata &
 abominationum atq; mendaciorum opera, quorum aliquid non intrabit illuc: quia qui hæc
 operantur, regnum dei non possidebunt. Quæ autem sequuntur, & hæc quidem fuistis, sed
 abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine dñi nři Iesu Chři, & in vir-
 tute spūs sancti & in spiritu dei nostri. Ista sunt gloriā & honorē gentium quæ afferent in ci-
 uitatem illam. Igit gloriā tantum & honorē gentium afferent, & isti gloriosi atq; hono-
 rifici ipsi sunt, quos deus p̄sciuit atq; p̄destinauit, vocauit atq; iustificauit. Isti sunt de cunctis
 gentibus immundis excepti, qđ intendēs dicit: L. Nisi qui scripti sunt in libro vitæ & agni. J
 Idem enim est ac si dicat: Non intrabunt in eam, nisi qđ deus p̄sciuit & p̄destinauit, qđ
 & in Adam p̄damnatos, agnus, i. filius dei vocauit, & per passionem suam iustificauit. ¶ Nā
 iccirco liber vitæ recte dicitur etiam liber agni, quia quamuis fuissent in proposito dei con-
 scripti cum benediceret deus primis parentibus dicendo: Crescite & multiplicamini, non
 poterant post p̄uaricationem Adæ hæreditatem, ad quam conscripti fuerant, consequi,
 nisi redempti fuissent per sanguinem huius agni. L. Et ostendit mihi flumen aquæ viuæ, splē-
 didum tanquam crystallum, procedens de sede dei & agni in medio plateæ eius. Et ex vtra
 que parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddēs fru-
 ctus suos. Et folia ligni ad sanitatem gentium, & omne maledictum non erit amplius. J Ista
 quæ hic loco vltimo ostendit, diuitiæ sunt ineffabiles, & deliciae inestimabiles gloriosæ ci-
 uitatis, quas oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderit. ¶ Istud nāq;
 flumen est abundantia lætitiæ & iucunditatis, de qua Psalmista: Fluminis impetus, inquit, læ-
 tificat ciuitatem dei. Et alibi: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis
 tuæ potabis eos. L. Et Esaias in consolatione filiorum huius Hierusalem dicit: Quia hæc dicit
 dominus: Ecce ego declino in eos vt flumen pacis, & torrens inundans gloriæ gentium. Er-
 go flumen istud dñs est: & vere, quia spūs sanctus est, Spiritus sanctus est hoc flumen pacis,
 hic torrēs gloriæ, hoc flumen lætitiæ, hic torrēs voluptatis, & vbertas domus dei. Ipse nan-
 que est amor sponſi & sponsæ in illa gloriosa ciuitate. Quid enim est tota illius vitæ vel ciui-
 tatis

Supra. 1.
& 7.

Luc. 18.

Iohan. 19

Esaiæ. 61

1. Cog. 6.

Ibidem;

Roma. 8.

Gen. 1.
CAP. XXII

Esaiæ. 64.

1. Cog. 2.

Psalms. 47.

Esaiæ. 55.

Esaiæ. 66.

est, & secundū multitudinē iræ suæ non quæret. Talem vtiq; illum intelligi oportet, de q̄ hic dī, qui nocet noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc, maxime quia non dixit q̄ nocuit, noceat adhuc: & qui in sordibus fuit, sordescat adhuc: sed q̄ nocet, inquit, & qui in sordibus est. Hoc enim idem est ac si dicat: Qui studium nocēdi habet, & suas amat sordes pertinaciter, nemo postq̄ audierit illum semetipsum defendentē, & eas quæ in hoc libro scriptæ sunt, plagas contemnentē, quicq; boni de illo speret, quia scriptum est: Sup̄ tribus sceleribus, & sup̄ quatuor non conuertā eum: quia postq̄ tribus sceleribus trāscursis, ad quartum quis peruenit, iā non est spes conuersionis. Primum scelus est, sordes criminum mente ac voluptate tractasse: secundū scelus, easdem sordes actu perpetrasse: tertium scelus, sordes in consuetudinem duxisse: quartum scelus est, easdem sordes defendere. Noceat igit q̄ nocet, & sordescat adhuc qui in sordibus est: quia non curat deus de illo, & iuste derelictus est: q̄ non vt cunq; sorduit, sed sordes suas superbe defendendo in sordibus est. ¶ E contra qui iustus est & sanctus, i. q̄ bonum iustitiæ, & sanctitatis studium habet, adhuc iustitiam faciat, & adhuc sanctificet, bene pudente deo, quatenus non ante de p̄senti migret seculo, q̄ corona eius perficiat, & mansio illi in domo patris eius, meritoq; gemmis atq; margaritis perorne rur. Hoc p̄missio vt qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est sordescat, & iustus iustitiā faciat adhuc, & sanctus sanctificet adhuc, continuo sequitur. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuiq; secundum opera sua. ¶ Nimis sic loquitur, vt bene sibi conscius quod magnæ sit fortitudinis, & inexhaustæ facultatis ad puniendum noxios, atq; sordidos, quātumcunq; nocuerint, quantumcunq; sorduerint, nihil minus à suis meritis tormento recepturos, & ad remunerandum iustos & sanctos, quantumcunq; iustitiā fecerint, quantumcunq; sanctificati fuerint nihil minus à suis meritis p̄mia recepturos. Ait ergo: Ecce venio cito, & merces mea mecum est. Quāuis seruo malo, noxio, atq; sordido, inebrianti se atq; percutienti conferuos suos, videat q̄ in tempora longa fiat hoc, ego dico quia ecce venio, cito venio. Et ne quis de mercede dubitet, merces mea mecum est. Non in manu altera, nō in potestate aliena, sed in manu mea, in potestate mea est, & dum venio, mecum venit in potestate mea magna merces vniuersa, ad reddendum vnicuiq; secundū opera sua. Vnde tibi tanta potestas, tanta sufficientia? Ait: Ego sum α & ω, primus & nouissimus, principium & finis. ¶ Ac si dicat: Inde manus mea non est inualida ad reddendū vnicuiq; secundū opa sua, quia ego sum ante omnes, & ante secula deus, & post me nō erit alius, qd̄ intelligit p̄ α & ω, quarum videlicet literarum in alphabeto Græco, altera prima, altera vltima. Nā quid dixerit, ego sum α & ω, exponit dicendo, primus & nouissimus, addendo etiam principium & finis, i. à quo omnis creaturæ principium est, & in quo creatura rationalis consummat. Hoc idem in initio libri dixerat: Ego sum α & ω, principium & finis, & hic iccirco renouat, vt egera iam dicta, ne q̄s adhuc dormitet, aut de ignorantia sese excuset, seu quasi vilem scripturæ huius tubam p̄ amore sordium suarum audire dissimulet. Et addit adhuc: Beati q̄ lauant stolas suas, vt sit potestas eorū in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem sanctam. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & oīs q̄ amat & facit mendacium. ¶ Nimis quia nuptiæ agni & sanctæ ciuitatis Hierusalem (de quibus hæc tenus splendide demonstrata sunt) nuptiæ sunt sanctitatis: & vt supra dictū est, non intrabit illuc coinquatum aliquid, soli illi beati sunt, qui lauant stolas suas, vt habeant vestem nuptialē, maxime vt sint lumbi eorum præcincti, i. ornatum habeant castitatis, non intentionē laudis humana, sed pro illa expectatione, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, i. vt frui possint vere vltali summæ diuinitatis visione, q̄ intratur per portas iustitiæ, quæ sunt portæ sanctæ ciuitatis. Sanctam quippe ciuitatē illam opportune etiā hoc loco edixit subiuncturus. ¶ Foris canes, i. omnes stulti, qui ita reuertunt ad stultitiam, sicut reuertitur canis ad vomitum suum, & venefici qui hoīm vitam interficiunt venenis, & impudici, quos nullius pudet turpitudinis, & homicidæ, qui vtiq; humano sanguine sunt polluti, & in oculis dñi cruenti, & idolis seruientes, qui profecto nullam habent communicationem cum illo, qui vnus & solus verus deus est, & omnis qui amat & facit mendacium, quales maxime hæretici sunt. Hæc omnia contraria sunt sanctæ ciuitati, & iccirco foris isti, inq; cui pro imperio satis est dixisse foris. Et continuo subiungit: Ego Iesus misi angelum meum testificari vobis in ecclesiis. ¶ Ac si dicat: Si huius libri autoritatē q̄ritis ego sum Iesus autor & dator huius Apocalypsis. Non est scriptura hæc à Iohāne, non est ab hoīe, neq; enim ab homine accepit illam, aut didicit, sed me reuelante, qui sum Iesus, & mittente per angelum meum, vt sicut omnes scripturæ diuinæ autoritatis, ita & scripta hæc testificentur, & recitentur vobis in ecclesiis, atq; in canonico apice sint. Quæritis quis Iesus ego sim, q̄ autoritate mea scripturam hanc volo commendatam esse ad testificandum in ecclesiis: Ego sum radix, & genus Dauid, stella splēdida & matutina. ¶ Ac si dicat: Ego sum ille Iesus, q̄ & dominus & filius sum Dauid, qui secundum hominem passus & sepultus, mane resurrexi à mortuis. Nam q̄ dñs, & creator sum Dauid, quemad-

quemadmodū testat ipse dicens in sp̄u: Dixit dñs dño meo sede à dextris meis, iccirco radix, & quia filius Dauid natus, vel factus ex semine eius secundum carnem: iccirco genus sum Dauid. Et nunc quidem, qui diu in hoc viuente per fidem ambulatis, stella vobis sum splēdida, & matutina, ex quo resurrexi à mortuis. Tunc autem me solem habebitis, cū in ciuitatem talem, quam audistis, intraueritis: quam claritas dei illuminauit, q̄ nō eget lumine solis aut lunæ, propter hoc ipsum, quia illuminauit eam claritas dei. ¶ Et sp̄s & sponsa dicit, veni. Et qui audit dicat, veni. Et qui sitit veniat, & qui vult accipiat aquā vitæ gratis. ¶ Ego, inquit, misi testificari vobis hæc in ecclesiis, & cum hoīe testificatione sp̄s singulorū vestrorū conscientias cōuenit & singulis vestrum dicit: veni, i. crede his q̄ hic testificant tibi. ¶ Hoc foris sponsa, i. ecclesia, dicit ad aurem corporis, dum sonum literalem legendo ingerit, hoc intus ad aurem cordis dicit sp̄s, dum sensum suggerit ad intelligendum quod quicquid hic dī, rationabile verum, & fidele, atq; auditu dignum sit. Audiat vnusquisq; hunc spiritum siue sponsum, vt nonnulli codices habent, & sponsam dicentes: Veni, i. obaudiat vocantibus & sequat vocationem salubrem, vt introeat ad beatitudinem tam gloriosæ ciuitatis. Audies aut siue obaudiens dicat, veni, i. non sua tm̄ salute cōtentus sit, sed operā det, vt proximū suū lucrari verbo exhortationis & secum adducere possit. Et qui sitit, q̄ saluari desiderat, tm̄ modo veniat: q̄, videlicet flumen illud aquæ viuæ, qd̄ tibi ostensum est, nulli sitienti denegatur, sed q̄ vult accipiat: q̄ sola bona voluntas sufficit ad accipiendū aquam vitæ, quā ḡa p̄parauit. Oībus datur gratis, tantummodo assit quæ sitor vel acceptor homo bonæ voluntatis. Sequitur: Contestor ego omni audienti verba p̄phetiæ libri huius. Si q̄s apposuerit ad hæc, apponet sup̄ illū deus plagas scriptas in libro isto: Et si quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius, auferet hæc partem eius de ligno vitæ, & de ciuitate sancta, & de ijs, q̄ scripta sunt in libro isto. ¶ Hæc p̄na dānationis sine dubio hæreticorū est, vt auferat pars eorū de ligno vitæ quod est Ch̄s, & de ciuitate sancta cœlesti Hierusalē, & de oībus bonis quæ cunq; scripta sunt in libro isto, & vt apponant sup̄ eos plagas, quæ scriptæ sunt in libro isto: quia videlicet ipsi sanctas scripturas corrumpunt, apponēdo quid de suo vel quippiā diminuendo, vt pote studiū habentes dogma suū cōstruere, cui quicq; repugnat in sanctis scripturis in nullis vellēt codicibus vsquā superesse. Satis ergo firmiter scripturā hæc defendit diuinæ & canonicæ debere esse autoritatis, cuius corruptorē, quonq; ille fuerit, pari cū hæreticis damnatione pcutit. Statimq; subiungit: Dicit q̄ testimoniu perhibet isto: Et iā venio cito. ¶ Ponerat dicere hic scriptor, dicit Iesus, sed dicere maluit: dicit q̄ testimonium perhibet isto, vt pote hic in calce voluminis eo totus intendens, vt librū istū autoritate diuina, & sp̄s sancti veritate conscriptum defendat, & liberet à contēptu oīm, p̄cauens id qd̄ futurū erat: videlicet ne auerēt stulti sacrā contēnere, siue reijciendā iudicare literā, cuius nō capere mereant intellectu. Et iā, inq; venio cito. Quod dixi ite: dico, & repetens affirmo, q̄a venio cito reddere vnicuiq; secundum opera sua. Dulce nimis, & desiderabile hoc est diligenti aq; q̄ non hoc seculū, sed deū diligit, & gratanter vocē hanc accipit, q̄ aduētus dñi ppe fit. Respondet ergo confestim sponsa diligēs & casta dicens: Amen veni dñe Iesu. ¶ Quod ammo leuat caput suū, iuxta illud euangelicū: His aut fieri incipiētibus respicite, & leuate capita vestra, quia appropinquat redemptio v̄ra. Amen ergo inquit, i. p̄missum tuum verum fiat, vt cito venias dñe Iesu, sciens suspiria mea dicētis: Heu mihi, q̄a incolatus meus plongatus est habitauī cū habitantibus cedar, multū incola fuit aīa mea. Ite: Sitiuit aīa mea ad deū fontem viuū, qñ veniā & apparebo ante faciē dei: Deniq; vt faciē dñi videre desideremus, & nō delectationi, sed potius dolori nobis sit locus peregrinationis huius, iccirco scriptor sic proloquit, qd̄ vult vt nos loq̄mur dicens: Veni dñe Iesu, semp̄q; vt hoc dicere non dubitemus, parati simus in occursum eius, iuxta illud: Et vos similes hoīb; expectātibus dñm suum qñ reuertat à nuptijs, vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Sequit saluatio vltima eadē quæ prima: Ḡra dñi n̄i Iesu Ch̄i cum oībus vobis, amen. ¶ Sic enim in principio dixerat Iohannes septem ecclesiis, q̄ sunt in Asia: Ḡra vobis & pax, &c. Videlicet diligens dominum & dilectus dñi, & in principio & in fine, & p̄ omnem textum sermonis sui loquitur ex abundantia cordis gratiæ & dilectionē, quæ in ipso redundat, cupiens esse nō seorsum in paucis, sed communiter in oībus, maxime in eo, vt sicut Paulus q̄q; ap̄s optat, idipsum dicamus omnes, & schismata in nobis non sint, per gratiam, quæ sumus redempti, Amen.

¶ IMPRESSA SVNT NVNC TERTIO, LVCVLENTIS-
fima hæc diui Ruperti abbatis Tuitiensis (ante quadringentos ferme annos defuncti)
in librum Apocalypseos commentaria, CHRISTI IESV saluatoris nostri do-
ctrinæ maxime consona, & ex sacris duntaxat literis concinnata. Impensis honesti vi-
ri, Arnoldi Birckman. ANNO à natali Christiano M. D. XLI.

Psalm. 109

Amos. 1.

Iohan. 14.

Luc. 12

Supra 1.

Matth. 22.

Luc. 12.

Prover. 6.

2. Pet. 2.

Luc. 21

Psalm. 119

Psalm. 96

Luc. 12

1. Cor. 12